DE SUPREMA
ROMANI PONTIFICIS
AUTORITATE
EX HODIERNA
ECCLESIÆ GALLICANÆ
DOCTRINA.

[auctore Vict. Amedeo Suardo Prof. Taurinensi]

TOMUS PRIMUS.





LEODII.
Apud JOANNEM-FRANCISCUM KINTS, in Plateâ
Sancti Severini.

M. D. CC. XLVII.

CUM PERMISSIONE, ET APPROBATIONE.

Prostrant ROMÆ apud Jo: Laurentium Barbiellini in Foro Pasquini.

LECTORI BENEVOLO.

Plurima in hanc editionem irrepſerunt menda, quæ quidem ut Typographi diligentiam præ nimia feſtinatione præterfugerunt, ſic operis Autori ob longiorem locorum diſtantiam emendare non licuit. Præcipua quæ vel orationis obſcurant ſenſum, aut vocabulorum naturam notabiliùs adulterant, hic recenſemus. Cetera verò minoris momenti, qualia bene multa occurrunt, tuæ ſagacitati detegenda, tuæ humanitati condonanda, tuæ prudentiæ caſtiganda, Lector Benevole, relinquimus. Vale.

IN EPISTOLA DEDICATORIA.

Pag.6. lin.29. Atque reverentiſſimè deoſculatus, *lege*. eoſque reverentiſſimè deoſculatus.

IN PRÆFATIONE, ARGUMENTO OPERIS &c.

*Pag.*i. *lin.*2. parſim. *lege*: paſſim. *Ibid. lin.*20. permaneret, *lege*: permanaret. *lin.*21. ſæpè numero, *lege*: ſæpenumero. *Pag.*iii. *lin.*3. ex auctoritate, *lege*: exauctorare. *Ibid. lin.*5. ita, *lege*: iſta. *lin.*8. tot inter, morum, *lege*: tot inter morum. *lin. ult.* accederent, *lege*: acciderent. *Pag.*iii. & iv. *lin. ult.* prehenſis, *lege*: prehenſatis. *Pag.*v. *lin.*2. ſanctam; *lege*: ſartam. *Ead. lin.*18. Exarchatum, Ravennæ, *lege*: Exarchatum Ravennæ. *Pag.*vii. *lin.*24. ſpectantiſſima, *lege*: ſpectatiſſima. *Ibid. lin.*28. ni ſe, *lege*: niſi. *Pag.*viii. *lin. ult.* velut, *adde*: ad univerſalem regulam Catholicæ veritatis pertinet approbatio & reprobatio doctrinarum, declaratio dubiorum, determinatio &c. *Pag.* xii. *lin.*26. honorum, *lege*: honorem,. *Pag.*xix. *lin.*17. menbris, *lege*: membris. *Ibid.lin.*18. errori, *lege*: erroris. *Pag.*xxvii. *lin.*14. retinenda; *lege*: retinenda *Ibid. ead. lin.* ea eſſe, *lege*: eſſe. *Pag.* xxviii. *lin.* 18. Cæſaris, *lege*: Cæſareis. *Pag.*xxxiv. *lin.* 3. excuſſum, *lege*: excuſum. *Pag.*xxxv. *lin.*4. canum, *lege*: Canum,. *Pag.*xxxviii. *lin.*30. Pontificiæ, *lege*: Pontificis. *Pag.*xlvii. *lin.*23. faciunt, *lege*: facit. *Pag.*li. *lin.*14. ne immores, *lege*: nè immoremur. *Pag.*liii. *lin.*1. expreſsùs, *lege*: expreſſiùs. *Ibid. ead. lin.* ultrò, *lege*: ultrà.

IN TOMO PRIMO.

*Pag.*1. *lin.*4. autoritatem, ſacris, *lege*: autoritatem ex ſacris. *Pag.*2. *lin.*2. molli, *lege* moli. *Pag.*3. *lin.*9. Eccleſia, *lege*: Eccleſiæ. *Ibid. lin.*10. Eccleſia, *lege*: Eccleſiæ; *lin.*16. ineſt, vere. *lege*: invertere. *Pag.*5. *lin.*1. citantur, *lege*: citentur. *Ibid. lin.*35. in dubio, *lege*: in dubio. *Pag.*6. *lin.*19. quid, ergo. *lege*: quid ergo? *Pag.*7. *lin.*11. univerſa, *lege*: univerſæ. *Ibid. lin.*19. procedenti, *lege*: præcedenti. *Pag.*8. *lin.*1. agnoſcant, pariter, *lege*: agnoſcant pariter. *Ibid. lin.*15. verum eſt, jam, *lege*: verum, ut jam. evidentioria, *lege*: evidentiora. *lin.*27. fides, *lege*: fidei. *Pag.*9. *lin.*10. nittuutur, *lege*: nituntur. *Ibid. lin. ult.* ſolidate, *lege*: ſoliditate. *Pag.*10. *lin.*26. deficiens, *lege*: indeficiens. *Ibid. lin.*30. 1732., *lege*: 1739. *Pag.*13. *lin.*19. ſed, *lege*: ſeu. *Pag.*19. *lin.*1. facta, *lege*: factas. *Pag.*23. *lin.*15. declaratur de, *lege*: declaratur. De. *Ibid. lin.*21. laudunenſis. *lege*: laudunenſi. *Pag.*24. *lin.*19. incitaret, *lege*: incitaret. *Pag.*30. *lin.* 32. Praſules, *lege*: Præſules. *Pag.*39. *lin.*5. confirmitate *lege*: conformitate. *Ibid. lin.*13. ſemper, *lege*: ſuper. *Pag.*40. *lin.* 4. prodicetur, *lege*: prædicetur. *Pag.*44. *lin.*21. eam, *dele*. *Pag.* 48. *lin.* 23. æternæ, *lege*: ceteræ. *Pag.* 67. *lin.* 3. Pontifiex, *lege*: Pontifex. *Pag.* 71. *lin.*32. ftaugendæ, *lege*: frangendæ. *Pag.*79. *lin.*19. cauſæ, *lege*: cauſa. *Pag.* 80. *lin.*27. geminam, *lege*: genuinam. *Pag.*89. *lin.*1. poſtulari, *lege*: poſtulare. *Pag.*90. *lin.*17. tu, *lege*: ut. *Pag.*96. *lin.*17. exuitantis, *lege*: exultantis. *Pag.*99. *lin.*1. exiſtit, *lege*: exiſtat. *Pag.*108. *lin.*9. immuta atque, *lege*: immutantque. *Ibid. lin.*25. abrogare, *lege*: ſubrogare. *Pag.*112. *lin.*3. corfictas, *lege*: confixas. *Ibid. lin.*8. infirma, *lege*: infima. *Pag.* 131. *lin.*32. diverſiſſimis, *lege*: diſertiſſimis. *Pag.*133. *lin.*36. certiſſima, *adde* comprobemus. *Pag.*134. *lin.*23. fimatum, *lege*: firmatum: *Pag.*135. *lin.*9. quanti, *lege*: quanta. *Pag.*144. *lin.*22. ejuſque, *lege*: eorumque.

Pag.148. *lin*.2. adhibere ; *lege* : adhiberi . *Pag*.166. *lin*..9. farcienda , *lege* : fancienda . *Pag*.168. *lin*.30. videntur , *lege* : fortè viderentur . *Pag*.170. *lin*.41. executiamus , *lege* : excutiamus . *Pag*.171. *lin*.2. fui operis , *lege* : fuis operibus . *Pag*.178. *lin*.8. loquutos , *lege* : locuta . *Pag*.188. *lin*.3. illum , *lege* : illam . *Ibid. lin*.5. celeberiorum , *lege* : celebriorum . *Pag*.208. *lin*.39. vetere , *lege* : veteres . *Pag*.209. *lin*.11. fcriptiffunt , *lege* : fcriptis fuis . *Ibid. lin*.13. à , *dele* . *Pag*.210. *lin*.4. vinæ , *lege* : vineæ . *Ibid. lin*.34. Aquilienfe , *lege* : Aquileienfe , *Pag*.213. *lin*.44. Principes , *lege* : Princeps . *Pag*. 214. *lin*.10. de , *lege* : ad . *Pag*.216. *lin*.1. coftituta , *lege*: conftituta.*Ibid. lin*.53. ut verò, *lege* : & verò. *Pag*.219. *lin*.15. Synodis,*lege*: Sanctis.

IN TOMO SECUNDO.

Pag.12. *lin*.7. abftinendum;effe , *lege* : abftinendum effe . *Pag*.27. *lin*.20. Baptifantium , *lege* : Rebaptifantium . *Pag*.32. *lin*.5. plus , *lege* : pas . *Pag*.33. *lin*.27. concinnunt , *lege* : concinunt . *Pag*.37. *lin*.30. receptos , *lege* : receptas . *Pag*.50. *lin*.15. ipy , *lege* : ipfi . *Ibid. lin*.16. SSinodum , *lege* : Synodum . *Pag*.52. *lin*.13. nullam , *lege* : nullum . *Pag*.54. *lin*.26. verfamur , *lege* : verfamus . *Pag*.56. *lin*.24. & 25 illa . . . acceptata , *lege* : illas . . . acceptatas . *Pag*.57. *lin*.26. confictas , *lege* : confixas . *Pag*.59. *lin*.8. præ fe tulit , *lege*: præftitit. *Pag*.61. *lin*.5. intermeratam , *lege*: intemeratam . *Pag*.63. *lin*.33. amplectandas , *lege* : amplectendas. *Pag*.67. *lin*.37. excipiendas , *lege* : excipienda . *Pag*.71. *lin*.28. tener , *lege* : teneri . *Pag*.74. *lin*.6. pacem. Sola, *lege* ; pacem fola. *Ibid. lin*.20. compreffas : *lege* : compreffos . *Pag*.77. *lin*.18. impictum, *lege* : impactum. *Pag*.79. *lin*.28. quem, *lege* : quod . *Pag*.85. *lin*.9. pofteritatis , *lege* : pofteritati . *Pag*.86. *lin*.20. metipfi , *lege* : ipfimet Epifcopi . *Pag*.88. *lin*.15. vitiligationem , *lege* ; vitilitigationem . *Pag*.89. *lin*.28. vindicant , *lege* : vindicent . *Pag*.91. *lin*.12. , qui , *lege* : quæ . *Pag*.94. *lin*.13. Epifcopo sin , *lege* : Epifcopos in . *Pag*.100. *lin*.24. œcumenii : *lege* : œcumenici . *Pag*.107. *lin*.20 . eos , *lege* : eò . *Ibid. lin*.34. falfa, *lege* : falfa . *Pag*.108. *lin*.16. Pontitificiæ , *lege*: Pontificiæ. *Ibid. lin*.34. certant , Illuftriffimi , *lege* : certant Illuftriffimi . *Pag*.109. *lin*.6. erruendam , *lege* : eruendam . *Pag*.110. *lin*.6. raticinari , *lege* , vaticinari . *Pag*.111. *lin*.8. adipum , *lege* : œdipum . *Ibid. lin*.16. nimpè , *lege* ; nempe . *lin*.38. ore , *lege* : ove . *Pag*.112. *lin*.36. meridiano , *adde* : clariorem . *Pag*.113. *lin*.5. protendatur , *lege* : pertendatur . *Pag*.115. *lin*.32. occupare , *lege* : occupari . *Pag*.116. *lin*.10. vinditare, *lege* : venditare, *Pag*.117. *lin*.31, ephæbis, *lege*; ephebis. *Pag*.118. *lin*.4. ecquis amabo , *lege* : ecquæ , amabo . *Ibid. lin*.34. inconcuffi , *lege* : incuffi . *lin*.38. loquiuntur , *lege* : loquuntur : *Pag*.121. *lin*.19. excuffa , *lege* : excufa . *Ibid. lin*.36. exteri, *lege* : ceteri. *Pag*.125. *lin*.17. conjingere, *lege* : conjungere . *Pag*.134. *lin*.1. invidiofam , *lege* : invidiofum. *Ibid. lin*.21. inficiatur, *lege* : negatur. *Pag*.139. *lin*.9. fuffragio , *lege* : fuffegio . *Pag*.141. *lin*.8. quæque Petro , ipfius à , *lege* : quæ à Petro , ipfiufque . *Pag*.144. *lin*.29. Sab audique , *lege* : Sabaudique . *Ibid. lin*.30. eum , *lege* : cum . *Pag*.147. *lin*.20. interditum, *lege* : interdictum . *Ibid. lin*.38. policiæ , *lege* : politicæ. *Pag*.150. *lin*.6. exiderit , *lege* : exciderit . *Ibid. lin*.24. detractatores, *lege* ; detractores. *Pag*.151. *lin*.11. latet, *lege*: latent. *Pag*.152. *lin*.22. infallibilitais , *lege* : fallibilitatis nè . *Pag*.158. *lin*.39. at , *lege* : ut , *Pag*.160. *lin*.21. aut , *lege* : haud. *Ibid. lin*.29. œdipodem, *lege* : œdipum . *Pag*.162. *lin*.27. fita, *lege*: fitas. *Pag*.166. *lin*.22. Pontificæ , *lege* ; Pontificiæ. *Pag*.169. *lin*.15. eadem, *lege* : eædem. *Pag*.172. *lin*.27. fupre , *lege* ; fuprema . *Pag*.175. *lin*.19. tanquam Epifcopis , *lege* : Epifcopis tanquam. *Pag*.176. *lin*.12. idem, *lege* : iidem . *Ibid. lin*.24. numquam, *lege*: unquam . *Pag*.180. *lin*.10. damabilis, *lege* : domabilis . *Pag*.181. *lin*.15. defendentur , *lege* : defendantur . *Pag*.197. *lin*.25. fidei , *lege* : fides . *Ibid. lin*.30. dicite , *lege* : dicit . *Pag*.200. *lin*.2. cortiffima , *lege* : certiffima . *Pag*.205. *lin*. 16. verfamur , *lege* : verfamus . *Pag*. 207. *lin*.3. pofthumiffima , *lege* : valde pofthuma . *Pag*.208. *lin*.7. quave , *lege* : quæque . *Pag*.215. *lin*.19. accepta , *lege* : acceptatas .

APPROBATIONES THEOLOGORUM ROMANORUM.

Approbatio D. Cajetani Cenni Sacrof. Vatic. Bafilicæ Beneficiati.

NOvum planè atque infigne opus ad meas manus pervenit, quod infcribitur: *De Supremâ Romani Pontificis autoritate hodierna Ecclefiæ Gallicanæ Doctrina.* Autoris induftria, ingenium, fcientia in eodem maximè enitent. Quantâ cum animi alacritate illius conatum amplexus fim, quantâ cum jucunditate præcipua primùm capita, deinde fingula evolverim ii mihi teftes erunt, tùm qui privata aliquot fcripta Gallicanam Ecclefiam fpectantia norint, tùm qui ifta diligenter perlegerint. Nullo prorfus artificio, fummo autem ftudio ufus eft, ut argumenti magnitudini fatisfaceret; documenta omnia fcrutatus eft, quæ infallibilitatem, ceterâfque Chrifti Vicarii Romani Pontificis dotes apertiffimè enuntiant, eâque ex Gallicanâ tantùm Ecclefiâ. Indè autem uberrimam eduxit fegetem, quæ Gallicanæ ejufdem Ecclefiæ non modò veteris, fed etiam noftri ævi gloriam adverfùs nonnullorum opinionem clam omnium nemine effe patitur. Quod præcipuâ dignum laude arbitror, de Supremo & infallibili Summi Pontificis judicio agens volumine altero (duo enim in volumina totum opus dividitur) in magnum illum fcopulum neceffariò incidit *defenfionis* Meldenfi Epifcopo adfcriptæ *declarationis Cleri Gallicani an.* 1682. unanimi confenfu fancitæ, fed Illuftris autor quâ eft fapientiâ ac prudentiâ oftendit primùm falsò appingi fcriptionem illam tanto viro: deinde pofthumi atque indigefti ejus operis argumenta diluit doctiffimi illius Præfulis vulgatis operibus eodem vigente ac fummum obfequium teftante erga fupremum & infallibile Romanorum Pontificum judicium in rebus Fidei & morum; ac demum oftendit autorem illum *defenfionis, &c.* quicumque fit *lib.* 15. *cap.* 4. & alibi argumento huic fuffragari. Itaque cùm illuftris & juxtà doctiffimus hic Autor non modò Apoftolicæ Sedis caufam pro dignitate agat, fed perinde actam effe oftendat ab eo celebri Paftorum corpore, quod ejus ex fententiâ eft pars major Epifcoporum Pontifici adhærentium, unde metus vulgò ac diffidentia; publicam in lucem edendum arbitror tàm præclarum opus; plurimam quippe commendationem colliget doctiffimo eidem Autori; gloriam, fortaffe etiam æmulationem feret Gallicanæ Ecclefiæ; maximo autem folatio erit Romano Pontifici atque Apoftolicæ Sedi; hujufmodi enim conatus neque hinc profectus antea eft, neque huc aliunde pervenit de ampliffimâ illâ Patriarchatûs Occidentalis Diœcefi, quam potiùs trahere ad fuas partes confueverunt Novatores.

Ex meo domicilio in civitate Leonina
nonis Novembribus an. M. D. CC. XLVI.

Cajetanus Cennius Sacrof. Vatic. Bafilicæ Beneficiatus

Approbatio D. Jofephi Blanchini Veronenfis, Congregationis Oratorii Romani Presbiteri.

NOndum fatis Conftitutum & ratum effe inter Catholicos aliqui volunt, in quo potiffimùm fedeat divinitus data autoritas judicandi de rebus Fidei abfque ullo periculo erroris: eam namque extra Concilium liberè denegant tribuendam Romanis Pontificibus etiam ex Petri Cathedrâ definientibus jure Magifterii ipfis concredito, una cum Primatu omnium Ecclefiarum; nec eos movent exempla Victoris, Stephani, Zephirini, Miltiadis, Julii, Damafi, & aliorum, quorum Dogmatica decreta hiftoriæ Ecclefiafticæ monumentis confignantur. *Defenfio Cleri Gallicani an.* 1681. Chriftianiffimi atque fplendidiffimi Regni lucem, quâ fub cœli axe micat aliquantulùm obumbravit. Clariffimus Boffuetius immortale decus, lúxque fplendidiffima Galliarum, qui eruditione, Doctrinâ, & unitatis ftudio, fideíque dilatandæ ardore tam bene de Ecclefiâ meritus eft, ut inter Patres enumerari, & Ecclefiæ Pater quodammodo dici poffit, autor creditur larvatæ defenfionis, quam paulò fuperiùs nominavi; fed qui Meldenfem Epifcopum verè magnum parentem noti operis fuiffe deprædicat, afferítque (ad conciliandam invidiam venerabili Clero Gallicano) illius Gentis Antiftites eamdem fententiam vel antiquitus, vel recenter propugnaffe, fallitur, imò fallit, ficut legentibus librum hunc fatis fupérque conftabit. Monumenta quæ profert in medium indubiæ funt autoritatis, quoniam adfervantur in fotulis & Archivis eorumdem Præfulum Galliarum. Felix Autor qui condidit tantum Chriftianiffimi Cleri propilæum, nulli ad hanc diem, nifi Doctiffimo Autori licuit ad tuendam Romanorum Pontificum dignitatem Galli-

ea tabularia perlustrare eâ diligentiâ studióque quo ipse lustravit; ut fas sit credere pauca esse monumenta quæ eum fugerint, si quæ fugêre. Maximæ ergo agendæ sunt gratiæ Deo Patri luminum, qui ad propositæ controversiæ lucem tantam lucernam latentem sub modio super candelabrum constituit, ut splendesceret in domo Dei. Summus Sacerdos, cui hoc ce munus oblatum est ingentem chartarum manipulum ad cœlum elevet, consecret, ut ità in eo copiosa meritis Antistitum Gallicanorum, qui *infallibilitatem* in Romanis Pontificibus venerantur, benedicatur illâ benedictione, quâ cælestia eadémque perennia tribuuntur. Novit Christianus orbis quanta vis Apostolicis benedictionibus insit, quippe quibus divinus favor aspiret, earúmque virtute universa terra lætetur, adeò ut divinæ illius benedictionis influxu aprehendat tritura vindemiam, & vindemia occupet summâ ubertate sementem, quæ germinet fructum ab autore desideratum in cordibus omnium sectatorum vulgatæ *Defensionis Cleri Gallicani.*

Kalendis Novembribus anno Domini M. D. CC. XLVI.
Romæ ex Ædibus Vallicellanis.

Joseph Blanchinus Veronensis, *Presbiter Congregationis Oratorii Romani.*

Approbatio P. Thom. Augustini Ricchini Sacr. Theolog. Magistri ordinis Prædicatorum Collegii Casanatensis Theologi.

OPeris quod inscribitur *de Supremâ Romani Pontificis autoritate hodierna Ecclesiæ Gallicanæ Doctrina* judicium qualecumque meum proferre jussus, post accuratum ejusdem examen, quam cepi de illo sententiam candidè aperio. Argumenti genus Auctor eximius pro suo erga veritatem & Apostolicam Sedem incenso studio adornandum suscepit, quo nihil opportunius ad convellendam præjudicatam opinionem, quæ de Gallicanæ Ecclesiæ sententiâ multorum animis insedit, nihil ad Romani Pontificis in Dogmaticis judiciis inerrantiam asserendam aptius, ad vindicandum Galliæ Episcoporum, imò universæ Clarissimæ Gentis erga Petri Successores obsequentissimum cultum demissámque voluntatem magis necessarium, ad eripiendum denique ex eorum manibus qui se optimorum Antistitum nomine & patrocinio tuentur inanem clypeum efficax magis atque validius. Certis enim amplissimisque Documentis luculenter evincit Gallicanam Ecclesiam avitæ Fidei, Majorúmque Traditionis in gravissimâ controversiâ custodem fidelissimam, non solùm Pontificias de rebus Fidei morúmque sanctiones Summâ ac divinâ per universam Ecclesiam nullo præmisso examine, aut expectato Episcoporum consensu ea autoritate pollere, cui fideles omnes absolutam plenámque obedientiam debeant, docere constanter ac prædicare, sed iis rem ipsam argumentis conficere ac vindicare, quibus Novatorum, aliorúmque scriptorum tela, unde Apostolicæ Sedis inerrantiam impetere, atque elevare moliuntur omninò retundi facilè possint. Germanas quoque Ecclesiæ Gallicanæ libertates suis finibus circumscriptas ad labefactanda ejusdem Sedis privilegia nequidquam ab adversariis objici & intorqueri demonstrat, eásque Pontificiæ autoritati non modò non adversari sed maxime suffragari, quæ quidem omnia tam aptâ methodo, tanto rerum & documentorum apparatu, tam subacto judicio, nec minore in scribendo moderatione & candore, quàm eloquentiâ & perspicuitate Lectoribus exhibet, ut nisi in meridie cæcutire velint circumfusam in opere universo veritatis lucem mirentur oporteat. Cùm itaque præclarissimum opus meo quidem judicio nihil omnino contineat, quod Theologicæ censuræ aut castigationi obnoxium sit: multa verò complectatur, quæ optimæ causæ patrocinium promovent, ut publici juris fiat auctor sum, hortatórque, augurans fore, ut eruditorum plausu excipiatur, & apud ipsos cordatiores Gallos non exiguam initurum gratiam, cùm de celeberrimâ Gente & Ecclesiâ etiamnum vera esse suadeat, quæ in ejus laudem Arnulfus Lexoviensis in Neustriâ Episcopus Alexandri Papæ III. Legatus ad Archiepiscopos & Episcopos Angliæ olim scripsit, quod *illam semper Deus & agnitione veritatis illustravit, & pedes ejus à justitiæ tramite nullatenus aberrare permisit..... quippè cum ceteræ Nationes abundent portentis sola Gallia monstra non habuit, sed sinceritate Fidei, doctrinæ veritate, virtutum titulis, & plurimâ operum exhibitione præfulsit.* Ità censet salvo, &c.

Romæ ex Ædibus Minervitanis
3. Kal. Julius M. D. CC. XLVI.


F. Thomas Augustinus Ricchinius Sac. Theol. Mag Ordinis Prædicatorum Collegii Casanatensis Theologus.

Approbatio P. Joannis Laurentii Berti Angelicæ Bibliothecæ Præfecti, & Supremæ Inquisitionis Qualificatoris.

QUod nonnulli opinantur in eo dogmate, quo judicium Apostolicæ Sedis seu Romani Pontificis aliquid è Cathedrâ definientis numquam errori subesse, sed inconcussum firmissimum, atque ab universis Christi Fidelibus humilimè excipiendum servandumque esse defenditur, Doctissimos Clarissimósque Galliarum Antistites ab Orthodoxis ceteris dissidere, plenissimámque illam judicii autoritatem quibusdam finibus circumscribere, id neque eorumdem Antistitum singulis, neque sapientiæ ac probitatis famâ celebrioribus adscribendum commonstrat Præstantissimus atque eruditissimus Autor in perpolito, numerisque omnibus absoluto opere inscripto: *De Supremâ Romani Pontificis autoritate hodierna Ecclesiæ Gallicanæ Doctrina.* In hoc siquidem opere non obviis & pervulgatis, sed Summo studio ac delectu collectis monumentis, iisque non undique, sed ex Gallicanæ Ecclesiæ Pastoribus, horúmque multiplici institutione ac doctrinâ accuratè depromptis evincit Clarissimus Autor laudabilem illam animorum consensionem, quâ olim in Trecensi, Aurelianensi, aliisque Galliarum Synodis religiosissimi Episcopi protestati sunt, se *voto*, *voce & unanimitate* prosequi latum ab Apostolicâ Sede judicium, viguisse semper & adhuc vigere post celebrem *Cleri Gallicani* uti appellant *declarationem* quâ præsertim edita in ore scriptorum sinistra illa opinio, quam supra commemoravi percrebuit. Cùm itaque egregio hoc opere constet, quæcumque hactenus produxerunt autoritatis Romani Pontificis propugnatores & vindices, aut saltèm præcipia, sive in dogmate stabiliendo, sive in refutandis oppositionibus, fulciri & firmari Ecclesiæ Gallicanæ saluberrimis Documentis, nullúmque proinde adversariis relinqui præsidium, nec illud quidem, quod ex afflictis clarissimo Meldensi Episcopo (Bossuetio) posthumis lucubrationibus magnopere jactare solent, meâ utique sententiâ, qualiscumque ea sit, bipertitum hoc opus in lucem quamprimùm emitti, atque studiosorum manibus teri debet; idque censeo ac pronuntio propositam spem habens futurum fore, ut typis cusum & ab æquissimis rerum æstimatoribus perlectum ad commendarionem splendorémque sapientissimi Autoris, ad gloriam Gallicanæ Ecclesiæ, nec non ad Literariæ Reipublicæ commodum quàm maximè conferat.

Ex Romanis S. P. Augustini ædibus
XV. Kal. Novembris an. M. D. CC. XLVI.

F. Joannes Laurentius Berti Angelicæ Bibliotehcæ Præfectus & Supremæ Inquisitionis Qualificator.



SANCTISSIMO D. DOMINO NOSTRO BENEDICTO *PAPÆ XIV.*

SANCTISSIME PATER,



D Sacratissimos Sanctitatis Tuæ pedes accedit non privatus scriptor qui divinæ Sedis Apostolicæ jura defendere & ab hostium insultibus vindicare (rem toties peractam) susceperit, sed integra se sistit Ecclesia pietatis ac eruditionis laude præstantissima, quæ novum sui perennes erga Petri Heredes perennis obsequii, simúlque singularis ad asserendam eorum autoritatem studii pignus Tuæ Beatitudini deferre gest-

tit. Optimè nosti BEATISSIME PATER *ac pro eâ, quâ in antiquis Ecclesiasticæ Historiæ monumentis versatus es eruditione, nequaquam ignorare potes, quàm vetus olim, quam magna semper, quam prona inprimis extiterit Ecclesiæ Gallicanæ Romanos erga Pontifices observantia, quantum isti in perspectâ ejusdem Ecclesiæ doctrinâ & sanctitate præsidii ac defensionis collocarent; Tibique planè constat splendida adeò & ampla fuisse hujusce reverentiæ specimina, ut hactenus Ecclesia Gallicana veluti firmissimum Autoritatis Pontificiæ columen à Christianis omnibus, nec immeritò quidem haberetur; quippe quæ hanc gloriam ita fecerat suam, ut eam ipsi eripere alia potuerit nulla, nulla voluerit inficiari.*

Verùm tuam sanè BEATISSIME PATER *nec fugit sapientiam quantum absit ut eamdem omnes de hodiernâ Galliarum Ecclesiâ opinionem habeant, quam de antiquâ conceperunt. Quot enim undique Scriptores reperias, qui Gallicanæ Ecclesiæ id criminis objiciant, quòd avitam & constantem de Romanâ Autoritate Doctrinam deseruerit, quòdque ætate nostrâ Summum illud Petri Successoribus deneget Autoritatis pondus, quod ipsis antea numquam non asseruerat. Ea demum videtur multis recens Gallia, ut quæ sacra quondam Romanæ Cathedræ jura strenuè defensaverat, eorumdem nunc inimica pejor evaserit. Hanc dolemus quamplurium de optimâ & innocuâ Gente malè opinandi ac dicendi perversitatem.*

Liceat igitur BEATISSIME PATER *ipsimet Ecclesiæ Gallicanæ, liceat impactum sibi per calumniam grande scelus, quod vel cogitatione horret, coram Beatitudine Tuâ à se propulsare, tamque injuriosæ criminationis falsitatem ostendere. Sine ad augustum Tuæ Sedis Tribunal accedat illa, ut suam in retinendâ majorum suorum doctrinâ constantiam, proindèque suam in asserendâ Romanæ Sedis supremâ & indeficienti Autoritate perseverantiam testetur ac certissimam tibi faciat, hoc nimirum & præsertim in opere, in quo solemnia & publica, quæ nuperrimis temporibus suæ erga Sedem Apostolicam reverentiæ pietatis ac Fidei argumenta numero plurima, pondere gravissima edidit, collecta simùl & illustrata tùm vestris ad spectaculum & lætitiam, tùm alienis ad documentum & exemplum oculis subjiciuntur. Tanta verò*

sunt, tam perspicua, tam indubitata perseverantis hujusce obsequii monumenta, quæ Summâ fide, pari copiâ istud qualecumque opus repræsentat, ut ex iis nulli dubitemus compertum fore Tibi atque exploratissimum de paternâ virtute & doctrinâ nequaquam degenerasse filios, nec minorem istos etiamnum à te promereri benevolentiam, quam eorum Majoribus Prædecessores Tui concesserunt.

Quare in spem maximam inducitur Ecclesia Gallicana fore ut Beatitudinis tuæ oculis haud ingratum succedat opus, quod felicissimis Tuis sub Auspiciis in lucem publicam prodire ambit, imò nec dubitat quin magnam operi gratiam, ipsum operis argumentum apud te conciliet. Scilicet enim agitur de nobilissimâ illâ Gente & Ecclesiâ à variis Hostium suorum impressionibus ac dicteriis vindicandâ, in quâ quidem ipse ut pristinum Religionis splendorem, avitam Fidei famam, primævamque nominis gloriam conservares adeò fæliciter hactenus allaborasti. Est igitur, BEATISSIME PATER, *quòd in te potentissimum sui defensorem ac Patronum sibi meritò polliceri possit Florentissima Galliarum Ecclesia, quæ dum se tibi tuæque Sedi devotissimam, nec non & avitæ in Romanos Pontifices observantiæ tenacissimam hoc in opere perhibet, mutuas paterni tui erga se amoris & benevolentiæ vices pro datis occasionibus experitur.*

Ceterum Beatitudinis Tuæ patrocinium ac tutelam haud ità suppliciter exposcit, ut judicium æquitatemque reformidet, quin & eò reformidat minùs, quòd Pontificem in Te demiretur iis præditum ingenii dotibus, quæ oculatissimum simul & integerrimum causæ suæ judicem efficiant, eâ mentis excelsitate, quam nulla negotiorum difficultas, multitudoque exuperet, eâ sensus accuratione, quam veri nulla deludat inanis species, eâ intellectus prudentiâ, quæ libratis usquè momentorum ponderibus utrinde veritatem aptissimè numquam non definiat, eâ judicii maturitate, cujus tot & tanta Urbi ad applausum, Orbi ad stuporem specimina in variis Romanæ Curiæ Tribunalibus affatim exhibuisti. Nec minus causæ suæ præsidium nanciscitur Ecclesia Gallicana cùm in eximiâ illâ tuâ & ingenio parta felici, & longo labore aquisitâ eruditione, cujus æterna & amplissima monumenta tot in Pastoralibus Doctrinâ planè cœlesti refertis Constitutionibus, tot Statutis ac tot in Rescriptis Apostoli-

Æ verè dignis ætate, nec non in libris illis edidisti, in quibus maxima licet voluminum mole luxuriat Doctrinæ opulentia major: tùm etiam in egregiis illis animi tui virtutibus, quæ Tibi Catholicæ totius Ecclesiæ ut venerationem conciliant, sic administrationem regimenque promeruerunt.

Tandem nec minimam suffragii Tui spem injicit, BEATISSIME PATER, *ipsum Illustrissimi illius Præsulis suffragium, cujus & Summa morum integritas & doctrina minimè vulgaris Sanctitati Tuæ nequaquam ignotæ sunt. (Illustrissimum loquor Episcopum DD. Josephum Vignoli, cujus præclaras ingenii animique dotes, optima præsertim & multiplicia cùm in Ecclesiam universam, tùm in Sedem Apostolicam merita sacris Sancti Severini infulis denuper muneratus es). Nempè enim varias dissertationes, ex quibus nostrum istud opus compingitur, quasque pridem eorum gratiâ fueram elucubratus, quibus Theologica Dogmata prælegebam, ipse pro suâ in me benevolentiâ pervolvere non dedignatus est Illustrissimus Antistes; easque cùm à se, tùm ab aliis, quorum operâ usus est doctissimis viris maturè discussas & accuratissimè ponderatas tales tandem esse censuit, quæ ad debitum Sedi Apostolicæ obsequium promovendum, haud secùs ac ad Galliam ab iniquâ calumniâ vindicandam non nihil inservire possent. Quapropter semèl & iterum institit, ut privatas lucubrationes, quas propriis dumtaxat usibus ferè destinaveram, publici juris fieri concederem; ac ne quid ullâ ex parte obstare posset, quominus pro datâ occasione studiosam suam de Sede Apostolicâ, deque Romanis Pontificibus quàm optimè merendi voluntatem significaret, omnes Typorum sumptus, curas, & pericula recipere in se voluit. Iteratis beneficentissimi Præsulis suasionibus, cujus etiam nutus ut jussa veneror, tandem aquievi* BEATISSIME PATER, *illoque Autore ac Mæcenate ad SanctitatisTuæ Pedes Summâ cum animi demissione provolutus, atque reverentissime deosculatus Apostolicam Benedictionem enixiùs efflagitat,*

BEATITUDINIS TUÆ

Humillimus & obsequentissimus, &c.

Approbatio



PRÆFATIO.

REplicanti mihi Francorum Annales, & erecta parsìm ab illis avitæ Religioni monumenta sedulò investiganti, geminum occurrit imprimis Gallicæ Pietatis argumentum, ex quo cæteris eorum laudibus velutì cumulus accedat, innata videlicet, nec memoranda satis in Sedem Apostolicam observantia, & inexhausta beneficentia. Hoc utroque vinculo se Gallia communi Christianorum Parenti tam arctè devinxit olim, ut Sedi Romanæ benevelle, ac benefacere, & esse Gallum, unum fermè, idemque videretur. Hinc, si quis in Romanam Ecclesiam insurgeret, vel oppugnator malevolus, vel aggressor iniquus, vel invasor sacrilegus, emicabat illicò pia Gallorum alacritas in Romæ laborantis auxilium experrecta, nec ullus erat, qui Romanam Cathedram, vel convellere penitùs, vel succutere tantisper aggrederetur, quin protinùs imminentem è Gallico Solio procellam pertimesceret.

Nequè verò observantissima illa in Romanos Pontifices ac benefica pietas ita in primarioRegni capite resedit, ut non indè in singula membra permaneret. Certare sæpè numero visi sunt cum Regibus Primores Regni, cum Primoribus singuli propè Cives, qui se vix Gallos arbitrabantur, nisi se Gallos probarent Sedem Apostolicam strenuè defendendo, munificè cumulando,

animosè vindicando, certissimo sæpè capitis periculo, maximo saltèm fortunarum dispendio, solo rei christianæ incremento.

Possim hoc quidem in loco è Gallicis Annalibus laureatam potentissimorum Regum seriem eruere, qui, quantam cæteris Gentibus armorum terrore, nominis claritate, triumphorum celebritate, sui formidinem ac admirationem injecerunt, tantum, imò longè majorem inconcusso studio, singulari munificentiâ, summâ Religione apud Summos Pontifices amorem sibi, ac propè venerationem conciliarûnt. Possim hìc tot Filios Ecclesiæ primogenitos magnifico quidem, sed nimis operoso sermone prosequi, quos quandiù Gallia in suis Nepotibus redivivos gratulabitur, tandiù Roma jurium suorum vindices acerrimos sibi quoque gratulari poterit. Est quidem hoc omnibus commune Regibus, qui christianâ magis dignitate, quàm Regis stemmate gloriantur; sed hanc sibi laudem, potiori quodam jure, præ cæteris, vindicant nostri Principes, quibus hæc Populorum omnium suffragio prærogativa est, ut Christianissimi Reges & Filii Ecclesiæ primogeniti nuncupentur.

Magnum est profectò, ut iisdem penè Oratoris nostrorum temporum nobilissimi verbis utar, magnum est, & Franciæ gloriosum quod, inter cæteras Europæ ditiones, prima Regem habuerit Apostolicæ Sedi obsequentissimum; at majus quidquam, ac Franciæ impendio gloriosius est quod numerosissimos inter Reges qui Clodovæum exceperunt, nemo unus reperiatur, qui juratum Romanæ Cathedræ obsequium abjuraverit, qui ab Apostolicæ Sedis reverentiâ, vel Communione desciverit. Revixerunt interdùm ex pluribus aliis Orbis christiani partibus novi Nerones & Diocletiani, qui vel

Hæreſeos facibus armati, vel Schiſmate rebelles, vel cupiditate ſuccenſi, Romanas Arces invadere, Summos Pontifices ex auctoritate, Matrem aliarum Eccleſiarum vipereis dentibus diſcerpere ſacrilegis auſibus attentarûnt; at ſingularis Francorum Regum laus ita eſt, ut ex iis vel unis, tot inter, morum, temporum, fortunæ diſparitates, tot bella tum extranea, tum domeſtica, tot illecebras, tot molitiones, tot conatus, vafræ, inſidioſæ, armatæ novitatis, tot deniquè ſæcula, nubila, ſaxea, ferrea, numquam ab avitâ erga Sedem Apoſtolicam obedientiâ dimoveri potuerit. Vidit, & eheu! ſæpiùs vidit (quia videre numquam debuiſſet) vidit Romana Eccleſia mox Chriſtianos Cæſares modò alios Orbis Principes, ita infenſos ſibi & adverſos, ut inter hoſtes ſui & Religionis profligantiſſimos computare illos potuerit. Vidit imò difficillimis Arianorum temporibus omnes terrarum Monarchas in Fidei ſuæ perniciem conjuratos, uno excepto Galliarum Rege Clodovæo, quem aliorum exempla pulſare quidem, commovere nuſquam potuerunt.

Vidit Roma ſuos Pontifices in dubiis, perditiſve rebus, illum in Gallis quærere tutiſſimum & laceſſitæ auctoritatis & periclitantis vitæ azilum, quod alia Regna vel non offerebant plerumque, vel denegabant, quod ipſa interdùm Roma abnuebat. Quantâ porrò honoris ac venerationis teſtificatione, tam charos, tam honorificos hoſpites ſuo complexa ſinu Francia geſtiebat? Gratum profectò Divis, amœnum Religioni ſpectaculum offerebat inſignis illa Regum Francorum pietas, cum Romanis Pontificibus, ſeu profugis, ſeu aliis de cauſis Gallias appetentibus longè obviam irent, ad eorum adventantium Pedes unà cum Liberis & Regni Primoribus accederent, illos prehen-

ſis equi frenis, pompâ triumphali, deducerent ipſi Pedites, eò reliquis majores Regibus, quò ſe minores Chriſti Vicariis fatebantur. Obliviſcebantur ſuorum infortuniorum Romani Antiſtites, cum dabatur illis in tutiſſimo Chriſtianorum Principum patrocinio, in effuſiſſimo Galliæ totius complexu aliquantùm acquieſcere. Replicentur veterum Annalium paginæ, quanto agmine variis ſæculis occurrunt legenti Pontifices Maximi, qui Jurium ſuorum conſervationem, Pontificiæ Dignitatis incolumitatem, ſuæ etiam vitæ ſecuritatem uni acceptam Galliæ referunt? Videas octavo ſæculo, Stephanum III. Adrianum I. Leonem III. Nono, Joannem VIII. Undecimo, Urbanum II. Paſchalem II. Duodecimo, Gelaſium II. Calixtum II. Innocentium II. Alexandrum III. Gregorium VIII. Decimo-tertio, Innocentium IV. Urbanum IV. Bonifacium VIII. Quarto-decimo, Joannem XXII. Decimo-ſexto, Clementem VII. Paulum IV. Decimo tandem ſeptimo, Clementem VIII. & Paulum V. Cernas, inquam, illos modò vindicatos ab hoſtium immani feritate, modò contra Pontificum non legitimorum artes, & arma protectos: Hìc à perduellium & rebellantium Factionibus liberatos; illìc Sedi ſuæ & priſtinæ Dignitati reſtitutos.

Sacros illos Summorum Eccleſiæ Antiſtitum triumphos, inter opes Majorum ſuorum pretioſiſſimas, numerabant Filii avitæ non minùs virtutis quàm Majeſtatis hæredes, nec dignos ſe tantis Prædeceſſoribus Succeſſores reputabant, niſi illas ad ſuos ipſi poſteros novâ, quoties ſe dabat occaſio, ſimilium facinorum acceſſione auctiores tranſmitterent. Proferantur quæ extant etiamnum, & eruditorum manibus teruntur Caroli Magni, Ludovici Pii, Divi Ludovici aliorumque plurimorum teſtamenta, quid in iis diſertè com-

mendant, suisque Liberis distinctè præcipiunt, nisi ut auctoritatem Apostolicæ Sedis, ac Dignitatem sanctam usque & tectam deffendant? *Imprimis jubemus*, inquit Carolus Magnus, *ut tres Filii mei suscipiant unà curam & defensionem, sive patrocinium Ecclesiæ Sancti Petri, quod fecit Carolus Avus & Pepinus felicis memoriæ Pater meus, quorum vestigiis institi, ut Deo auxiliante eam adversùs omnes ejus hostes propugnare totis viribus contendant, ipsiusque Jura pro virili & quoad licebit tueri nitantur.* (1)

Quàm verè tàm piè asserit magnanimus ac religiosissimus Imperator eas semper fuisse Pepino partes, ut curam atquè defensionem Sedis Apostolicæ susciperet, seque tàm gloriosissimi Parentis quàm Avi vestigiis institisse. Ut enim cum laudato eloquentissimo Oratore loquar, quàm rara, quàm ingentia dederunt illi suæ ergà Summos Pontifices observantiæ, suæ beneficentiæ pignora? Pepinus devicto & spoliato Rege Longobardorum Aristulpho, Exarchatum, Ravennæ, & Pentapolim, id est veterem Flaminiam, Æmiliam & Picenum, quàm dites amplasque Regiones, in his quam lautas nobilesque Civitates, Ravennam, Bononiam, Ferrariam, Ariminum, Anconam, Urbinum, aliasque tres & viginti Romanæ donavit Ecclesiæ? Quarum Urbium Claves unà cum Tabulis, quibus inscripta donatio legebatur, Pontifici tradendas, & in confessione Sancti Petri, ut monumenta vetera loquuntur, deponendas curavit. Tantam munificentiam, quam præter Francos, nullus Regum imitatione duplicavit, quidquamne nisi sola Religio suadere poterat? Pulchrius videlicet ac Rege Christianissimo dignius rebatur religiosissimus Princeps Sedis Apostolicæ honorem ac opes amplificare quam suas.

[1] Dupleix. In Vità Caroli Mag. *Tom.* 1. *pag.* 486.

Satis haud habuit Carolus Magnus largiſſimam Patris donationem ratam ac fixam facere, agrum prætereà Sabinenſem, Spoletinum ducatum ac Beneventinum adjecit. Paternam, avitamque liberalitatem Ludovicus Pius, Carolus Calvus, aliique poſtmodùm Imperatores Franci, ac Reges grandibus nec raris acceſſionibus cumularûnt. Demùm quidquid in Italiâ Pontificiæ ditionis eſt, quidquid fuit olim, id Eccleſia Romana Francis maximam partem vel Regibus, vel oriundis è Galliâ Heroïbus acceptum, amplificatum, conſervatum refert; nec aliam ferè cæteri Principes relictam ſibi laudem habuerunt, quam ut Francorum dona non imminuerent. Ab attentatis Romanæ Eccleſiæ Juribus procùl, & longè aberant illi Principes, qui tàm generosè tàm largè ſua profuderant. Decertent igitur cum Romanis Pontificibus Germani Cæſares, Jus illud, quod inveſtituram nuncupant, ſpretis Eccleſiæ privilegiis, obtrectatâ Romanæ Sedis majeſtate, ſibi arrogent; in Sedem Apoſtolicam ſæviant Othones, Henrici, Frederici ac debacchentur atrociter; armis & vexationibus illud ſibi vindicent, quod æquis & legitimis titulis obtinere non valebant; quid interìm Franci Reges? Nimirùm quibus multò etiam potior ſuberat, ſi qua tamen eſſe potuit reclamandi cauſa, tam piè nihilominus, tam reverenter ſe gerunt, ut cæterorum inclementiam ſuâ moderatione condemnaverint, illudque comprobaverint omnibus, ità ſe eſſe erga Sedem Apoſtolicam affectos, ut de Juribus ſuis concedere, quàm ad illa vindicanda Summos Pontifices vel parumper offendere, maluerint.

Parùm verò fuiſſet Chriſtianiſſimis Regibus, Eccleſiæ Romanæ nunquam non extitiſſe obſequentiſſimos; imò anguſtiores erant Imperii Gallici limites, quàm ut

ardentiſſimum, quo flagrabant, & prodendæ Religionis & amplificandæ erga Sedem Apoſtolicam reverentiæ zelum contineret; alias etiam ſive in ditionem ſuam redactas Nationes, ſive exteras & liberas ad ejuſdem Pontificiæ Dignitatis obſequium perducere omni ſtudio contenderunt. Dagobertus, Gandavenſes & Flandros (hìc iterùm diſertiſſimi Oratoris ſenſus exprimo) Friſios, Carolus Martellus, Carolus Magnus, Saxones, Veſtphalos, Bohemos, Avares, Moravos Chriſtianæ Religioni ac Sedi Apoſtolicæ acquiſierunt. Diceres hanc demandatam divinitùs Francis & eorum maximè Regibus Provinciam fuiſſe, ut catholicam fidem Orbe toto diſſeminarent, ut *Eccleſiam* (quod de illis Pius II. prædicat) *honeſtarent*, ut dominationis apoſtolicæ fines unà cum terrarum finibus confunderent. Jam verò quid eſt de Apoſtolicâ Sede mereri? Quid debitum Summis Pontificibus reverentiam exhibere? Quid eſt digniſſimos de ſupremâ ejus auctoritate ſenſus induere, ſi hoc non eſt?

Obſequentiſſimos porrò illos ac religioſiſſimâ digniſſimos Natione pietatis ſenſus hauſit Gens Gallica, hauritque etiamnum ex ipſâ Cleri, quo regitur, & quo nullum graviorem Eccleſia, vix ullum obſervantiorem Romana Sedes habuit, ſpectantiſſimâ erga ſupremos Antiſtites reverentiâ. Illuſtriſſimum dico Gallicorum Epiſcoporum Ordinem, qui cæteris gloriâ nunquam & commendatione ſuperiorem ſe ſe fore ſemper intellexerit, ni ſe cunctos ſummâ in eam, quæ caput aliarum eſt, Eccleſiam obedientiâ ac honoris teſtificatione præcederet.

Notiora ſunt cuivis in Eccleſiaſticâ Hiſtoriâ non planè hoſpiti numeroſiſſima illa Gallici in Apoſtolicam Sedem obſequii teſtimonia, quàm ut referri à nobis

ſplendidiora per ſe ſe, quàm ut noſtris celebrari encomiis indigeant : Ecquis enim ignorare illa valeat, quibus tota perſonat antiquitas, quis non demirari, quæ ipſa ad ſtuporem uſquè mirata eſt majorum noſtrorum prolixiſſima ſeries? Ergone hìc prætermittenda penitùs? Ergone opprimenda ſilentio, quæ vulgari, quia propagari Religio, quæ extolli laudibus, quia imitatione æternari amat? Abſit à Scriptore, qui omnium maximè Gallorum amicus eſſe & videri velit, tam inhoneſta, tam intempeſtiva taciturnitas, quæ fædioris forſan zelotipiæ, nec non & turpis invidiæ vitio jure imputari poſſit. Malo igitur notiſſima jam pridèm, at eorum nunquam ingrata oculis, quorum præcordiis inſidet ſincerus Religionis amor, iteratò repetere, quàm iniquæ adeò ac probroſæ ſuſpicionis inire periculum; at nequè tamen animus eſt, omnia hìc & ſingula fuſius proſequi, quæ veteri Galliæ glorioſiſſima ſunt; quippè quorum vel nuda recenſio in immenſum creſceret. Ex innumeris igitur pauca retuliſſe juverit, pauca, inquam, ſed ſine commentariis perſpicua, ſine gloſſariis aperta, ſine fuco ſplendida, ſine mutilationibus ſincera, ſine ambagibus decretoria Galliæ antiquæ de ſupremâ & infallibili Romanorum Pontificum auctoritate oracula.

Firmiſſimè tenemus & nullatenùs dubitamus, quòd Sancta Sedes Apoſtolica eſt illa Cathedra Petri, de quâ in Perſonâ Petri in eâ ſedentis dictum eſt : Petre, rogavi pro te ut non deficiat fides tua (1) *quia in hoc monte (Sede Apoſtolicâ) Dominus docet, ſtatuimus ibi finem quærendi, ſtationem credendi, expunctionem inveniendi.* (2) *Ad hanc Sedem, velut*

ad

(1) Univerſitas Pariſienſis per Petrum de Alliaco an. 1387. Hiſt. Univerſit. *Tom.* 4. *pag.* 627.

(2) Clerus Gallic. in Conventu an. 1660. ſcribens ad Alexandrum VII. S. Pont.

tenendorum, & confutatio errorum (1). *Hujus Sedis judiciis & Constitutionibus obviare planè est Hæreticæ pravitatis notam incurrere*(2). *Hæc Sedes Columna & fundamentum veritatis* (3), *statum incolumitatis accepit* (4); *in hâc Sede Fides Petri nunquam deficiens* (5). *Stultitiæ elogio denotandi sunt qui illam Petri Sedem aliquo pravo dogmate fallere posse arbitrati sunt; quæ nec se fefellit, nec ab aliquâ Hæresi unquam falli potuit* (6).

De omnibus dubiis vel obscuris, quæ ad rectæ Fidei tenorem, vel pietatis dogmata pertinent, Sancta Romana Ecclesia ut omnium Ecclesiarum Mater & Magistra, nutrix, ac doctrix est consulenda & ejus salubria monita sunt tenenda (7). *Catholicis hoc debet sufficere quod omnium Ecclesiarum Mater docet* (8). *Non ab aliis scripturis nisi ab his, quas illa inter Canonicas recipit, testimonia sunt assumenda, nec aliorum Doctorum nisi eorum, qui à Gelasio vel aliis illius Sanctæ Sedis Pontificibus suscepti sunt, dogmata sunt amplectenda* (9). *Ab hâc Ecclesiâ Romanâ Fidei certitudo petenda est* (10); *ad hanc enim Ecclesiam propter potentiorem* (vel potiorem) *principalitatem, necesse est omnem convenire Ecclesiam* (11); *oportet hoc sequi quod illa Romana Ecclesia custodit* (12), *ea enim errare non potest juxta Canonem* à rectâ 24. *quæst.* 1. (13). *Venerabuntur Archiepiscopi & Episcopi S. Patrem nostrum Papam, Ecclesiæ universalis caput visibile, Dei in terris Vicarium, Episcopum Episcoporum & Patriarcharum, denique S. Petri Successorem à quo Apostolatus & Episcopatus sumpserunt exordium, & super quem Christus fundavit Ecclesiam, illi claves cæli tradens cum infallibilitate Fidei, quam non sinè miraculo immotam in ejus Successoribus perseverasse usque in hodiernum diem cernimus* (14). *Constat non solùm ex Christi Domini nostri pollicitatione Petro factâ, sed etiam ex actis priorum Pontificum judicia pro sanciendâ regulâ Fidei à Summis*

(1) *Ecclesia Paris. in Literis Stephani Episc. Parisf. pro B. Thomæ Doctrina editis. Hist. Univ. Paris. Tom.* 4. *ad an.* 1324.

(2) *Ivo Carnot. Episc. Epist.* 8. *ad Richerium Senon. Archiepiscopum.*

(3) *Clerus Gall. in Conventu Melodun. an.* 1479. *Anciens Mémoires du Clergé, Tom.* 1. pag. 438.

(4) *Petrus Blesensis Epist.* 99. *ad Urbanum.*

(5) *Epistol.* 85. *Galliarum Episcoporum ad Innocentium X. an.* 1653.

(6) *Annales Metenses ad an.* 863. *seu Regin. Abbas Monast. Prumiensis in Chronico ad. an.* 859.

(7) *Hincmarus Arch. Remensis in Præfat. de divortio Lotharii & Theutb.*

(8) *Idem de prædestinatione ca.* 14.

(9) *Lib. Carolini.* Lib. 1. cap. 6.

(10) *Gerson. Cancellar. Univ. Paris. in Sermone de Ascensione Domini habito coram Alexandro P.*

(11) *S. Irenæus* Lib. 3. *adv. Hæreses* cap. 3.

(12) *Hincmarus de Prædestinatione* cap. 4.

(13) *Senatus Parisiens. Ludovicum XI. Regem per Joannem Lozellier Præsidem alloquens apud Charlas Doctorem Paris. in Tract. de libertatibus Eccles. Gallic.* Lib. 7. cap. 11. in fine.

(14) *Clerus Gallic. in Conventu. an.* 1626. *art.* 137. *in Monitis ad Arch. & Episcop.*

Pontificibus lata super Episcoporum consultatione (sive suam in actis relationis sententiam ponant sive omittant, prout illis libuerit) diviná æquè ac summâ per universam Ecclesiam autoritate niti, cui Christiani omnes ex officio ipsum quoque mentis obsequium præstare teneantur (1). Oportet ad R. Pont. Apostolatum referri pericula quæque & scandala emergentia in regno Dei, & præsertim quæ de Fide contingunt, dignum namque arbitror ibi potissimùm resarciri damna Fidei, ubi non possit Fides sentire defectum (2). Spiritus Consilii, qui ubi vult spirat, per Rom. Pontifices Ecclesiæ suæ per totum orbem diffusæ assiduè consulit (3).

Potestas Romani Pontificis sola acerrimas Fidei contentiones compescere potuit (4). Pontifex Romanus vicem in terris possidet Dei (5); scimus ubi caput Ecclesiæ, ibi totius Fidei arcem esse (6), neque fas est ut absque Vicario Dei, absque universitatis Pontifice, absque unico Papâ, absque omnium arbitro aliquid in rebus Fidei & morum consummetur aut divulgetur (7), à sententiis & judiciis Romani Pontificis non potest, neque potuit, neque poterit ad aliquem judicem alium appellari (8). Romani Pontifices non subjiciuntur ullius hominum judicio (9); non enim à grege judicandus est Pastor (10). Romani Pontificis judicium soli Deo reservatur, soli Deo debetur (11); nulli dubium est quòd ea quæ Apostolicâ firmantur autoritate, rata semper existunt, nec alicujus possunt deinceps mutilari cavillatione vel invidiâ depravari (12). Non quæritur de hæresi Papæ, quondam ut Papæ sed ut privatæ personæ, non enim ut Papa potuit esse Hæreticus, sed ut privata persona (13).

Hæc de Apostolicâ Sede, déque occupantibus eam Romanis Pontificibus tradidit constanter, hæc docuit apertè vetus Gallia, quæ quidem ità clara sunt ac magnifica, ut honorificentiora de Petri Successoribus vix aliqua prædicari posse confidenter affirmaverim.

(1) *Clerus Galliс. Parisiis congreg. an. 1653. Epist. ad Innocentium X.*

(2) *S. Bernardus Epist. 190. ad Innocentium Papam.*

(3) *V. Petrus Cluniac. Lib. 4. ad Innocentium II. Sum. Pont.*

(4) *Epist. 30. Gallic. Episcop. ad Innocen. X. S. Pon.*

(5) *Hincmarus in Præfat. ad Nicolaum 1. S. Pon.*

(6) *Cler. Gal. in Comitiis general. an. 1650. scribens ad Innocentium X. Sum. Pon.*

(7) *Hincmar in loco suprà citato.*

(8) *Clemens Doctor & provisor Sorbonæ Archiep. Senonensis & postea Rom. Pont. in Decreto ad Armenos.*

(9) *Episcopi Provinciæ Senonensis apud Ivonem Carnut. Epist. 238.*

(10) *S. Avitus Vienn. Arch. scribens nomine Eccles. Gallic. ad Senatores Romanos.*

(11) *Philippus Galliæ Rex scribens ad Innocent. III. anno 1209.*

(12) *Epistol. sex Episc. Gallicanorum Scripta an. 1140. ad Innoc. II. quæ extat inter Epistolas S. Bernar. aliàs 370. nunc 337.*

(13) *Gallici Regni Proceres in Libello Clem. V. R. Pontifici dato.*

Quid eſt igitur cur mirere quòd imperium Gallicanum tot impenſis in Religionem & Religionis caput beneficiis, repenſa ſibi viciſſim à Summis Pontificibus tam egregia, tam ſplendida laudum decora glorietur, ut utris utri præcelluerint non facilè dixeris, an Galli benefaciendo, an Romani Pontifices benefacta memori mente recolendo & effusè prædicando? Quæris à S. Gregorio quid ſit regnum Galliæ? Reſpondebit illud *integritate Chriſtianæ Religionis inter Gentes alias eſſe conſpicuum* (1); addet *quantò ceteros homines Regia Dignitas antecellit, tantò ceterarum Gentium regna præcellere* (2), ſeu quod alibi preſſiùs aſſerit, *cuncta Gentium regna præcellere* (3). Quid plura? Plura certè & illuſtriora etiam alii deinceps SS. Pontifices de Imperio Gallico, déque Gallicanâ Eccleſiâ prædicarûnt. *Eccleſia Gallicana*, inquit hic (4), *tamquam lucerna ſuper candelabrum poſita lucet aliis per exemplum. Gallicana Eccleſia*, ait ille (5), *poſt Apoſtolicam Sedem eſt quoddam totius Chriſtianitatis ſpeculum & immotum Fidei fundamentum*. Ceteris ſuperſedeo laudum præconiis, quæ Gallis impertivit SS. Pontificum pietas, non adulatoriè vel aſſentatoriè, quod ſentire de centro veritatis ſit nefas, ſed ſolâ præeunte æquitatis face. His, inquam, enarrandis non immorabor ampliùs, & verò quæ hactenus recenſuimus pauca de multis, æquari vix ac nè quidem poſſunt, ſuperari certè nequeunt.

(1) *Epiſt.* 58. *ad Theodor. & Theodbert Reges Franciæ. Lib. Epiſtolar.* 5.
(2) *Epiſt.* 6. *ad Childebert Regem Franc.* Libro 5.
(3) *Epiſt.* 5. *ad Brunichid. Reginam Francorum* Lib. 5.
(4) *Honorius* 3. *Decret.* Tit. 24. *cap.* 2.
(5) *Gregor.* 9. *epiſt. ad Archiep. Remenſ.*

Quid eſt cur mirere fiduciam illam ſingularem tàm fructuoſam alteris, quàm alteris glorioſam, quâ Summi Pontifices, ſi quod ſibi in proprio ſolo periculum immineret, ſe ſuàque omnia in Francorum tutelam ultro deponebant, de ſe ſuíſque nunquam ſecuri magìs, quàm cùm Gallias ingreſſi, alieni juris eſſe cœpiſ-

ſent. Sive tempeſtatum ingruentium turbinibus agitata vacillaret navis Petri, ſive repentinis prædonum aſſultibus appetita fatiſceret, nihil priùs habebat quàm ut in Galliam tanquam in portum tutiſſimum ſe ſe reciperet, ubi ad hoſpitalem ſolii Gallici umbram ſecura deliteſcens, clades interim vel arcebat imminentes, vel reſarciebat inflictas. Romam invadentibus Longobardis ac extrema pericula minitantibus, *poſt Dominum in manibus Pepini animas Romanorum commiſit* Stephanus ſecundus. *Eccleſia Romana*, ſcribebat Urbanus IV. ad Ludovicum IX. *in te ſecura requieſcit*. Quis neſciat, niſi planè cæcutiat in hiſtoriâ, hoc in more poſitum apud Summos Pontifices, hoc illis vulgatum ac familiare, ut in dubiis perditiſque rebus, non aliunde ſibi opem ac præſidium accerſerent, quàm ex Galliæ regibus.

Quid eſt cur mira tibi videatur pia illa SS. Pontificum in Gallicos Principes & Gallicanam Eccleſiam, ac verè Paterna propenſio, quid propenſionem dico? Imò charitas ac benevolentia omni ex parte ſingularis, non illa quidem ſterilis & avara, ſed honorum in Gallos prodiga, ſed eorum rebus promovendis uſquè vigil & arrecta: *ipſa mater omnium*, inquiebat olim Alexander III. ad Ludovicum V. ſcribens, *& Magiſtra Romana Eccleſia progenitores tuos & teipſum inter ceteros Orbis Principes, Gallicanam quoque Eccleſiam ſpeciali & ſingulari prærogativâ dilexit, ad honorum incrementum & exaltationem veſtram intendit*. Innumera hujuſce peculiaris dilectionis ac ſtudii ſpecimina Eccleſiaſticis monumentis conſignata leguntur, & opinor fore neminem, qui iſtam Petri Succeſſorum amicitiam dicat in meras Sermonum blanditias evaſiſſe, niſi in rebus Francicis planè peregrinum & hoſpitem haberi ſe velit. Et verò ſacri

imperii Sedem ac domicilium per annos complures in Galliâ Roma collocavit, quod nulli extra Italiam Genti concessum accepimus. Defensatæ Sedis Apostolicæ gloriam, quam principum Catholicorum nemo non ambiat, propriam Franciæ Regum ac hereditario jure posteris transmissam esse voluêre tot Romani Pontifices qui posthabitâ ceterorum principum ope non semel oblatâ, solos Galliarum Reges in sui patrocinium advocare visi sunt. Nonne Carolo magno, ut non ità pridem applaudente numerosissimo auditorum cœtu in ipsâ Parisiorum Urbe palàm declarabat eloquentissimus orator (1), nonne, inquam, Carolo Magno Cæsareum diadema suis ipse manibus imposuit Leo III, eúmque splendidissimi tituli qui sibi parabatur ignarum prorsus festis admurmurationibus totâ personante Româ ac faustis omnibus prosequente Imperatorem salutavit?

(1) *Oratione habita in Collegio Ludovi Magni anno 1698.*

Infinitus ego sim, si argumenta ut numero, sic pondere gravissima, quibus suam in Gallias benevolentiam testatam reliquerunt Summi Pontifices, persequi dicendo velim. Id unum annotare sit satis, eos videlicet Gallicæ amplitudini, quasi propriæ, toto mentis affectu, toto virium ac facultatum impendio allaborasse, ratos nimirum *Regni Galliæ exaltationem esse sublimationem Apostolicæ Sedis* (2).

(2) *Innocent. 3. Rescript. ad Arch. & Episcop. Galliæ.*

Non est, inquam, cur ista demirere; exploratum habebant Romani Pontifices, quanto ipsi apud Gallos essent in pretio, qualis esset in se se, quàm constans ac singularis Francorum observantia; illud apprime noverant, quod tota sonabat antiquitas, quod totus passim resonabat Christianus orbis, quod experimenta quotidiana ipsorum in animis altiùs inculca-

bant, quod ipsi demum ad æternitati consecrandam Galliæ Regúmque Francorum pietatem ac memoriam, centies commendatum, centies testatum voluêre, *Gallicanam*, nimirum, *Ecclesiam inter omnes alias orbîs Ecclesias, quæcumque aliæ provenientibus scandalis in tribulatione nutassent, nunquam à Catholicæ Matris Ecclesiæ unitate recessisse, nunquam ab ejus subjectione & reverentiâ se subtraxisse, sed tanquam devotissimam filiam firmam semper & stabilem in ejus devotione permansisse* (1); sciebant *Gallicanam Ecclesiam in devotione Apostolicæ Sedis non sequi alias, sed antecedere* (2); haud ipsos latebat *quantùm illustres & magnifici Reges Francorum Sacro-sanctæ Romanæ Ecclesiæ devoti semper & obedientes extitissent, quanta ei commoda, & devotionis obsequia exhibuissent* (3). Nec minùs perspectum illis erat Christianissimos Principes eos fuisse, *quos nec ventus turbinis, nec impetus tempestatis ab Ecclesiâ Romanâ potuit aliquando separare, quin potiùs tantò ampliùs in ipsius devotione servirent, quantò fortiùs in naviculam Petri fluctus insurgerent* (4). Nec ipsos demum fugiebat, *Francorum Regibus solemne fuisse pro exaltatione* Fidei *dominicæ prælia dimicare, proprium Romanam Ecclesiam honestare, hæreditarium devotionis constantiam ac* Fidei *puritatem à progenitoribus suis accepisse* (5). En quo Ecclesia Gallicana totius Christianitatis speculum, immotum Fidei fundamentum à tot retro seculis habita est, en quo imperium Gallicanum super omnia Orbîs imperia longè latéque spectandum caput extulit, en quo gens Francorum inclita, Summis Pontificibus charissima semper & acceptatissima, omnibus admiranda populis, nullis nòn imitanda omnium se se convertit oculos.

(1) *Alexand. III. ad Ludovic. VII. Francorum Regem.*
(2) *Gregor. IX Epistol i ad Archiep. Remens.*
(3) *Alexander 3. in loco suprà laudato.*
(4) *Innocent. 3. ad Philip. Francor. Regem.*
(5) *Gregor. 9 Innocent. 3. Pius 2. &c.*

Hoc vero, hoc solido fundamento innixa fulget Gallici nominis gloria; ruente uno, ruat altera necesse

eſt ; dùm ſtabit illud , & iſta vigebit inconcuſſa : utrumque enim una vox prædicat , una manifeſtat autoritas. *Gallicana Eccleſia* , aiebat Gregorius IX. in loco ſuprà laudato , *poſt Apoſtolicam Sedem eſt quoddam totius Chriſtianitatis ſpeculum , & immotum Fidei fundamentum , utpote quæ in fervore Fidei Chriſtianæ ac devotione Apoſtolicæ Sedis non ſequatur alias ſed antècedat.* Audi Alexandrum III. ad Ludovicum VII. Francorum Regem ſcribentem : *Quantum illuſtres & Magnifici proavi & primogenitores tui Reges Francorum Sacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ devoti ſemper & obedientes extiterint , quanta eis commoda & devotionis obſequia exhibuerint , nos ex multis & magnificis utilitatibus quæ per eos ſanctæ Dei Eccleſiæ provenerunt maniſeſtè cognovimus. Undè ipſa Mater omnium & Magiſtra Romana Eccleſia primogenitores tuos & teipſum inter ceteros orbis Principes, Gallicanam quoque Eccleſiam ſpeciali & ſingulari prærogativâ dilexit, ad honorem, incrementum & exaltationem veſtram intendit.* Ità planè, conſtantiſſima & immota Gallorum Apoſtolicæ Sedi adhæſio , obſequentiſſimi Gallorum Romanos erga Pontifices ſenſus , indefeſſum & ardentiſſimum Eccleſiæ Gallicanæ in tuendâ ac vindicandâ Petri Cathedræ , Petri Succeſſorum autoritate ſtudium ; hæc, dico , ſplendidiſſima Gallicanæ Religionis monumenta , illud potiſſimùm erat , quod tantam apud Catholicos omnes exiſtimationem ac benevolentiam , tot undique præconia , tot encomia Gallicanæ genti impetrabat , quod tam ſingularem ac tanti faciendam Romanorum Pontificum animi dilectionem ipſi conciliabat,ac tanta prædilectionis officia ipſi obtinebat: tandem Francorum regno, quàm utile,quàm glorioſum extiterit in Apoſtolicæ Sedis devotione cetera non modò ſequi , ſed & antecedere voluiſſe , intellexit vir

apud Gallos pietate ac eruditione clarissimus Sorbonæ Doctor ac Professor, qui ipsi Ludovico Magno significabat in opere quod sibi consecratum Magnus Princeps libenter excepit, *ipsam Occidentalis imperii coronam, singularis erga Sedem Apostolicam venerationis, ac Religiosæ observantiæ merito Carolum Magnum fuisse adeptum* (1).

Qui tot egregia, tàm utrisque gloriosa, tùm Romanorum Pontificum, tùm veteris Ecclesiæ Gallicanæ ultrò citròque prolata de se invicem testimonia ritè perpenderit, mirum utique ac stupendum judicabit extitisse nonnullos posteriorum & hujus præsertim ævi scriptores, qui manifestam adeò vetustioris Galliæ Doctrinam exoticis oblimare commentationibus, ridiculis enervare cavillationibus, contortis adulterare interpretamentis ope omni atque operâ conati sunt, sicque firmissimum è multis perennis illius, quam sibi Gallia omnium suffragio pepererat gloriæ fundamentum concutere. Verùm nihil promoverunt inconsulti illi novarum opinionum Architecti; eò demum recessêre conatus infelices, ut æternam ipsis labem inurerent, novam splendoris accessionem afferrent Sedi Apostolicæ, quæ ex offusis sibi frustrà nubeculis victrix emersit, purior enituit, ut sol intuentium oculis nunquam splendidior apparet, quàm cùm rupit obstantia nubium velamina; nimirum vix primam aspexêre lucem puta illa novaturiensium hominum figmenta, cùm adversùs perfidiam, fraudem, calumniam, mendacia geminatis vocibus inclamarùnt viri quique peritiores, & earum quoque nationum, quæ, siquid Religio invidendum habeat, optimam omnium de Gente Gallicâ existimationem Galliæ inviderent.

Visi sunt non ex ipsâ modò Franciâ (2), sed ex aliis orbis

(1) *Moraines in Epist. nuncupator. anti-Jansenii.*

(2) *Duvalius. Charlas. Thomassinus, Contensonius. Serri. Petitdidier. &c.*

Orbis Christiani partibus & potissimùm ex Italiâ (1) calamum acuêre celeberrimi scriptores æqui adeò, ut malè providam aliquorum è Gallis nova scriptitandi pruriginem meritis castigarent animadversionibus; æquiores verò, quàm ut paucorum nævos in Gentem integram inconsultè refunderent. Imò verò, nullis laboribus, vigiliis nullis comparserunt, ut antiquam Galliarum hâc in parte Doctrinam à recentioribus istis inversam blateronibus, ac malignis obnubilatam tenebris, pristinæ redderent integritati, nativo splendori restituerent. Iis potissimùm de causis sexcenta ex ditissimo venerandæ vetustatis pœnu monumenta, ea majorum dicta, ea demùm argumenta depromsêre, queïs impactam veteribus Galliæ Doctoribus calumniam diluerent, suáque Imperio Francico assererent decora, quibus ceteros principatus nulli Religioni secundum æquâbat facilè, tantùm non superabat.

(1) Card. Sfondratus. P. Orsi, &c.

Hæc tantorum meta laborum extitit; hic plurimarum lucubrationum scopus, hoc immensæ operæ prætium expectatum est; nec spem Deo nisibus aspirante fortuna fefellit. Enimvero si paucos demas, qui partium studiis abrepti, vel privatis præoccupati opinionibus vèl evidentissimæ veritati fasces submittere nesciunt, secum solis insolita sapere malunt, quàm recepta, ideóque recta sentire cum aliis, omnes tandem hodieque consentiunt eò Galliam ceteris nunquam non præstitisse Orbis Catholici partibus, quòd jura Summorum Pontificum Sarta semper ac tecta defenderit, quòd peculiarem, ut Catholicos decet, erga primarios Ecclesiæ Christi Antistites observantiam seu basim firmissimam spectaverit, in quam inclinatæ tutò recumberent Germanæ Francorum immunitates. Gra-

tulantur etiam nunc Gallis exteræ nationes generoſum illud, acerrimúmque ſtudium, quo Pontificiam autoritatem ac Romana oracula ab rebellantium Novatorum Molitionibus, ab omnis generis hoſtium inſultibus, quà enſe, cùm licebat, quà ſanguine nonnunquam, quà calamis ſemper & ſtrenuè vindicarûnt. Tandem nè plura, intelligunt omnes illud conſtantiſſimè Galliam & uſquè profeſſam fuiſſe, quod de Romanis Pontificibus & Apoſtolicâ Sede terrarum ubique & temporum docuit univerſalis & illibata Eccleſiæ Catholicæ traditio. Quis enim ſpretis omnibus veritatis ac juſtitiæ legibus communem ac perpetuam Summorum Pontificum, omnium quæ hactenùs habita ſunt Conciliorum ac ſanctiſſimorum Eccleſiæ Doctorum ſententiam uni Gallicæ genti ignotam fuiſſe penitùs, aut conſtanter exoſam affirmare auſit? Jam verò quid de Summorum Pontificum, de Sedis Apoſtolicæ autoritate docuerint ipſi Romani Pontifices, quid omnia Concilia, quid unanimi ſenſu veteres Eccleſiæ Patres, non ego, non Italus, non Hiſpanus, non Gallus, non alius quivis, ſed nuda & aperta illorum verba declarent ac teſtentur.

Romanus Pontifex caput univerſalis Eccleſiæ (1), caput totius corporis (2), organum Spiritus ſancti (3), Petra Fidei (4), firma & immobilis Petra (5), fundamentum Eccleſiæ (6), cuſtos Fidei (7), à Chriſto conſtitutum fundamentum fixum & immobile & columna Fidei (8), adamas Fidei cujus ſolida mens aggreſſionibus atque conflictibus alienæ à Fide opinionis non eſt vulnerabilis (9), Baſis Fidei immobilis (10), caput totius Fidei,

(1) *Paſchaſius S. Leonis Legatus in Conc. Chalcedon. œcumenico.*
(2) *Ennodius in apolog. pro Rom. Synodo.*
(3) *Concil. 8. œcum. Tom. 8. Concil. pag. 1127.*
(4) *Hieron. Epiſt. 57. ad Damaſum. & Theodor. ſtud. Epiſt. ad Paſchal. I.*
(5) *Maxim. mart. Epiſt. ad Abbat. Thalaſſium.*
(6) *Sergius Metr. Cypr. Epiſt. Lectà in Concil. Later. Sub. Martino I. Sect. 2.* (7) *Concil. Chalced. Epiſt. Synod. ad Leonem Tom. 4. Concilior. p. 833.* (8) *Sergius Metropol. in loco citat.* (9) *Concil. 6. œcum. in proſphonit. ad Conſtantinum Imperatorem.* (10) *S. Chryſoſtom. hom. in pſal. 50. & hom. de Petro & Eliâ.*

(1), fons verè illimis ac sincerus veræ Fidei (2), fundamentum dogmatum Fidei (3), fundamentum super quod columnæ Ecclesiæ confirmatæ sunt (4), portus securus totius Ecclesiæ (5), portus tutissimus totius Catholicæ communionis (6), propugnator firmus veritatis (7), propugnator impenetrabilis ab omni errore (8), Medicus à Deo provisus Sanandis Christi menbris (9), oculus totius corporis ostendens rectam veritatis semitam (10), ab omni Hæreticorum procellâ longè positus (11), omnibus Hæresibus superior (12).

Petrus Fidei columna & Fidei fundamentum semper in suis Successoribus vivit & judicium exercet (13); in Romanâ Sede nullus unquam Hæreticus præfuisse dignoscitur, nec unquam præficiendum, præsertim Domino promittente, confidimus; ait enim Dominus Jesus: *ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat Fides tua* (14). Apostolica Sedes nunquam à viâ veritatis in quâlibet errori parte deflexa est, sed illibata ad finem usque (μέχρι τέλους) permanet secundùm ipsius Domini pollicitationem: *rogavi pro te, Petre, ut non deficiat Fides tua*. Consideret itaque vestra clementia quoniam Dominus qui Fidem Petro non defecturam promisit, confirmare eum Fratres suos admonuit, quod Apostolicos Pontifices meæ exiguitatis Prædecessores confidenter fecisse semper cunctis est cognitum (15); hæc Christi oratio: *rogavi pro te, &c.* obtinuit, quòd hactenùs Petri fides non defecit, nec defectura creditur in throno illius usque in seculum seculi, sed confirmabit corda Fratrum, sicut usque nunc confirmare non cessat (16). Pro Petro Dominus se orasse fatetur, ex hoc innuens manifestè quòd Successores ipsius à Fide Catholicâ nullo unquam tempore deviarent (17). Cùm

(1) *Philippus. Legat. in Concil. Ephesin. œcum.*

(2) *Theod. stud. Epist. ad Paschal. I. lib. 2. Epist. 13.*

(3) *Stephanus dorensis Epis. Epist. ad Synod. lateran. sub Martin. I. Consultation. 2.*

(4) *S. Athanas. cum Collegis ad Felicem Papam.*

(5) *Theod. stud. loco citato.*

(6) *Hieron. Epistola 16.*

(7) *Constant. Pogonat. Epist. ad Leon. Papam.*

(8) *Conc. Chalc. act. 29. in prosphonet. ad Martianum Imperatorem.*

(9) *S. Ignatius Patriarch. Cp. ad Nicolaum R. Pont.*

(10) *Tharasius ad Adrianum Papam.*

(11) *Theod. stud. loco citato.*

(12) *Georgius Patr. Const. in apolog. ad Marcum Ephesinum.*

(13) *Conc. Ephes. œcum. T. 3. Concil. pag. 626.*

(14) *Gregor. VII. Epistol. ad Archiep. simand. lib. 8. Epist. 1.*

(15) *Agatho S. P. Epist. ad Constantin. Imper. & Concil. 6. œcumenic. à quo Summo cum aplausu suscepta ac probata fuit illa Agathon. Epist. T. 6. Concil. pag. 636.*

(16) *Leo 9. Epist. ad Petrum Antioc.*

(17) *Innoc. III. Epist. 20. ad Patriarch. Const.*

pro Fide Petri, nè deficiat, à Domino oratum ſit, unius Romani Patriarchæ Fides, in quâ Fratres ſuos confirmet, nunquam deficiet (1). Sedes Apoſtolica libera ſemper exiſtens, habens Domini autoritatem dicentis: *ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat Fides tua* (2). Eccleſia Romana mater omnium Eccleſiarum illibata fide tenùs manet, ſecundùm ipſius Chriſti Domini divinam pollicitationem dicentis: *ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat Fides tua* (3). Secundùm hanc Chriſti promiſſionem Eccleſia Apoſtolica Petri ab omni ſeductione & hæreticâ circumventione manet immaculata (4). Prævidens Dominus quòd Eccleſia à Tyrannis conculcaretur & ab Hæreticis laniaretur & Schiſmaticis, dixit: *rogavi pro te, &c.* ex quo colligitur evidenter, quòd ad Sedem Petri omnis quæſtio Fidei referenda ſit (5).

Romanus Pontifex, pro quo Chriſtus ſpecialiter oravit in Petro: *Ego rogavi*, inquit, *pro te, Petre, ut non deficiat* Fides *tua* (6). Illa mater & magiſtra Eccleſiarum omnium Eccleſia Romana, cuï dictum eſt: *ego rogavi pro te, &c.* (7). Pro hâc Eccleſiâ Romanâ filius Dei in paſſione ſuâ oravit, cùm dixit: *ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat Fides tua* (8). Dominus ſciens alias Eccleſias Hæreticâ impulſione nimium vexandas, & Eccleſiam Romanam, quam ſuper Petrum fundaverat nunquam in Fide debilitandam dixit Petro: *ego rogavi, &c.* (9). Rogavit Chriſtus pro Petro his verbis: *ego rogavi, &c.* Ideo fides Apoſtolicæ Sedis in nullâ unquam turbatione defecit, ſed integra ſemper & illibata permanſit, ut Petri privilegium perſiſteret inconcuſſum (10). Eccleſia Petri in fide firma ſemper fuit, & cùm in aliis partibus vel nulla Fides ſit, vel ſit commixta multis erroribus, Eccleſia tamen Petri & Fide viget, & ab er-

(1) *Anſelmus Epiſcop. Lucenſ. in opere adversùs Guibert pſeudo-Pontificem.*

(2) *Joann. 8. Ep. 73. ad Lambert. comitem.*

(3) *S. Lucius P. & Martyr Epiſtola. ad Epiſcop. Hiſpaniæ & Galliæ.*

(4) *S. Cyrillus apud S. Thomam in catenâ Lucæ 22.*

(5) *Gregorius IX. Epiſt. 5. ad Germanum Conſtantinop. Patriarcham.*

(6) *Innoc. III. Serm. 3. de Conſecrat. R. P.*

(7) *S. Petrus Damian. Sermone 23. de Nativitate Joan. Baptiſ.*

(8) *Paſchal. 2. in Concilio Lateranenſi.*

(9) *Anſelmus Havelburg. in opere adverſ. Græcos de Eccl. Romanæ autoritate.*

(10) *Innoc. III. Serm. 2. de Conſecr. R. P.*

roribus munda eſt; nec mirum quia Dominus dixit Petro: *ego pro te rogavi*, *&c.* (1). Majores Eccleſiæ cauſas, præſertim articulos Fidei contingentes, ad Petri Sedem referendas intelligit, qui novit pro eo Dominum oraſſe, nè deficiat Fides ejus (2). Super hanc Petram pro Quâ Dominus rogavit ut non deficiat Fides ejus (3). ſi ergo illa divina Sedes non rectè ſentit, mentitur Chriſtus (4) dum pro Petro Chriſtus rogat, nè deficiat Fides ejus, pro ejus Eccleſiâ intercedit (5), ad Petrum Vicarium ſuum inquit ſalvator: *rogavi pro te*, *ut non deficiat Fides tua*; defeciſſet Fides Petri, ſi falſum eſſet Evangelium quod ſequimur, ſed manet Fides magni Paſtoris in Eccleſiâ Romanâ, quæ nunquam inventa eſt erraſſe, neque errabit in æternum (6). Argumentum ex his verbis: *ego rogavi pro te*, *Petre*, *ut non deficiat Fides tua*, eſt efficax pro Sede Petri & Succeſſore ejus, quòd Fides ejus non finaliter deficiat (7). Romana Eccleſia poteſtatem accepit à Chriſto regendi, alias Eccleſias gubernandi, confirmandi & corrigendi, non ut ipſa confirmetur ab aliis, *& tu*, inquit Salvator ad Petrum, *aliquando converſus confirma Fratres tuos*, non dixit confirmare à Fratribus tuis, ſed *confirma*, *&c.* (8).

In Sede Apoſtolicâ ſemper immaculata eſt Catholica reſervata religio, & ſancta celebrata Doctrina, idque juxta ipſius Chriſti ſententiam dicentis: *Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam* (9). Petri Sedes eſt illa Petra, quam non vincunt ſuperbæ inferorum portæ (10). Petrus præſtans Sedi Romanæ, ut à portis inferi nunquam pro Domini promiſſione vincatur, omniúmque ſit tutiſſimus portus (11); non poteſt Domini Jeſu Chriſti prætermitti ſententia dicentis: *Tu es Petrus*, *& ſuper hunc Petram*, *&c.* hæc quæ Pe-

(1) *S. Thomas Aquin. in expoſit. ſymboli.*

(2) *Innoc. III. Epiſt. ad Epiſcop. Arelat.. cap. majores extra. de Baptiſmo.*

(3) *Jacob Card. Vitriac. Orientali hiſtoriâ capite 75.*

(4) *Gennadius Patriarch. Conſtant. in expoſit. pro Concil. Florent. ſeſſ. 17.*

(5) *Joan. XXII. in diplomat. Canoniſat. B. Thomæ.*

(6) *Pius. II. in Epiſt. 396. ad Mahumet. Turcarum Principem.*

(7) *Albert. Magnus in cap. 22. Lucæ.*

(8) *Joſeph. Epiſc. Methon. reſponſione ad libell. Marci Epheſ. in appendice ad acta Concilii Florentini.*

(9) *Hadrian. II. libel. à Concil. 8. œcum. ſuſcepto & approbato.*

(10) *Auguſtinus in pſalm. contra partes Donatiſt.*

(11) *Gelaſius P. Epiſt. 14. cui concinit. Leo IX. Epiſt. 9. ad Mich. Cerular. cap. 7.*

tro dicta sunt, vera probantur effectu; quia in Sede Apostolicâ inviolabilis semper custoditur Religio (1). Coryphæa Sedes, in quâ Christus posuit Fidei claves, adversùs quam non prævaluerûnt per omne seculum, nec prævalebunt usque in finem seculi inferi portæ, ora videlicet Hæreticorum, sicut promisit ille qui non mentitur (2). Sancta Romanorum Ecclesia est fundamentum solidum & maximum, contra quod portæ inferi nullo pacto prævalebunt juxta ipsiusmet Salvatoris promissionem (3). Adversùs eam (Sedem Apostolicam) nunquam portæ inferi, hoc est, hæreses prævaluêre, imò nè attingunt quidem (4). A quo magìs est nutantis Fidei stabilitas expectanda, quàm ab ejus Sedis præside, cujus primus à Christo rector audivit: *tu es Petrus & super hanc Petram, &c.* (5)? Romanus Pontifex in Fidei fundamento licèt pulsatus, licèt concussus, tamen stetit immobilis. Quare? Cœlum enim, inquit, & terra transibunt verba autem Christi non transibunt, qui dixit: *tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam & portæ inferi non prævalebunt adversùs eam* (6). Petrus in propriâ Sede vivit & præsidet & præstat quærentibus Fidei veritatem (7). Apud Sedem Apostolicam indefficientem consistere fontem nullus ambigere potest (8). Fieri non potest ut Apostolica Sedes aliquâ rimâ pravitatis vel aliquâ prorsus contagione maculetur (9); ipsa est sacer vertex, in quo omnes Ecclesiæ vertuntur, sustentantur, relevantur (10); unde nil errore, nil præsumptione, sed Pontificiali totum deliberatione præcipitur (11). In verbis Apostolicæ Sedis tam antiqua atque fundata, certa ac clara est Catholica fides ut nefas sit dubitare Catholicis Christianis (12). Obedienter attendendum est his quæ à Beatissimo Papâ Romanæ

(1) *Joan. Patr. Const. in libel. ad Hormisd. S. P.*

(2) *Theodor. Stud. Epist. ad Naucratium cujus initium est*: non complebuntur & *Greg. Patriar. Constant. Apolog. adver. Mar. Ephes.*

(3) *S. Maxim. Mart. Epist. ad Marin. Diacon.*

(4) *In Concil. Florent. œcumen. Sess. 7. Archiepiscopus Rhodi.*

(5) *Possessor, Epis. Afric. ad Horsmid. S. P. scribens.*

(6) *S. Ansel. Episc. Lucens. scribens adversùs Guibertum Pseudo-Pontificem.*

(7) *S. Petrus Chrysol. in Liter. ad Eutychen tom. 4. Concil.* pag. 38.

(8) *Epist. Synod. Episc. Afric. ad Theodorum Papam tom.* 6. *Conc.* pag. 128.

(9) *Gelasius R. P. id confidenter scribebat ad Anastas. Imperat. tom. 4. Concil.* p. 1183.

(10) *Synod. Alexand. Præside M. Athanasio Epistol i ad Felicem Papam.*

(11) *Patres Tarraconenses in Epist. ad Hilarium R. P. Leonis successorem.*

(12) *S. August. Epist.* 157.

urbis præſcripta ſunt (1); quicumque non colligit cum Romano Pontifice ſpargit (2), ſi quis dogmata vel decreta pro Catholicâ fide aut Eccleſiaſticâ diſciplinâ à Sedis Apoſtolicæ Præſule promulgata contempſerit anathema ſit (3).

SanctaRomana Eccleſia quæ ſemper immaculata manſit & Domino providente, & Beato Petro Apoſtolo opem ferente, in futuro manebit ſinè ullâ Hæreticorum inſultatione firma & immobilis omni tempore perſiſtet (4). Hæc Apoſtolica & mater omnium Eccleſiarum Chriſti Eccleſia illibata fide tenùs manet (5); illius fides mutari non poteſt (6), apud quam perfidia non poteſt habere acceſſum (7), quæ omnes hæreſes deſtruit (8). Romanorum Pontificum decreto ceterorum opuſcula tractatorum approbantur vel reprobantur, ità ut quod Sedes Apoſtolica approbavit, hodie teneatur acceptum; quod illa repulit hactenus, inefficax habeatur (9); ſic omnes Apoſtolicæ Sedis ſanctiones accipiendæ ſunt, tanquam ipſius divini Petri voce firmatæ ſint (10); ab omnibus quidquid ſtatuit Romana Eccleſia, quicquid ordinat, perpetuò & irrefragabiliter obſervandum eſt (11).

Sedes Beati Petri Apoſtoli jus habet reſolvendi, ut pote quæ de omni Eccleſiâ fas habeat judicandi, neque cuïquam de ejus liceat judicare judicio, ſi quid ad illam de quâlibet mundi parte canones appellari voluerint, abillâ autem nemo ſit appellare permiſſus (12). Quæ apud Romanum Pontificem acta ſunt, nè refricentur (13); venerandi canones judicia totius Eccleſiæ ad hanc Sedem deferri jubent (14). Romana Sedes à nemine, nè quidem à toto Clerò judicari poteſt, ab ipsâ verò judicari omnes (15). Romanæ Sedis ſententiæ nul-

(1) *S. Petrus Chriſolog. Epiſt. ad Eutycken.*

(2) *Hyeron. Epiſt. 57. ad Damaſum. R. Pont.*

(3) *Concil. Rom. ſub. Nicol. 2. cap.* ſiquis 25. *quæſt.* 2. & *cap.* ad abolenda, *de hæreticis.*

(4) *Hyeron. in C. hæc eſt fides 24. quæſt. 14.*

(5) *S. Lucius S. P. ad Epiſcopos. Galliæ & Hiſp. in cap. à recta 24. quæſt. 1.*

(6) *Hyeron. cont. Rufin. lib. 3. cap. 5.*

(7) *S. Cyprian. Epiſt. ad Cornel. R. Pontificem.*

(8) *Sixtus S. Pont. in c.* Memor ſum. 24. q. 1à.

(9) *Nicolaus. R. Pont. cap.* Si Romanorum. *diſt.* 19.

(10) *Agath. R. P. cap.* Sic omnes *diſtinct.* 19.

(11) *Stephanus R. P. cap.* Enim verè, *diſtin.* 19.

(12) *Gelaſ. 1. Epiſt. 13. ad Epiſc. Dardaniæ.*

(13) *Synod. Sardic. œcum. ſub Julio. R. P.* Can. 3. & 4.

(14) Nicolaus. *R. P. in cap. Arguta. 2. quæſt. 6.*

(15) *Concil. Rom. ſub Selveſtr. Can. ult. Item Concil. Rom. ſub Symmach. R. P.*

lius examini aut judicio ſubmittuntur (1). Papæ judicium ultimum & peremptorium eſt (2). Negotia majoris momenti arbitrio Sedis Romanæ finiri oportet (3) Patrum traditio Apoſtolicæ Sedi tantam autoritatem tribuit ut de ejus judicio diſceptare nemo auderet (4). Hæc Sedes unamquamque Synodum ſuâ autoritate confirmat (5) ad hanc Sedem duntaxat declarare pertinet quæ ſunt Fidei (6) Cauſæ Fidei congruâ ſine dubio ſententiâ Romani Pontificis terminantur (7) Quod à Romano Pontifice plenâ autoritate ſancitur, nullius conſuetudinis præpediente occaſione removendum eſt, ſed firmiùs & inconcuſsè tenendum (8) ſi quæ de Fide ſubortæ fuerint quæſtiones, Rom. Pontificis judicio debent definiri (9) Fidem violat, qui adverſus illam agit, quæ mater eſt Fidei (Romana Eccleſia) & illi contumax invenitur (10) Qui autem primæ Sedis, imò totius orbis Præſuli reſiſtunt, Chriſti diſpoſitioni reſiſtunt (11) ad illius autoritatem pertinet finaliter determinare ea quæ ſunt Fidei, ut ab omnibus inconcuſſa fide teneantur (12).

Paria mitto innumera, quæ tota retrò abundè ſuppeditat antiquitas, quæve congeſta pleroſque apud ævi poſterioris ſcriptores volumina componant; pro coronide tamen audiri juvat œcumenicum Concilium Lateranenſe 5, cuì Germania, Anglia, Dania, Norvvegia, Hiſpania, Scotia, Italia, Hungaria, ampliſſimis legationibus miſſis adhæſerunt (13) necnon Gallia ipſa; Ludovicus enim Galliæ Rex per ſuos Oratores acta Concilii Piſani damnans hoc ipſum Lateranenſe pro legitimo & œcumenico agnovit, eique ſe adhærere profeſſus eſt, ut habetur in actis ejuſdem Concilii ſeſſione 8. Idem pariter à Galliæ Prælatis factum, qui & ipſi

piſanum

(1) *Gelaſ. S. P. cap. cuncta. 9. quæſt. 3.*
(2) *Nicola. S. P. ad Michael. Imper. cap.* Patet. *9. queſt. 3.*
(3) *Epiſt. Synod. Concil. Afric. Præſide Stephano ad Damaſum. R. P.*
(4) *Zozim. S. P. Epiſt. ad Concil. Carthag.*
(5) *Hadrian, S. P. Epiſt. ad Imper. quam probavit. Conc. œcum. VII.*
(6) *Concil. Vienn. œcum. in Clement. unicâ de ſummâ Trinitate.*
(7) *Gregor. Magnus. Ep. 52. ad omnes Galliar. Epiſc. lib. 4.*
(8) *Epiſt. Nicola. ad photium lecta in Concil. œcum. 8. Act. 4.*
(9) *Orientalis Eccleſiæ profeſſio fidei à Concil. Lugdunenſi œcumen. accepta.*
(10) *Nicola. S. P. in C. omnes diſt. 22.*
(11) *Hugo Eterianus de proceſſ. Spiritus. S. lib. 3. cap. 10.*
(12) *S. Thomas Aquin. 2a. 2æ. q. 1. art. 10.*
(13) *Vide Reinaldum ad annum 1512. num. 55.*

Piſanum conciliabulum execrati profeſſi ſunt ſe & adhærere & ſemper adhæſuros huic Lateranenſi Concilio ; ut videre eſt , in actis Concilii Seſſ. 9. In hoc ergò Concilio à Gallis etiam recepto Seſſ. 10. hæc habentur : *Solum Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem tanquam autoritatem ſuper omnia Concilia habentem , Conciliorum indicendorum , transferendorum ac diſſolvendorum plenum jus & poteſtatem habere , nedum ex Sacræ Scripturæ teſtimonio , dictis ſanctorum Patrum ac aliorum Summorum Pontificum etiam Prædeceſſorum noſtrorum, ſacrorumque Canonum decretis, ſed propriâ etiam eorumdem Conciliorum confeſſione manifeſtè conſtat.*

Hæc venerabiles toto Chriſtianorum orbe Synodi , hæc Doctiſſimi juxta ac Sanctiſſimi Patres , hæc ſplendidiſſima noſtræ Religionis lumina , hæc , inquam , de ſupremâ , de immotâ , de irreformabili Sedis Apoſtolicæ , Romanorum Pontificum autoritate , in quibus indignè quidpiam adulationi conceſſum , aut zelo exageratum ardentiori , ſubodorari nefas, ſuſpicari temerarium , judicare impium.

Talia porrò de Romanis Pontificibus , de Sede Apoſtolicâ ſenſiſſe ac tradidiſſe Illuſtriſſimos Eccleſiæ Gallicanæ Proceres cæcutiat planè , aut torvos ſaltem habeat oculos , qui in recenſitis ſuperius & obviis cuique illorum teſtimoniis non videat ; quando verò veteres Gallorum ſenſus ſe ſe ipſos ſatis non proderent , minuſve clari , minuſve perſpicui viderentur, unde meliùs, unde firmiùs & æquiùs dilucidarentur ac determinarentur , quàm ab his perpetuis & luculentiſſimis Eccleſiæ univerſalis ſenſibus , quibus addictiſſimam & obſequentiſſimam Gallia tàm ſæpè ſe declaravit ? Videant igitur quàm peſſimâ Fide , quàm magnâ Gallorum injuriâ , heſternas ſuas de Romani Pontificis autoritate opinio-

nes eò potissimùm falsas quòd recentes & novæ sint, veteri Galliæ affingere non erubescant nuperi quidam divinatores, apage inania figmenta, quæ si novisset antiquitas, exhorruisset, ipsa refutasset Gallia.

Verùm (quid non mortalia pectora cogit, Sacra novitatis fames) disturbatis, quas recentes illi Galliarum detractores, in veterem Gallicanæ Ecclesiæ Doctrinam statuerant machinis, aliam inierunt calumniandi viam; de tantâ videlicet majorum erga Sedem Apostolicam pietate ac observantiâ degenerasse superstitem in Franciâ posteritatem asserere non dubitarunt: hodiernos ubique venditant Gallos Pontificiæ majestatis ac dignitatis si non hostes apertos, certè quod acerbius est, manifestos illusores, qui nimirùm unâ verborum pompâ, quam animo, & factis infringere, ac elevare non cessant Romani Pontificis colant autoritatem; nec per audacissimos homines stetit, quin tam probrosa hodiernæ Galliæ criminatio exteris suaderetur; tantâ enim arte, tàm speciosis rationibus eam exornare ac defendere visi sunt, ut quampluribus fucum fecerint, ac apud nonnullos etiam eruditos Fidem habuerint, quos altas, sed præcipites de tàm inexpectatâ Gallorum mutatione querelas edidisse nemo nesciat: imò candidè fateor, memetipsum de Gallis malè opinandi licèt alienissimum propèmodum deluserant fallaces virorum illorum doli. Verùm cuï tam ignominiosa Gallorum defectio suaderi non poterat, rem propiùs examinandam esse duxi, spe scilicet affulgente Galliæ innocentiam veritate diligentiùs inquisitâ à calumniantium telis posse vindicari. Spem non fefellit eventus. Instituto accurato, quantum potui, examine vana esse omnia & mendaciis referta comperi, quæ recentiores illi hodiernæ

Galliæ criminatores in vulgus ſparſerant. Tum primùm intellexi rem Gallicæ Genti, quin & Catholicis omnibus haud ingratam facturum, qui propulſandæ causâ ac retegendæ palàm atrocis adeò calumniæ ſtilum acueret, qui omnibus oſtenderet Gallos id hodiè quod antiquitùs, de Romani Pontificis autoritate ſentire, qui omni argumentorum genere evinceret Galliam avitæ traditioni indivulsè addictam, hodieque Dogmaticis Romanorum Pontificum decretis quo par eſt obſequio ac reverentiâ firmiter adhærere, quippe quæ nullis errorum figmentis obnoxia, supremâ ac ineluctabili autoritate munita, omnibus demùm ac ſingulis fidelibus ipſo quoque mentis aſſenſu ad extremum vitæ Spiritum retinendâ; palàm agnoſcat ea eſſe uno verbo qui certiſſimum efficeret Gallos hodie nedum Pontificiæ hoſtes inerrantiæ, ſtrenuos eſſe aſſertores ac vindices potentiores.

Eò totum, quantum eſt, collineat noſtrum hoc qualecumque opus, utrum res pro votis ſucceſſerit penes eruditum lectorem eſto judicium; haud latuit quidem quanti momenti negotium ſuſceperimus, quot exantlandi labores, quantæ voluminum moles perlegendæ, quot exhauriendæ difficultates, quot ſcopuli devitandi, &c. At multiplicem rei aſperitatem non mediocris voluptas condivit; nempè inter ſpinarum aculeos, quibus horrere nonnunquam plurimas operis ſuſcepti partes oculis ac manibus deprehendi, elegantiſſimas quoque & ſuaviſſimè fragrantes roſas paſſim enaſci non infrequenter obſervavi; quam quidem puræ & exquiſitæ voluptatis illecebram, ad opus, è quo magnoperè refugiebat animus, ſuis, quantum potui, numeris explendum, non modicum incitamentum extitiſſe fateor. Animos alioquin deſpondendos præterea addidit cauſæ

quam susceperam indubitata bonitas, Gentis, quæ me multiplici devinctum titulo sibi fecit optimè semper de Romanis Pontificibus merita pietas. Ægrè ferebam admodum nationem illam, quæ ceteras inter morum urbanitate, eruditionis famâ hactenùs eminuerat, tanti criminis ream impunè postulari.

Vix temperare mihi metipsi poteram, quin turbulentos homines detestarer, omne studium & industriam in eo collocantes, ut Gentem Gallicam eo nomine Summis Pontificibus minus gratam, ceterisque Nationibus exosam redderent. Graviter dolebam Galliam Sedis Apostolicæ dignitati injuriosam eo tempore pluribus videri, quo illius Reges Christianissimi ac Præsules sapientissimi nullam suæ ergà Romanos Pontifices venerationis ac obedientiæ testificandæ sinunt occasionem elabi. Res ità se habet, candide Lector, de avitâ Majorum erga Sedem Apostolicam pietate, non degeneravit supertes in Galliis posteritas, extinctis *Iræneis*, *Avitis*, *Cæsaris*, *Martinis*, *&c.* Gloriosissimos quidem jurium suorum vindices, & cultores autoritatis obsequentissimos amisit Roma; verùm pro *Patribus* nati sunt tantis antecessoribus eò digniores *Filii*, quò Paternæ erga Sedem Apostolicam observantiæ æmuli studiosiores. Spirat adhuc & loquitur in Galliâ perantiquus ille in Romanos Pontifices, qui Filiorum est in Patres amor. Spirat vigetque in Christianissimis potissimùm Regibus, vivit fervetque in Reverendissimis Gallicanæ Ecclesiæ Præsulibus ad ultimos usque nepotes (quid ni enim ex præteritis augurari futura licet) æternandus; nedum Gallia recens sacris & divinis Sedis Apostolicæ juribus aliquid detractum velit, supremam & irreformabilem Romani Pontificis autoritatem & agnoscere se gloriatur & defendere non

cessat; quod juvante Deo optimo Maximo luculentissimè demonstratum esse hoc in opere confidimus.


Styli elegantiam & orationis ornamenta fortassè desiderabit lector; speramus interim Fidem, diligentiam eum nullibi requisiturum; quod ad Fidem spectat; id sanctè profiteor me nihil partium studio, nihil anticipatarum opinionum amore aut suppressisse quidquam, aut permutasse. Quantum autem ad diligentiam attinet, eam certè adhibui, quâ major vix desiderari possit; nihilominùs tamen sicubi à recto veritatis tramite deviasse contigerit, Dei atque hominum veniam deposco, paratus meliora monentibus non promptum duntaxat obsequium præstare, sed impensissimas etiam gratias referre: licet enim singula, quæ refero, æquâ, quantum potui, judicii lance suspenderim, licet de me quàm plurimùm diffisus accuratissimæ doctissimorum virorum discussioni labores meos, eâ quâ par erat, observantiâ subjecerim, non tamen asserere ausim, nihil prorsùs in opus tam perplexum irrepsisse, nihil animi, oculorumque aciem fugisse, cuï spongia deletrix adhibenda non fuerit, vel certè Lydius lapis denuò applicandus.

Quod denique ad orationem pertinet, illud dicendi genus præ ceteris eligendum duximus, quod remoto adscitiorum ornamentorum fuco, veritatem ipsam nativis expressam coloribus exhiberet. Verbis utimur vulgatissimis atque notissimis, nihil veriti fastidiosas aures, quæ nihi, nisi è Tulliano Terentianoque penu depromptum admittunt, quæve dum refugiunt *infallibilitatem*, *inerrantiam* ejusdemque generis in Scholâ receptas, usitatásque voces, in eos se verborum circuitus inducunt, unde evolvere se non possit oratio. Commendationem

operi nostro ab dictionis elegantiâ minimè quæsivimus, quippè qui censuimus, res naturâ suâ omnem penè respuentes ornatum, levi scripturâ tradendas esse, non pingui & operosâ oratione convestiendas. *Eloquium itaque noli quærere, multùm enim laboravimus & de celeritate absolvendi tam necessarii.... operis*, quod, *quisquis legis, nihil reprehendas, nisi cùm totum perlegeris, atque ita fortè minus reprehendas*. S. Aug. lib. de mendacio ad Conf. Cap. 1.



OPERIS



OPERIS ARGUMENTUM
ET PARTITIO.



SUPREMUM in componendis circa Religionem controversiis & indeficiens Romani Pontificis esse judicium, quemadmodum ex universali & perpetuâ Ecclesiæ traditione certum ac exploratum habemus, ità cum omnibus ferme Catholicis propalàm profiteri pro officii nostri ratione gloriamur. Inconcussam illam veritatem, quam tota retro loquitur antiquitas ab imis, quibus immota superstat fundamentis repetere non aggredimur, neque suscepti hujusce operis est argumentum.

Et verò actum agere meritò videremur, qui rem denuo tractandam susciperemus tot eximiis illustratam monumentis, tot Summorum ingeniorum laboribus ac vigiliis profligatam; quasi verò celeberrimorum orbe toto scriptorum vestigia relegentes nonnullas alicujus momenti reliquias deprehendere potuissemus, quæ sagacissimos illorum oculos summámque diligentiam effugissent, aut quæ jam ab illis præoccupata sunt, industriùs eadem & elegantiùs retractare valuissemus.

Omnium hodiéque eruditorum manibus teruntur simul, & in admiratione sunt illæ toties impetitæ, semper victrices, imò vincendæ nunquam celeberrimæ juxta & Doctissimæ Bellarmini, Melchioris Cani, Ludovici Thomassini, Cælestini Sfondrati, Jacobi Serry, ut innumeros taceam paris Doctrinæ viros, hâc de re lucubrationes, in quibus quidem ad refellendas Novaturientium ac Sciolorum hominum

cavillationes si non nihil adhuc desideres, omnia prorsus & tuâ etiam expectatione majora abundè reperias in aureo illo opere, quod aliquot ab hinc annis typis Romanis excussum vir Doctissimus Josephus Augustinus Orsi nobilis Prædicatorum familiæ Alumnus publicæ utilitati consecravit hoc titulo: *de irreformabili R. Pontificis in definiendis Fidei controversiis judicio, &c.*

De unâ igitur impræsentiarum agimus Galliæ recentis circa Supremam R. Pontificis autoritatem sententiâ, cuï pro viribus exponendæ ac dilucidandæ unicè incumbimus: veræ scilicet solidæque Gallicæ Gentis gloriæ consulere, & præcipuam constantis illius ac vigentis etiamnum in colendâ Sede Apostolicâ studii laudem ipsi à nonnullis ereptam, vel certè obscuratam restituere intendimus; quocirca confidenter, quia verè, asserimus Gallos id hodie, quod antiquitus, de irreformabili R. Pontificis autoritate sentire; dicimus Gallos hodiernos Sacris majorum suorum vestigiis inhærentes eâdem omnino quâ isti, si non majori, Romanorum PP. Oracula veneratione prosequi; dicimus Galliam avitâ edoctam traditione ipsíque indivulsè addictam postremis hisce temporibus candidè agnoscere palámque confiteri dogmatica Romanorum PP. judicia nulli esse obnoxia errori, supremâ & ineluctabili pollere autoritate, cuï Fideles omnes ipsius quoque mentis assensum præstare teneantur; uno verbo dicimus Gallos Pontificiæ etiamnum inerrantiæ, nedum hostes, ut malè quidam opinantur, strenuos assertores esse ac vindices potentissimos; id evincere ac difficilliori cuïcumque suadere confidimus.

Cùm verò R. Pontificis inerrantia non eodem modo intelligatur ab omnibus ac propugnetur, nè ullus circa Germanam Galliæ nobilis hâc in causâ sententiam scrupulus ulláque dubitatio, vel ambiguitas quempiam teneat, breviter ac nitidè, quantùm nobis licet, explicandum est, quo sensu Gallia privilegium Fidei indeficientis R. Pontificibus asserat ætate nostrâ, vindicétque.

Fatemur quidem, & certum est R. Pontificem apud Gallos infallibilem non esse quotiescunque loquitur vel aliquid scribit aut docet. Universalem hanc & indefinitam inerrantiam Romanis Pontificibus abjudicant Galli, imò vellicant & aversantur; hinc vulgare illud eorum effatum: *le Pape est-il infaillible?* Hinc ardor ille quo nonnulli interdum accensi ac exagitati altiùs inclamare videntur *Gallum qui sui nominis mensuram impleat, in hâc infallibilitate impugnandâ ultimam usque sui sanguinis guttam fundere debere.* Id itaque de R. Pontifice pro certo Gallia tenet ac sentit, in quo ipsi

ceteræ adstipulantur nationes; omnes enim ubique docent ac censent R. Pontifices in omnibus suis dictis vel sensibus infallibiles non esse, ac falli nonnunquam sicuti ceteros homines, & à fide deviare posse, ut post Bellarminum, Vallium, canum aliósque innumeros observat ipse Turnellius in suo de Ecclesiâ Tractatu Quæst. 5. Art. 30. non hoc igitur sensu dicimus & contendimus Gallos Pontificiæ inerrantiæ assertores esse ac defensores.

Quamvis omnes ubique Theologi in eo conveniant quòd tanto inerrantiæ privilegio in omnibus suis sensibus, dictis aut judiciis minimè gaudeant Romani Pontifices, ulteriùs tamen quærunt utrùm eo privilegio potiantur, quando Pontificiam exerentes autoritatem dogma aliquod Fidelibus credendum proponunt ac consuetis solemnitatibus definiunt: utrùm scilicet solemnia Romanorum PP. judicia qualia E. G. fuêre Innocentii X. adversùs Jansenii, vel Clementis XI. adversùs Quesnelii Librum ante Ecclesiæ universalîs consensum nulli errori, nulli reformationi subjaceant. En præcisè status quæstionis, cùm apud Theologos agitur de R. Pontificis inerrantiâ.

Circa hanc autem quæstionem in hunc modum constitutam quid sentiat, quid doceat Ecclesia Romana ceterarum Mater ac Magistra? Quid Italica, quid Germanica, quid Hispanica, quid Polonica, quid Hungarica, &c. notum & compertum est omnibus; nescit nemo eas omnes palàm & apertè Pontificiæ inerrantiæ suffragari; id ipsi candidè agnoscunt & publicè tradunt nobiliores Galliæ scriptores (1). Verùm de communi illâ Ecclesiarum Doctrinâ nullatenus hîc agitur. Quærimus quid sentiat ætate nostrâ Gallia seu Ecclesia Gallicana? Porrò contendimus ac probandum aggredimur Gentem Gallicam hâc in quæstione id sentire ac docere, quod ceteræ nationes, ideóque Gallos sicut & ceteros Pontificiæ inerrantiæ (sensu mox explicato) assertores esse ac propugnatores.

(1) *V. lib. 1. cap. 8. infrà* pag. 146. *& seqq.*

Ut autem ratione & methodo procedamus, nostrum hoc qualecunque opus tres in partes dividimus in quarum primâ de Illustrissimis agemus Galliarum Episcopis qui ab anno 1680. ad præsentem usque diem diversis regni Ecclesiis præfuerunt, ac laudabiliter præsunt; ab eo enim tempore mutatam à Gallis ac derelictam avitam de R. Pontificis inerrantiâ Doctrinam conqueruntur illi maximè qui investigandis genuinis Galliæ sensibus sedulò satis nunquam vacarunt; in secundâ de Christianissimis æquè ac Religiosissimis Sedis Apostolicæ jurium deffensoribus Regibus videlicet Ludovico Magno, & avitæ pietatis ac virtutis herede Ludovico XV.

feliciter regnante ſermonem inſtituemus. In tertiâ tandem de recentioribus Galliæ Theologis verba faciemus. Ex univerſali illorum omnium concentu & dignoſcendos Germanos Galliæ recentis ſenſus arbitramur, & ſtabiliendam ac firmandam aſſertionem noſtram aggredimur.

PARS PRIMA.

De Illuſtriſſimis Galliarum Epiſcopis qui ab anno 1680. *ad nos uſque floruerunt.*

UT omni argumentorum genere demonſtremus recentiores de quibus hîc ſermo Galliæ Præſules apertos eſſe Pontificiæ infallibilitatis aſſertores ac vindices ſtrenuiſſimos, nec ullus de Germanâ illorum hanc in rem ſententiâ dubitandi locus ſuperſit, partem iſtam quatuor in libros dividimus. Primus oſtendit Epiſcopos Gallicanos ſupremam & infallibilem R. Pontificis in definiendis Fidei controverſiis autoritatem ex ſacris Codicibus necnon ex antiquiori Eccleſiæ traditione ſtabilientes, & adversùs vana Pontificiæ inerrantiæ oſorum interpretamenta potentiſſimè vindicantes. Secundus eoſdem exhibebit Epiſcopos quæcumque in Romanam infallibilitatem intorqueri ſolent retundentes ac pro virili refutantes. Tertius Gallorum Antiſtitum praxim infallibilitati Pontificiæ planè ſuffragari demonſtrabit. Quartus tandem occupabitur in expendendis ac explodendis his omnibus quæ ad obſcurandam ac labefactandam Germanam Gallorum Antiſtitum de Pontificiâ inerrantiâ ſententiam ſæpius obtruduntur ac urgeri poſſent. Quid à nobis hâc in parte ſuſcepti operis illuſtrandâ præſtari ultra, ultràque deſiderari poſſit penitùs ignoramus.



DISSERTATIO PRÆVIA.

De celebri Romanum Pontificem inter & Sedem Apostolicam discrimine ad mentem Gallorum Antistitum.

QUANDOQUIDEM ad vindicandam Gallorum Antistitum de supremâ & irreformabili Romani Pontificis in Fidei definitionibus autoritate sententiam, præter ea Galliæ Præsulum testimonia, quibus Romano Pontifici inerrantia expresse asseritur, illa etiam passim adhibemus, quibus Sedis Apostolicæ seu Petri Cathedræ infallibilitas prædicatur; posset fortasse quispiam nobis propterea succensere, quòd duo apud Gallicanos Præsules apprime distinguenda confundamus, Sedem videlicet Apostolicam, & Sedentem in eâ Romanum Pontificem. Id autem nè vitio nobis aut crimini vertatur, aperiendam ac stabiliendam hâc in re Gallorum Antistitum mentem esse censuimus, quæ hujusce modi nostræ agendi rationis æquitatem planè ostendat ac invictè demonstret.

Quot enim dicteriis, si partem istam operis nostri intactam prætermisissemus, quot sibilis, quot conviciis nos non onerassent ac proscidissent, qui inter Sedem Apostolicam & in eâ Sedentem Romanum Pontificem tam latum esse discrimen contendunt, clamitant, repetunt ac ubique venditant & inculcant. Quæ est ista, dixissent, tam supina, tam crassa ignorantia, Sedem Apostolicam cum Romano Pontifice confundere, id de Romano Pontifice dictum putare, quod de Sede Apostolicâ prædicatur? An tanta, quæ nec tirunculis condonanda cæcitas & hallucinatio in scriptore ferenda est, qui genuinam Galliæ sententiam illustrare suscipiat; at si nota erat, addidissent, sicut esse debuerat tam celebris, tam expressa & inculcata distinctio, cur supprimitur? Cur tacetur? Cur dissimulatur? Ubi candor, ubi Fides, si tam aperta reticentur, ac infido sepeliuntur silentio? Quis unquam credidisset hesterno cuidam scriptori, qui Gallorum sensuum conscius maximè videri velit, in mentem venire potuisse quemquam è Gallis vèl incautum & simplicissimum tam obtusâ simulatione fore decipiendum? Quàm vana profectò fidentia, quàm stulta ac inconsulta cogitatio.

Verùm, subjecissent, ignoretur tam manifesta ac publica apud Francos Sedis Apostolicæ & Romani Pontificis distinctio, imò no-

ta taceatur ; demum hujusmodi ignorantia ac infausta reticentia præter autorem nemini officit, nemini fucum, nemini facit injuriam, eóque nomine utcumque toleranda, potiúsque commiseranda quàm exagitanda : at tantæ ignorantiæ labem in alios, quid dico in alios, in amplissimum ac omni eruditione clarissimum Gallorum Antistitum ordinem effundere ac ab ipsis de Romano Pontifice dictum venditare, quod de Petri Cathedrâ, de Sede Apostolicâ pronuntiant, pessima certè ac indigna prorsus res est, quæ nullatenus excusari, verùm & sapientes omnes irritare valeat. Quis enim non fremens audiat, quis legat pacatus gravissimum Gallorum Antistitum ordinem de tam densâ ignorantiæ caligine postulatum, tam nigrâ proscissum calumniâ! Quæ unquam edocuit, unquam permisit modestia, quæ charitas, quæ moderatio Christiana, quæ erga Patres & Magistros reverentia, tot Sapientissimis Ecclesiæ Præsulibus, tot splendidissimis Galliæ luminibus tam crassâ imponere Minervâ? Itáne dilucidandi erant Gallorum Antistitum sensus? Itáne ipsorum illustranda sententia, quasi verò ad illorum Doctrinam manifestandam ipsos in rebus etiam clarioribus ignaros dici vel credi juvaret aut oporteret? Sedis Apostolicæ inerrantiam prædicant Illustrissimi Præsules, quid indè? Ergo inerrantiæ Pontificiæ suffragantur? Pessima certè conclusio,& eò magìs iniqua, quòd neminem latere debeat latum apud ipsos esse discrimen inter Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem ; quàm misera igitur, quàm debilis sit causa, quæ iis unicè defendi queat argumentis quæ suppeditet ignorantia, fallacia mutuetur. Pari profectò, vèl etiam graviori stilo ab inerrantiæ Pontificiæ osoribus nos iri exagitatum benè sensimus ac experientiâ edocti sentire prævideréque debuimus.

Unde nullum iræ, nullum quærimoniæ locum dare studentes, Gallorum Antistitum mentem aperire, ac Germanam illorum circa famosam Sedis Apostolicæ & Romani Pontificiæ distinctionem, sententiam exponere jam pergimus : quam enim tuemur causam simulatis æquivocationibus, vel affectatâ ignorantiâ stabiliri vel juvari non indiget. Imò verò nihil timet magìs, quàm vel ignorari, vel turpibus obnubilari cavillis. Qualis est seipsâ veritas, talis in lucem prodire nequaquam veretur. Ità comparata est, ut ascitios colores exosa maximè, simplex sinè arte, nitida sinè fuco, sinè ambagibus recta, sinè velaminibus aperta incedere ac hominum animis instillari gestiat. Ut omnem igitur simulationis umbram tàm scriptore indignam Catholico, quàm veritatis inimicam procul à susceptâ disputa-

tione propulsemus; ut integram, quanta vèl in ipsis Gallis esse potest, ingenuitatem profiteamur, vòl ab ipso disputationis limine id adversariis nostris concedimus, quod sibi concedi maximè illi velint.

Damus itaque, nec dedisse pœnitet, Damus Sedem Apostolicam juxta Gallicanos Antistites à Romano Pontifice de Fide solemniter pronuntiante distinguendam, numquid in jus nos illico vocandi, quia Romanos ad Pontifices illud convertimus, quod ipsi Sedi Apostolicæ tribuunt inerrantiæ privilegium? Nequaquam profectò, si Sedis Apostolicæ autoritatem ac privilegia Romanis Pontificibus competere Gallicani Præsules profiteantur. Porrò Illustrissimi Antistites non semel declararunt, & quidem apertissimè & solemniter vulgaverunt Sedis Apostolicæ seu Romanæ Ecclesiæ autoritatem non alibi quàm in Summo Pontifice vigere; *eà nos quoque* ad Innocentium X. Scribebant Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi Galliæ Parisiis an. 1653. Congregati, *sententiâ ac Fide imbuti Romanæ Ecclesiæ præsentem* QUÆ IN SUMMO PONTIFICE *Innocentio X.* VIGET *autoritatem debitâ observantiâ colentes, &c.* (1). Istud apprime noverant, qui & ipsi tradebanr Petri Cathedræ autoritatem in Romanorum Pontificum decretalibus elucere. *Enimvero* pergunt laudati Præsules, *vetusta illius ætatis Ecclesia Catholica solâ Cathedræ Petri autoritate fulta, quæ in decretali Epistolâ Innocentii ad Africanos datâ elucebat.* Hinc est, quòd Episcopi Provinciæ Remensis an. 1699. in unum coacti de modo recipiendi Dogmatici Innocentii XII. decreti deliberantes, *datam sibi occasionem gaudent, quâ liberè & fiducialiter suffragante Sedis Apostolicæ autoritate loquentur* (2), quibus verbis manifestè ostendunt Sedis Apostolicæ autoritatem in Romani Pontificis decreto à seipsis agnosci: si ergo Sedis Apostolicæ autoritas, quam indeficientem in Fide prædicant Gallicani Antistites, residet juxta ipsos ac viget in Romanis Pontificibus, quis inficias ibit Fidei indeficientis autoritatem juxta Gallorum Antistitum Doctrinam Romanis Pontificibus competere? Quis nobis succenseat eos Galliarum Antistites Romani Pontificis inerrantiæ Suffragari palàm affirmantibus? Quis istud nobis vitio vertat, quòd juxta Illustrissimos Proceres paria esse dictamus & Romani Pontificis & Sedis Apostolicæ jura, dum ipsimet quantùm à suis majoribus Sedi Apostolicæ delatum est, tantùm se Romanis Pontificibus debere solemniter profitentur. *Quantum olim*, ad Innocentium XI. scribebant Præsules Gallicani anno 1682. congregati Parisiis, *à majoribus nostris Apostolicæ Sedi delatum est, tantùm nos vestræ sancti-*

(1) *Mémoire du Clergé*, 1. tom. pag. 234. *edit. Paris. an.* 1716.

(2) *Ibid.* pag. 446.

tati debere ſolemniter profitemur (1). Hìc, velim, obſerves, candide lector, quàm validè, quàm potenter à Gallicanis Epiſcopis evertantur adverſariorum noſtrorum Conſilia; hi nimirùm, nè à totâ retro antiquitate quæ Sedi Apoſtolicæ Fidei indeficientis privilegium conſtanter aſſeruit, damnati viderentur; audaciſſimi licèt, Sedi Apoſtolicæ illud eripere minimè tentarunt ac Sedis ejuſdem inerrantiam vèl ipſi propugnare non recuſant, ut apprimè ſciunt Gallicani Præſules (2).

(2) Illuſt. de Languet. Archiep. Senon. in monito 2. ad ſuæ olim Diœceſeos refractarios dato an. 1718. pag. 44. 45. & 46.
Emin. de Biſſy Epiſc. Meldenſis in Decretum Paſtorale contra appellationem interjectam à Bulla Unigenitus dato die 14. Junii an. 1728. pag. 14. 15.

Verùm qui ſuſceperant tantum Sedis Apoſtolicæ privilegium inutile reddere, ac Romanis Pontificibus de Fide pronuntiantibus omnimodè abjudicare, latum ineſſe diſcrimen inter Sedem Apoſtolicam & Romanum Pontificem dogma aliquod definientem ubique exclamare cœperunt; nec immeritò, ſi ipſos attendas, qui de Sede Apoſtolicâ vacuum & inane conficere ſimulacrum primi viſi ſunt; ejus etenim farinæ viri illi erant, quorum maximi intererat Romani Pontificis autoritate aperto marte impugnatâ & ipſam Romanæ Sedis inerrantiam à cuniculis & quaſi per latus pedetentim peſſumdare. Quid verò Gallicani Præſules, ut præpoſtera illa Pontificiæ inerrantiæ oſorum Conſilia funditùs everterent, ſtante etiam commentitiâ eorum inter Sedem Apoſtolicam, & Romanum Pontificem de Fide pronuntiantem diſtinctione, ſolemniter declarant ***tantum*** Romanis Pontificibus deberi, ***quantum*** à veteribus Sedi Apoſtolicæ eſt delatum; unde adverſarios noſtros ſic compellere liceat: à Romano Pontifice de Fide pronuntiante Sedem Apoſtolicam diſtingui contenditis; eſto, at diſcite à Gallicanis Epiſcopis tantùm hodiè Romanis Pontificibus deberi, quantùm à veteribus Sedi Apoſtolicæ delatum eſt; quid autem à veteribus Sedi Apoſtolicæ ſit delatum, vos ipſi prædicatis & agnoſcitis, Fidei nempè indeficientis privilegium; hoc igitur Romanis Pontificibus de Fide pronuntiantibus, ne inficiemini, alioquin, tantum Romano Pontifici non exhibetis, quantùm à veteribus ipsâ veſtrûm confeſſione Apoſtolicæ Sedi delatum eſt.

Ex iis igitur patet nos jure meritoque in præſenti causâ ad Romanum Pontificem convertere ea Gallorum Antiſtitum teſtimonia, quibus Sedis Apoſtolicæ inerrantia prædicatur, quamvis apud Gallicanos Antiſtites latum eſſet inter Sedem Apoſtolicam & Romanum Pontificem de Fide pronuntiantem diſcrimen; tùm quia totam Sedis

(1) Hæc Epiſtola legitur in opere Emin. Sfondrat. inſcripta Gallia Vindicata, *Diſſert. 1. §. 8. Docum. 59. edit. 1702.*

dis Apostolicæ autoritatem, quæ juxta ipsos est infallibilis, in Romano Pontifice vigere ac residere declarant, tùm quia delatum à suis majoribus Sedi Apostolicæ Fidei indeficientis privilegium agnoscentes & propugnantes, tantum se debere Romano Pontifici solemniter profitentur, quantum Sedi Apostolicæ à suis majoribus olim delatum est; id unum pro nostrâ agendi ratione vindicandâ sufficeret, sed majora nos manent, & hoc ipsum quod modò concessimus adversariis, quàm iniquè ab illis postulatum, tam à nobis gratuitò concessum demonstramus.

Quærimus itaque ab adversariis unde habeant quòd Sedem Apostolicam à Romano Pontifice de Fide pronuntiante distinguant Episcopi Gallicani; ex quonam publico Præsulum istorum instrumento prætensam distinctionem expiscati fuerint? Equidem si id unum contenderent Sedem Apostolicam à Romano Pontifice Pontificiam ac suæ Sedis autoritatem non exerente distingui apud Gallicanos Episcopos, nil verius, nil certius; cæcus sit qui istud non videat, obtusus qui non intelligat; quando enim Romanus Pontifex, quemadmodum alter homo, alter doctor particularis aliquid sentit, scribit, vel docet, nullâ Pontificiâ, nullâ suæ Sedis interpositâ autoritate, quis nesciat hujusmodi sensa, scripta, aut judicia non esse Sedis Apostolicæ effata? Quis nesciat in hujusmodi Romani Pontificis placitis neminem Sedis Apostolicæ venerari autoritatem? Quis nesciat hujusmodi Romanorum Pontificum judicia errori obnoxia propugnari ab iis omnibus Galliarum Episcopis, qui Sedi Apostolicæ inerrantiæ privilegium vindicant? Quis nesciat id cum Gallicanis Episcopis, ut certum ac indubium ab omnibus totius orbis Theologis teneri; ità planè, eatenùs Sedes Apostolica distinguitur à Romano Pontifice, quatenùs non omnia judicia Romani Pontificis sint judicia Sedis Apostolicæ, quatenùs ea minimè sint Sedis Apostolicæ decreta, quæ Romanus Pontifex *Pontificiam ac suæ Sedis autoritatem non exercens* profert sicuti alter homo, *ac Doctor particularis* (1); unde jam olim monebat sanctus Leo Pontifex ipse maximus: *aliud sunt Sedes, aliud præsidentes* (2).

Hoc inter Sedem Apostolicam & Romanum Pontificem discrimen probari Gallicanis Episcopis sicuti ceteris omnibus, nedum inficiari velimus, ultrò & libenter adversariis concedimus, conf-

(2) *Epist. 53. ad Anast.*

(1) *Emin. de Tencin Arch. Lugdun. in Epist. 4â. ad Epis. Sanitiensem dat. die 1. Julii an.* 1729. pag. 22. Toute doctrine embrassée par le Pape, non en tant que DOCTEUR PARTICULIER; mais en tant que LE CHEF VISIBLE DE L'EGLISE.

tanter & asseveranter prædicamus, imò quando opus erit innumeris Gallorum Antistitum testimoniis evincemus.

Verùm de hoc discrimine nullatenus hîc agitur, nec ulla de eo cum adversariis est disputatio. Quærimus ab ipsis unde perceperint juxta Gallicanos Præsules Sedem Apostolicam à Romano Pontifice Pontificiam ac suæ Sedis exerente potestatem distingui, Sedem Apostolicam à Romano Pontifice de Fide solemniter, ut solet, pronuntiante distinguendam. Quærimus ab adversariis unde habeant aliquod Gallicanis ab Episcopis poni discrimen inter Sedis Apostolicæ judicia, ac Dogmatica Romanorum Pontificum decreta, consuetis *formalitatibus*, ut ita dicam, prolata; aliud apud Gallicanos Antistites esse Sedis Apostolicæ judicium, aliud Romani Pontificis solemne de quopiam Fidei dogmate decretum? Quod sentio, liberè dico, quæ mentis fœcunditas commentitiam hanc parere potuit distinctionem, hæc eadem istius commenti Patronos ac assertores effingere valuit; cùm enim, nec ratione, nec usu, nec antiquitate fulciretur malè nata distinctio, quin potiùs hæc omnia Summo consensu hesternæ, frivolæ cavillationi obsisterent, Gallorum Antistitum autoritas quærenda fuit, quò fieret tantis nominibus illorum vendibilior, & quod rei deerat, specioso titulo compensaretur; sic falsis corruptísque nummis effigies & elogia principum imponi videmus, ut fallant incautos, tegátque metalli vitium imaginis reverentia; nec mireris, frequens est apud nostros adversarios autoritate abuti ac nomine Ecclesiæ Gallicanæ; nec aliquid novi præ se fert agendi ratio, quæ tot retro prælucentibus Hæreticis magnos Patronos magnis erroribus vel figmentis emendicat vel facit; jactitent igitur, quantum libuerit, Gallicanos Antistites decantatæ distinctioni patrocinari; ego verò ingenuè fateor tot inter Gallos Antistites, quorum elucubrationes legere ac perlegere concessum mihi fuit, nec unus occurrit (mitto paucissimos Constitutioni *Unigenitus* refractarios) qui præposteram hanc distinctionem vel semèl obtruderit, vel calculo suo comprobaverit. Id unum porrò cordatis hominibus sufficeret, hanc nimirùm distinctionem à Gallicanorum Episcoporum nemine ullibi vel adoptatam vel probatam legi, ut meritò credetur, nullo-dum apud eos pretio fuisse, nec majori deinceps loco habendam absque spiritu Prophetico rectè vaticinaberis. Ecquis enim suadeatur amplissimum ac gravissimum ordinem præposteræ distinctioni ab ipsis etiam celebrioribus Galliæ Theologis irrisæ (1) ac modis omnibus sibilatæ, nunc primùm suffragari voluisse, vel in poste-

(1) *Tomassin. Dissert.* xx. *in* VI. *Synod. num.* XVII. *Turnelius de Eccl. tom.* 2. *pag.* 133. *edit. Paris. Jacobus Serri Dissert. de Rom. Pontifice falli & fallere nescio Cap.* 10. *& alii permulti.*

rum ſuffragaturos. Credat hoc Judæus apella, utique non ego, non alius modò ſanus rerum æſtimator.

At quorſum iſtis immoramur, qui ea præ manibus habemus argumenta, quibus adverſariorum noſtrorum ora penitùs occludantur, ac noſtræ agendi rationis æquitas difficiliori cuicumque ſuadeatur: noſſe itaque deſideras quâ fronte, quo jure Gallorum Antiſtitum teſtimonia, quibus Sedis Apoſtolicæ decretis inerrantia tribuitur, ad eandem prærogativam dogmaticis quæ ſolemniter proferunt Romani Pontifices judiciis vindicandam adhibeamus? Scire cupis quo jure de Romano Pontifice de fide ſolemniter pronuntiante dictum ab Epiſcopis Gallicanis aſſeramus & velimus, quòd de Sedis Apoſtolicæ judiciis ipſi prædicant? In promptu ratio eſt, ſed fortis, ſed potens, ſed invicta, ſed decretoria, eam jam accipe ſerenus ac benevolus, id dicimus, id contendimus, quia unum idémque eſſe dogmaticum Romani Pontificis & Sedis Apoſtolicæ judicium conſtanter & ubique intelligunt Gallicani Præſules, quia commentitiam hanc eruditorum ſibilis potiùs quàm ſuâ novitate famoſam diſtinctionem inter Sedem Apoſtolicam & Romanum Pontificem dogma aliquod ſolemniter definientem nedum adoptare voluerint Illuſtriſſimi Præſules, expreſsè rejiciunt, ſuggillant & damnant; quia tandem è Gallicanis Epiſcopis, qui datâ operâ in Sedis Apoſtolicæ judicii notitiâ nobis efformandâ, ac verâ notione tradendâ laborarûnt, illud nitidè ac præcisè dogmaticum eſſe Sedis Apoſtolicæ judicium declarant, quod Romanus Pontifex ſolitis & ordinariis *formalitatibus*, circa Fidem pronuntiat; ſi res ità ſe habet, quis aliquâ pollens æquitate, quis ſenſu communi non omninò deſtitutus nobis ſuccenſeat, nobis det vitio, quòd eos Pontificiæ in decretis dogmaticis inerrantiæ ſuffragari dicamus, qui dogmatica Sedis Apoſtolicæ decreta nulli obnoxia errori eſſe pronuntiant ac deffendunt, cùm apud illos una res eadémque ſit Sedis Apoſtolicæ aut Romani Pontificis dogmatica definitio?

Porrò quòd res ità ſe habeat, ſicuti ex innumeris Gallorum Antiſtitum teſtimoniis certum ac exploratum habemus, ſic ex paucis inter tanta, ſed nitidis, apertis ac luculentiſſimis, quæ jam ſubjicimus, intelliget ac planè ſuadebitur quiſque ſuaderi difficilior.



§. I.

Gallorum Antiſtitum teſtimonia, quibus evidenter apparet unum apud ipſos idémque eſſe Romani Pontificis de Fide pronuntiantis judicium, ac dogmaticum Sedis Apoſtolicæ decretum.

UT autem viâ ac ratione in recenſendis iſtis quæ affatim ſuppetunt Gallicanorum Epiſcoporum teſtimoniis procedamus, nonnullis diſtincta capitibus illa proponimus, ac 1°. Quidem ab iis ordimur, quæ Gallici Molinoſiſmi negotium ſpectant. Permultas propoſitiones extractas ex libro, cuï vernaculè titulus : ***Explication des maximes, &c.*** Apoſtolicâ cenſurâ confixit, & veritati haud ſecùs ac Catholicæ religioni contrarias pronuntiavit Innocentius XII. lato eâ de causâ decreto die 13. Martii anno Domini 1699. Iſtud decretum ab ipſo ***Romano Pontifice*** datis literis efflagitaverat Illuſtriſſimus Cameracenſium Archi-Præſul præfati operis autor (1), id profectò non ignorabant ceteri Galliarum Antiſtites, attamen quam cauſam D. de Fenelon Innocentii XII. judicio ſubmiſerat, hanc eandem illi ***ad Apoſtolicam Sedem*** delatam fuiſſe conceptiſſimis verbis (2) aſſerunt. Ergo perinde fuit apud Gallicanos Epiſcopos dogmaticum Romani Pontificis judicium implorare, ac ad Sedem Apoſtolicam confugere. Mirum igitur nemini videatur, quòd promiſcuè affirment cauſam illam, mox ***Romani Pontificis***, modò ***Sedis Apoſtolicæ*** autoritate dirimendam, & ad tribunal utriuſque delatam fuiſſe (3). Huic argumento novum pondus novâ occaſione datâ addiderunt Gallicani Præſules, ſcilicet cùm cauſa illa ad Romanum Pontificem delata fuiſſet, ac ſuum de eâ judicium jam appararet Innocentius XII. Archiepiſcopus Pariſienſis cum Meldenſi & Carnutenſi Epiſcopis à ferendo in eandem judicio, eâ quâ par erat æquitate abſtinuerunt. Quid tùm Gallicani Præſules? Ajunt illos Antiſtites noluiſſe, modò ***Romani Pontificis***, modò ***Sedis Apoſtolicæ*** judicium præoccupare (4). Illud idem judicium à Romano Pontifice poſtulaverat Rex Chriſtianiſſimus; Regem Chriſtianiſſimum ad ***Apoſtolicam Sedem*** confugiſſe declarant ſimul Gallicani Epiſcopi (5). Quid plura? Unum idémque eſt apud Gallicanos Epiſcopos Regem Chriſtianiſſimum quàm primùm ex-

(1) *Mémoires du Clergé*, *tom.* 1. pag. 369.

(4) *Ibid.* pag. 397. 398.

(2) *Ibid.* pag. 390. M. l'Archevêque de Cambray porta l'affaire au S. Siége par la Lettre qu'on va tranſcrire. *Et pag.* 398. Le jugement du S. Siége où la cauſe avoit été portée. *Hæc ſunt verba* relationis actorum & deliberationum, &c. *Quæ à clero Gallicano in generalibus an* 1700. *Comitiis approbata fuit ac ipſius cleri juſſu edita, ut videre eſt in* 1°. *tom. memorialium cleri Gallicani.* pag. 384.

(3) *Ibid.* pag. 393. M. l'Archevêque ſaiſiſſoit le Pape & lui demandoit un jugement, *pag.* 397. Le Pape ſaiſi par cette Lettre de M. de Cambray.... Il avoit ſaiſi le Pape. *Hæc verba confer cum præcedentibus ſub* N°. 2.

(5) *Ibid.* pag. 410. Le Roi n'avoit demandé au Pape qu'une deciſion prompte & préciſe,

cipere iſtud, quod ſuum hâc in re ***Decretum*** tulerit ***Pontifex Romanus***, ac ſcire prolatum ***à ſanctâ Sede judicium*** (1), unum idémque eſt apud Gallicanos Antiſtites Cameracenſem Antiſtitem ***Innocentii decreto*** ſtatim obtemperaſſe, ac ***Cathedræ Petri judicio*** ſtatim acquieviſſe (2).

Deliberant-ne Gallicani Præſules de ratione acceptandi Innocentii XII. decreti, aſſerunt ſe deliberare de ratione acceptandæ ***Sedis Apoſtolicæ Conſtitutionis*** (3). Placet-ne Gallicanis Epiſcopis nonnulla circa Pontificii decreti formam animadvertere? de ***Sedis Apoſtolicæ judicii*** formâ non nihil à ſe obſervari poſſe declarant (4). Quære à Gallicanis Epiſcopis quis pronuntiaverit contra prædicti libri propoſitiones, cujuſve ſit judicium Romæ adversùs eas prolatum, profectò ille erat Romanus Pontifex Innocentius XII; id Gallicanos Epiſcopos latere non poterat, quippe quod ubique & fatentur & agnoſcunt; verùm qui etiam noverant dogmaticum Romani Pontificis judicium non aliud eſſe quàm Sedis Apoſtolicæ definitionem, ubique etiam prædicant, ***Sedem Apoſtolicam*** contra prædicti libri propoſitiones pronuntiaſſe, à Sede Apoſtolicâ eas fuiſſe damnatas. Ità teſtantur Epiſcopi Provinciæ Rotomagenſis, Pariſienſis, Narbonenſis, Remenſis, Cameracenſis, & aliarum paſſim Provinciarum. Prolixiora ſunt ac frequentiora eorum teſtimonia, quàm ut à nobis hîc referantur. Conſule, ſi dubitas, acta verbalia Conciliorum, quæ in illis Provinciis celebrata fuêre, in tomo 1°. faſtorum Cleri Gallicani (*Mémoires du Clergé*) à pag. 419. uſque ad pag. 557.

Si laudati Epiſcopi reverenter ac obedienter ſuſcipiunt Innocentii XII. decretum, quid à ſe recipi dicunt, quid ſuſpiciendum eſſe pronuntiant? ***Judicium Sedis Apoſtolicæ; definitionem Sedis Apoſtolicæ*** (5); adeò verum eſt, quòd dogmaticum Romani Pontificis decretum à Sedis Apoſtolicæ judicio, nedum ſecernere, nedum diſtinguere cogitent, utrumque confundere unicè ſciant, unicè velint, ac ubique curent;

pag. 411. Ce Bref fait voir le grand zèle de Sa Majeſté à procurer de la part du S. Siége une prompte déciſion.

(1) *Ibid.* pag. 410. Le Roi reçut, avec une joie digne du Fils ainé de l'Egliſe, l'exemplaire du Decret du Pape, *pag.* 412. Sa Majeſté avertie, comme on vient de voir, du Jugement du S. Siége, en témoigne ſa joie.

(2) *Ibid.* pag. 414. La Conſtitution du S. Pere (*Innocent XII.*) fit tout ſon effet ſur l'eſprit de M. l'Archevêque de Cambray, qui ſans héſiter, déclara ſa ſoumiſſion abſolue & ſans reſerve, *pag.* 433. Il eſt parti de la Chaire de St. Pierre une Cenſure forte & préciſe, qui donne la paix à l'Egliſe. M. l'Archevêque de Cambray s'eſt lui-même ſoumis le premier à ce jugement.

(3) *Ibid.* pag. 517. Il ne reſte plus qu'à délibérer ſur la manière d'accepter la conſtitution du S. Siége (*d'Innocent XII.*) *Hæc ſunt verba cœtûs Epiſcop. Rotomagenſis Provinciæ habiti an.* 1699.

(4) *Ibid.* Quelque déference que l'on doive avoir pour le Jugement que le S. Siége a prononcé, il ne peut cependant ſe diſpenſer de faire quelque réflexion ſur la forme de la Conſtitution.

(5) *Ibid.* pag. 479. Lecture faite de cette Conſtitution (*d'Innocent XII.*) l'on s'eſt joint en eſprit d'unité au S. Siége en adherant à ſon Jugement. *Hæc ſunt verba cœtûs Provinciæ Narbonnenſis, eadem leguntur in cœtu Provinciæ Paris. Ibid.* pag. 428. *Item Provinciæ Remenſis.* pag. 446. *Item Provinciæ Rotomagenſis* pag. 517.

præterea numquid aliquo juxta Gallicanos Antiſtites habebantur diſcrimine Romanus Pontifex in hâc causâ pronuntians & Sedes Apoſtolica, quando, modò ***Romanum Pontificem***, modò ***Sedem Apoſtolicam*** totum damnati libri venenum penetraſſe penitùs aſſerebant (1)? Paria mitto innumera laudatorum Antiſtitum teſtimonia, quæ ſicuti memorata, oſtendant evidenter unum apud ipſos idémque fuiſſe dogmaticum Innocentii XII. decretum ac Sedis Apoſtolicæ judicium.

II. Innocentii XII. decretum propè ſubſecuta eſt ſolemnis Clementis XI. quæ incipit, ***vineam Domini***, Conſtitutio, in quâ prætenſum Janſenianorum ſilentium Religioſum damnatur. Quid porrò ampliſſimus Gallorum Antiſtitum ordo de hoc Clementis XI. Judicio? Alterum agnoſcit, alterum ubique vocat Sedis Apoſtolicæ judicium. Vox Clementis pronuntiantis perinde fuit apud ipſos, ac vox Sedis Apoſtolicæ; idem apud ipſos definientem audire Pontificem, ac Sedis Apoſtolicæ judicanti auſcultare. Enimverò Gallicani Epiſcopi Pariſiis an. 1705. Congregati, Clementinam ponderant-ne Conſtitutionem? ***Apoſtolicæ Sedis attendere ſe definitionem*** aſſerunt. Agnoſcunt-ne in eà Gallicanæ Eccleſiæ Doctrinam? ***In Sedis Apoſtolicæ definitione ſuam agnoſcere Doctrinam*** affirmant (2). ***Sedis Apoſtolicæ judicio*** firmatam eam Eccleſiarum pacem contendunt, quam Clementina firmaverat Conſtitutio (3); ejuſdem Sedis judicio amputatas aſſerunt, quas Clementina Conſtitutio reſecaverat Janſeniſtarum cavillationes (4); ***ideò***, inquiunt, ***Rex Chriſtianiſſimus à Clemente XI. Romano Pontifice judicium poſtulaverat, ut definitio ſanctæ Sedis ab Eccleſiâ Gallicanâ acceptata omnium mentes ſubjicere poſſet*** (5). Itáne locuti, non apertisſimè manifeſtant dogmaticum Romani Pontificis judicium apud ipſos perinde eſſe ac Sedis Apoſtolicæ definitionem? Si Gallicani Antiſtites cum obſequio ac ſubmiſſione Clementinam recipiunt Conſtitutionem, ***Sedis Apoſtolicæ Conſtitutionem*** ſe recipere declarant; id illi paſſim ſuis in mandatis pro Clementinæ Conſtitutionis promulgatione editis anno 1705. quorum

(1) *Ibid.* pag. 409. Le St. Siége avoit compris à fond tout le mal .... Le St. Pontife en a voulu pénétrer à fond toute l'intention.

(2) *In actis verbal. cœtûs an* 1705. pag. 292. Plus nous avons fait de réflexions ſur la déciſion du St. Siege, plus nous y avons reconnu les maximes & les ſentimens des Evêques de France.

(3) *Ibid.* pag. 261. Sanctitati veſtræ gratulemur, (*ad Clementem XI. P. M. Scribentes*) firmatam in Paſtorum Apoſtolicæ Sedis judicio Eccleſiarum pacem.

(4) *Ibid.* Æquum erat ut poſt damnatam ab Apoſtolicâ ſede Janſenianam hæreſim omnes etiam Cavillationes in erroris Patrocinium excogitatæ ejuſdem ſedis judicio prorſus amputarentur.

(5) *Ibid.* pag. 291. Sa Majeſté crût devoir ſolliciter N. S. P. le Pape (*Clement XI.*) de condamner les fauſſes interpretations, &c. afin qu'une déciſion du St. Siége reçûe & acceptée par l'Egliſe de France pût ſoumettre tous les eſprits.

unum vel alterum, nè morosiores in re notâ ac publicâ simus, audire sufficiat : *Constitutionem sanctæ Sedis*, inquit Eminentissimus de Noailles, *cum obsequio & submissione acceptamus* (1). Eadem sunt verba Archiepiscopi Lugdunensis in Mandato pro eâdem Clementinâ Constitutione publicandâ edito (2) ; quid plura, ut omnibus appareat Gallicanos Antistites, ibì venerari Sedis Apostolicæ judicium, ubì dogmaticum agnoscunt Romani Pontificis decretum ?

III. Superest alterum quod ab eo tempore ad nos usque solum à Romanis Pontificibus prodierit solemne de Fide judicium, altera scilicet Clementis XI. Constitutio centum & unam Quesnelii propositionem damnantis. Quòd autem Gallicani Antistites hoc, sicuti prælaudata, Romani Pontificis decretum vocaverint Sedis Apostolicæ judicium, quòd illud à Sede Apostolicâ, à Petri Cathedrâ profectum dixerint, quòd ubique declaraverint Sedis Apostolicæ esse definitionem, quòd unum idémque fuerit apud ipsos à Clemente XI. ac à Sede Apostolicâ Quesnelii errores fuisse proscriptos, res est tam manifesta, tàm sæpiùs inculcata, tàm perpetua, ut testimoniis comprobari supervacaneum & inutile prorsus arbitremur ; præ omnium ferè manibus habentur acta verbalia cœtûs Cleri Gallicani an. 1713. & 1714, innumera Gallorum Antistitum Documenta ac Mandata Pastoralia, tótque ipsorum elucubrationes hâc in re editæ, quarum utraque ferè pagina lemmati nostro suffragatur, rémque certissimam faciunt ac exploratissimam. Quæ igitur est ista inter Sedem Apostolicam & Romanum Pontificem de Fide solemniter pronuntiantem distinctio, si quotiès Romani Pontifices de Fide solemniter pronuntiant, toties Sedis Apostolicæ autoritas, toties Sedis Apostolicæ judicium agnoscitur ? Si quæ Romani Pontifices dogmatica pronuntiant decreta, Sedis Apostolicæ judicia creduntur, asseruntur, affirmantur ? Id tamen hactenus censuerunt Antistites Gallicani, id indubium penitùs efficiunt innumera ipsorum testimonia ; submissis igitur manifestissimæ veritati fascibus candidè fateamur unum idémque esse apud Gallicanos Antistites Romani Pontificis dogma aliquod solemniter definientis ac Sedis Apostolicæ judicium.

IV. Et verò quò splendidior veritas Elucescat, ac vèl suâ luce perstringat adversariorum oculos ac adaperiat ; si Gallicani Præsules Sedis Apostolicæ judicia à dogmaticis Romanorum Pontificum decretis secernerent atque aliud ista, aliud illa esse censerent, num-

(1) *In mandato pro publicandâ Constitut. Vineã Domini, edito an. 1705.* Nous acceptons avec respect & soumission la Constitution du S. Siege.

(2) Nous acceptons avec respect & soumission la Constitution du St. Siege.

quid illa duo perpetuò confunderent ? Numquid illa duo promiscuè & indiscriminatim ubique usurparent ? Ecquis autem in Gallorum Antistitum scriptis non omninò peregrinus perpetuum hunc ac universalem illorum loquendi modum ignorare queat ? *Aliquando Episcopi*, verba sunt Gallorum Antistitum Provinciæ Rotomagensis in unum coactorum, an. 1699. *priusquam de dubio aliquo Fidei capite pronuntiarent Sedem Apostolicam consuluerant, ut apparet in consultationibus Leoni III. Papæ factis* (1) ; vides quomodo probent Antistites Gallicani consultam in rebus Fidei fuisse Sedem Apostolicam ex eo quòd Romanus Pontifex in eâ Sedens fuerit consultus ; ex quo manifestè apparet, quàm Gallicanis Episcopis perspectum ac suasum sit unum in rebus Fidei idémque esse Sedis Apostolicæ ac Romani Pontificis judicium ; audiamus eos Galliæ Præsules, qui an. 1710. genuinos conventûs Cleri Gallicani an. 1705. pandere ac toti Galliæ testari properarûnt, inter quos eminebat Illustrissimus de Noailles Parisiensis Archiepiscopus : *declaramus*, inquiunt, *quòd cùm cœtus* (anni 1705.) *dixit, Constitutiones Romanorum Pontificum totam obligare Ecclesiam à corpore Pastorum acceptatas, mens ejus non fuit necessariam esse hujusmodi acceptationis solemnitatem, ut hujusmodi sanctæ Sedis Constitutiones sint regulæ sensûs Fidelium* (2). Vides quomodo laudati Præsules hæc tanquam Synonima habeant, Sedis Apostolicæ nimirum & Romanorum Pontificum dogmaticas Constitutiones, quásque modo Romanorum Pontificum, modò sanctæ Sedis Constitutiones appellant. Audiamus Episcopos Gallicanos Parisiis an. 1713. & 1714. Congregatos ad universos regni Episcopos scribentes : *Bono Religionis interest, ut totus Episcopatus contra hujusmodi Quesnelii opus insurgat ; id autem præstare validiùs non potest quàm in unitatis centro, quod est Cathedra Petri. Nostis hanc unionem tam sanctam, tam venerandam corporis Pastorum, cum ipsorum capite semper habitam fuisse ut tutius medium errorem reprimendi & ipsius progressum impediendi damnatione uniformi, sive Episcopi eam primo judicio pronuntiaverint ac deinde ad Sedem Apostolicam confugerint*

(1) *Mémoires du Clergé tom. 5. pag. 514.* Quelquefois les Evêques avant que de décider des points douteux concernant la foi, avoient consulté le St. Siége, comme il paroît dans les Consultations qui furent faites au Pape Leon 3.

(2) Nous déclarons que quand l'Assemblée (*de 1705.*) a dit que les Constitutions des Papes obligent toute l'Eglise, lorsqu'elles ont été acceptées par le corps des Pasteurs, Elle n'a point voulu établir, qu'il soit nécessaire que l'acceptation du corps des Pasteurs soit solemnelle, pour que de semblables Constitutions du St. Siége soient des regles du sentiment des Fidéles. *Hæc declaratio legitur ad calcem actor. verbal. cœtûs an 1705. Item. Emin. de Noailles suo & aliorum Episcoporum nomine scribens ad Clementem XI.* Cum clerus, *inquit*, dixit Constitutiones SS. Pontificum à corpore Episcoporum acceptas, totam Ecclesiam obligare, mens ejus non fuit necessariam esse ejusmodi acceptationis solemnitatem, ad hoc ut illæ tanquam regulæ credendi & loquendi ab omnibus Catholicis haberi debeant.

gerint pro eâ confirmandâ ac suâ autoritate roborandâ, *sive Pontifex primus pronuntians sua ad Episcopos miserit decreta*, *ut ea recipientes sanctæ Sedi se jungant* (1) hæc sillabatim ex Gallicó Latina fecimus, in quibus, modò Petri Cathedram & Ecclesiæ caput, modò Romani Pontificis decreta & sanctæ Sedis judicia à Gallicanis Episcopis promiscuè usurpari cæcus sit qui non videat.

Quid dicam de celebri Bossuetio Episcopo Meldensi? Dogmaticas ad Concilium Ephesinum dederat literas Cælestinus Pontifex Maximus, has modò *à Cælestino datas*, modò *à Cathedrâ Petri prolatas* fuisse promiscuè tradit Antistes clarissimus (2) quid dicam de Eminentissimo de Bissy, dignissimo Bossuetii Successore, de Illustrissimis Languetio Archiepiscopo Senonensi, de S. Albin Archiepiscopo Cameracensi, de la Fare Episcopo Laudunensi totque aliis eruditis Galliæ Præsulibus, penès quos dogmatica Romanorum Pontificum decreta cum Sedis Apostolicæ definitionibus confundere sit perpetuum. Hic probat *dogmaticum Sedis Apostolicæ judicium*, ab Episcopo limitari non posse, quia Romanus Pontifex cujuslibet Episcopi jure divino est Superior, *undè*, pergit *cum inferior superioris decreta limitare non possit*, *Episcopus dogmatica Romani Pontificis decreta restringere non potest* (3). Ille sanctæ Sedis agendi rationem vindicat exemplo *Romanorum Pontificum* qui eam præcesserunt (4) iste appellationem à *Clementinâ Constitutione* quæ incipit, *Unigenitus*, à nonnullis ad futurum Concilium interjectam reprobat, quia *à Dogmaticis Apostolicæ Sedis judiciis* nulla unquam fuit appellatio (5) hic dogmaticis *Romanorum Pontificum* decretis obtemperandum esse contendit propter *Apostolicæ Sedis*, à quâ illa proficiscuntur, autoritatem (6) dies & Cartha mihi deficerent si paria, tùm laudatorum, tùm ceterorum Galliæ Præsulum testimonia vel indicare, nedum exscribere susciperem; at ex relatis, opinor, satis suadebitur vel difficilior, hæc duo constanter à Gallicanis Episcopis promiscuè usurpari, *dogmaticum*, scilicet *Romani Pontificis & Sedis Apostolicæ judicium*.

(3) *Emin. de Bissy Episc. Meldensis in Docum. Pastor. adversus Consultationem Advocator. Paris. edito an.* 1728. pag. 28.

(4) *Illustris. de Languet Archiepis. Senonensis Monito* 2°. *ad sua olim Diæceseos refractarios dato an* 1718. pag. 52.

(5) *Illustr. de S. Albin Archiepisc. Camerac. in Docum. Pastor. adversùs Consult. Advocat. Paris. edito an.* 1730. pag. 9.

(6) *Illustr. de la Farre Episc. Laudun. in Docum. Pastor. de obedientia debitâ Constit.* Unigenitus *edito an.* 1730. pag. 10.

(1) *In act. Verbal.* pag. 110. Il importe au bien de la Religion que tout l'Episcopat se réunisse contre un tel ouvrage (*de Quesnel*). Il ne le sçauroit faire avec plus de force que dans le centre de l'unité qui est la Chaire de St. Pierre. Vous sçavez que cette union si sainte & si respectable du corps des Pasteurs avec leur Chef, a été regardé dans tous les tems, comme le moyen le plus asseuré de reprimer l'erreur, d'en empêcher le progrès par une condamnation uniforme, soit que les Evêques l'ayent prononcée par un premier Jugement, & qu'ils se soient ensuite adressés au St. Siége pour le confirmer & le fortifier de son autorité, soit que le Pape prononçant le premier, ait envoyé ses Décrets aux Evêques pour se joindre au St. Siége en les acceptant.

(2) 1. *Docum Pastor. de Promissionib. Eccles.* pag. 203. *edit. Paris. an.* 1729. Le Concile d'Ephese a prononcé contre Nestoriur contraint par les saints Canons & par les Lettres de S. Cœlestin, *pag.* 599. Le Concile d'Ephese a déclaré qu'il étoit contraint à déposer Nestorius par les saints Canons, & par les Lettres émanées canoniquement de la Chaire de Saint Pierre.

V. Clarè hactenùs & apertè assertionem illam ex Luculentissimis Illustrissimorum Galliæ procerum testimoniis stabilivimus, alia recitare nequaquam foret operosum, at inutile & supervacaneum opus fuerit, strictim & obiter illa indicare præstat, quippe quæ & adversariis nostris notissima, & aliis quorum gratiâ scribimus detectu facillima. Quis enim nesciat, quàm apud Gallicanos Antistites immotum, quàm sæpiùs inculcatum Episcopos in Fidei controversiis, non modò antè sed & post *Sedis Apostolicæ* judicia pronuntiare posse ac judicum officium exercere; *Sedis Apostolicæ* judicia à corpore Pastorum recepta, universam obligare Ecclesiam, Episcopos *Sedis Apostolicæ* judicia cum causæ cognitione accipere, & alia id generis quam plurima. Hæc congregati, hæc dispersi ubique declarant Antistites Gallicani. Hæc sunt ipsorum placita à quibus nunquam divellentur. Porrò per hæc *Sedis Apostolicæ* judicia, quid aliud intelligunt nisi dogmatica, quæ solemniter proferre solent Romani Pontifices judicia? Torque ingenium, & aliud somnia, si vales, nullum lapidem non move, ut urgentis veritatis vim & pondus declines. Eos numquam fuisse reperies Galliarum Episcopos, qui dogmatica Sedis Apostolicæ judicia à dogmaticis Romanorum Pontificum decretis distinguere aliquando cogitaverint. Ceterùm si præfractè id contendatur, hæc duo jam concilianda subjicimus, Gallicanos nimirùm Episcopos, dogmatici *Sedis Apostolicæ* judicii nomine nihil aliud intelligere quam dogmaticum *Romani Pontificis* decretum, & apud ipsos aliud esse dogmaticum *Sedis Apostolicæ* judicium, aliud Dogmaticum *Romani Pontificis* decretum.

Vidimus huc usque Gallicanos Antistites dogmatica Sedis Apostolicæ & Romani Pontificis judicia promiscuè & indiscriminatim ubique usurpantes; vel pauca ex innumeris, quæ ipsorum laudavimus testimonia exploratissimum illud faciunt ac certissimum; unde concludamus decantatam Sedem Apostolicam inter & Romanum Pontificem de Fide solemniter pronuntiantem, distinctionem gratiam apud gravissimum Gallorum Antistitum ordinem nondum invenisse; at quorsùm immoramur in eo, quasi consecutionis ad instar colligendo, quod Gallicani Antistites plenis manibus ultrò nobis concedunt? Nonne præposteram illam distinctionem, ipsi nitidè & apertè rejiciunt? Ita profectò, nec privatim, sed publicè, nec semèl, sed sæpissimè; consule, si dubitas, tot Mandata ac Documenta Pastoralia, necnon alias elucubrationes, quas nobiliores illius ordinis scriptores, pro sanâ adversùs refractarios Constitutionis *Unigenitus* Doctrinâ illustrandâ ac defendendâ postremis hisce temporibus pu-

blicæ utilitati consecrarûnt. Ne tamen gratìs id asserere videamur, nonnulla sed luculenta illorum testimonia hactenus recitatis annectimus.

§. II.

Gallorum Antistitum testimonia, quibus expressè ab ipsis rejicitur præpostera inter Sedem Apostolicam & Romanum Pontificem de Fide solemniter pronuntiantem distinctio.

ILlustrissimus de Colongue Aptensis Episcopus in suo Mandato, *contenant plusieurs déclarations, &c.* dato die 20. Decembris an. 1717. hæc gallicè tradit, quæ Summâ Fide Latinis auribus damus: *aliquis fortassè asserere hìc audebit, quòd isti novatores magnum ponunt discrimen inter Sedem Apostolicam & Romanum Pontificem eam occupantem, quòd ubique se profitentur obsequiosos ac obedientes decisionibus illius augusti tribunalis quod infallibile esse agnoscunt, dùm in eo sedentem erroris accusant. Ne immores in hâc distinctione abstractâ & ab Hæreticis ad illudendam ipsorum damnationem inventâ quam Cyprianus nunquam agnovit, cùm pronuntiet, quamlibet Ecclesiam in suo esse Episcopo*, Ecclesia in Episcopo, *distinctione, inquam, à S. Petro Damiano proscriptâ, qui Romano Pontifici olim dicebat, tu ipse es Sedes Apostolica, tu es Ecclesia Romana, &c.* (1) quid apertius, quid luculentius pro re nostrâ? Novatoribus arrideat decantata distinctio, certè non arridet eruditissimo Galliæ Præsuli, qui eam publico in Mandato, toti Galliæ declarat abstractam, ab Hæreticis inventam, veteribus Ecclesiæ patribus penitùs ignotam, imò ab ipsis damnatam & proscriptam. Ità nè de illâ distinctione pronuntiasset Gallus Antistes, si ab amplissimo Gallorum Episcoporum ordine adoptatam eam vel leviter fuisset suspicatus? Numquid vel unus è Gallis Præsulibus in Episcopum Aptensem memoratam distinctionem tam severè perstringentem non insurrexisset, ac pessumdatam non vindicasset Ecclesiæ Gallicanæ Doctrinam? Quis tantam in Gallicanis Episcopis vel cogitare possit incuriam, in Gallicanis, inquam, Episcopis, quos non minus in retinendâ tenaces, quàm in defendendâ genuinâ Ecclesiæ Gallicanæ Doctrinâ ubique sollicitos ac pa-

(1) On osera peut-être avancer ici, que ces Novateurs mettent une grande différence entre le St. Siége & celui qui l'occupe, qu'ils protestent dans tous les ouvrages avoir un grand respect & une grande soumission pour les Décrets de cet Auguste Tribunal, qu'ils le reconnoissent infaillible, tandis qu'ils condamnent d'erreur celui qui y est assis. Sans entrer dans cette distinction abstraite & inventée par les Hérétiques pour éluder leur condamnation, distinction que St. Cyprien n'a jamais connue, puisqu'il prétend que chaque Eglise est dans son Evêque, *Ecclesia in Episcopo*: Distinction condamnée par S. Pierre Damien, qui disoit autrefois au Pape: vous êtes vous-même ce Siége Apostolique, vous êtes l'Eglise Romaine, &c.

ratos nemo non videat, quorum Summum zelum ac ſtudium indefeſſum ad revocandos fratres, à recto tramite, à Germanis Eccleſiæ Gallicanæ ſenſibus deviantes, omnes ubique mirantur, ubique commendant; verùm nedùm aliquis ex ipſis rejectam ac perſtrictam diſtinctionem Aptenſi Epiſcopo exprobraverit, ſuos undique vidit Gallia Epiſcopos cum Aptenſi in eâ rejiciendâ ac procul amandandâ conſpirantes.

Enimverò novatores Clementinæ Conſtitutioni *Unigenitus* refractarii eam diſtinctionem inter Sedem Apoſtolicam & Romanum Pontificem de Fide ſolemniter pronuntiantem ubique intrudentes conteſtabantur ſe quidem Clementino decreto obluctari, non verò Sedi Apoſtolicæ, cujus judicium à Pontificiâ aliquâ definitione & conſequenter à Clementinâ ſecernendum eſſe contendebant. Quid verò Gallicani Præſules his novatorum Cantilenis? 1°. Declarant ea certiſſimè eſſe dogmatica Sedis Apoſtolicæ judicia, quæ Romani Pontifices conſuetis *formalitatibus* veſtita pronuntiant; undè concludunt Clementinam Conſtitutionem verum eſſe dogmaticum Sedis Apoſtolicæ judicium (1). 2°. Procul amandandam eſſe docent toties affectatam inter Eccleſiam & Epiſcopum Novatorum diſtinctionem, quia *Eccleſia eſt in Epiſcopo*, quia *Eccleſiæ jura competunt Epiſcopo*, quia *loquitur Eccleſia, quando loquitur ipſius Epiſcopus* (2). 3°. Tradunt refractarios fruſtrà contendere ſe adhærere centro unitatis, Cathedræ Petri, Sedi Apoſtolicæ, cum à Romano Pontifice Sedem Apoſtolicam occupante ac ipſius oracula pronuntiante damnentur (3). 4°. Demùm illam Novatorum diſtinctionem, tam abſurdam, tam fictitiam arbitrantur Antiſtites Gallicani, ut exclamabundi in hæc erumpant: *quanta illuſio contendere illum Apoſtolicæ Sedis honori non detrahere, qui Romani Pontificis definitionibus reſiſtit* (4).

(1) *Emin. de Biſſy in Docum. Paſtor.* Au ſujet de la Conſtitution *Unigenitus*, *edito an.* 1722. pag. 40. *ipſius verba infra deſcribemus. Concinunt antiſtites* de Mailly, de Languet, de S. Albin, de la Farre, *aliique Clementinæ Conſtitutionis defenſores in ſuis paſſim mandatis & Docum Paſtor. hâc in re publicatis.*

(2) *Illuſt. de Languet Arch. Senon. in monit.* 3°. *ad ſuæ olim Diœceſ. refract. pag.* 25. Remarquez, Mes chers Frères, cette diſtinction, que l'on affecte mille fois de faire entre l'Evêque & l'Egliſe. St. Cyprien voyoit tout dans l'unité, s'il diſtinguoit l'un & l'autre, c'étoit pour exprimer plus vivement leur union, en diſant, que l'Evêque eſt dans l'Egliſe, & l'Egliſe eſt dans l'Evêque. Il ſuffit de nommer l'Epoux pour entendre auſſi-tôt l'Epouſe qui ne fait qu'un avec lui. Aujourd'hui on aime à ſeparer l'Epoux de l'Epouſe, comme s'ils exerçoient des actions & des pouvoirs oppoſés. On donne à l'Epouſe des droits inconnus juſqu'ici, & bien-tôt on fera taire l'Epoux devant elle. ..... *Cardinales Archiep. & Epiſcopi Gallia-rum in* 1°. *libello memoriali quem Philippo Aurelian. duci Regni moderatori obtulerunt menſe Martio an.* 1717. pag. 22. Ils ſçauroient (*les Novateurs qui diſtinguent l'Egliſe de ſon Chef*) que de même que l'Evêque eſt dans l'Egliſe, de même auſſi l'Egliſe eſt dans ſon Evêque. *Idem. Epiſc. Andegavenſis in ſuis*, avis inſtructifs, *edit. an.* 1717. pag. 17.

(3) *Illuſt. de Languet in Monito* 2°. pag. 43. Vous n'avez point le centre de l'unité le Siége Apoſtolique de St. Pierre, que dit en effet celui qui eſt aſſis dans ce Siége Apoſtolique, & qui en prononce les oracles? Vous n'ignorez ni ſes avertiſſemens, ni ſes menaces, ni ſes larmes, il gemit ſur vous & on inſulte à ſa douleur.

(4) *Illuſt. de Mailly Remenſis Arch. in Mandat Paſt.* Au ſujet de la conſtitution *Unigeni-*

Quid amplius, quæso, quid expressius, quid ultrò præstare potuissent Antistites Gallicani pro refutandâ imò ad radicem usque exterminandâ, illâ Novatorum inter Sedem Apostolicam & Romanum Pontificem de Fide solemniter pronuntiantem distinctione? Id tam certum tam evidens vèl ipsis refractariis, visum fuit, ut de proscriptâ à Gallicanis Episcopis distinctione quærelas sæpiùs ediderint, omnique conatu illius defensionem adversùs Galliæ Præsules sed *stulto labore* susceperint (1) hujus autem, ut obiter dicam, Gallorum Antistitum in laudatâ distinctione refutandâ tam laudabilis studii particeps esse voluit sacra Facultas Parisiensis, quæ publicis in comitiis Quesnelianos eam obtrudentes urgebat his verbis: ***Quos Duces ac Magistros sequuntur! Summum Pontificem cujus decretum sugillant, ac conviciis inverecundè dilacerant! Apostolicam Sedem ac universam Ecclesiam? At Sedem Apostolicam à Pontifice in eâ Sedente in præsenti negotio*** (qui nempè de Fide solemniter pronuntiaverat) ***non distinguimus; Ecclesiam verò universam cujus sunt partes, docere ac publicum ministerium exercere in Summo Pontifice & Episcopis residere agnoscimus*** (2).

(1) Observations sur le premier Avertissement de M. de Soissons, pag. 53. sur le second Avertissement pag. 7. Liste des erreurs sophismes, &c. pag. 30. &c.

Unum adhuc audire juvat, si enim ceteros omnes appellare animus esset, numquam profectò finissemus, clarissimum Galliæ Præsulem, cujus nomen nobis apprimè notum, tacere religioni ducimus, cùm ipse pro modestiâ & humilitate publicæ luci invidere voluerit ad Episcopum Antissiodorensem scribens, hæc habet: ***hic obedientia Romano Pontifici potest-ne distingui ab obedientiâ sanctæ Sedi, & quomodo unitum in eâdem Fide cum sanctâ Sede se credere potest, qui Clementinæ Constitutioni non adhæreat? S. Petrus Damianus ad Pontificem Romanum scribebat; tu es ipse sancta Sedes, tu es Ecclesia Romana, non recurro ad Petri fabricam, sed ad eos in quibus illius Ecclesia residet autoritas*** (3).

Jam satis constat, quibus aliquid sat est, prætensam illam inter Sedem Apostolicam & Romanum Pontificem de Fide pronuntiantem distinctionem à Gallicanis Episcopis rejici, & impugnari nec-

***tus, edito an.* 1718.** pag. 13. Quelle illusion de pretendre, que ce n'est pas donner atteinte à l'honneur du S. Siége que de s'opposer aux décisions du Souverain Pontife.

(2) *Hæc verba leguntur in relatione factâ à D. Tourneli Professore Sorb. nomine deputatorum sacra Facultatis Parisiensis in comitiis ejusdem Facultatis die 15. Decembris an. 1729. Quam relationem* laudavit & approbavit in omnibus *tota facultas lato decreto eadem die V. Acta & Decreta S. Facultatis Paris. super Const. Unigenitus. Paris. edita an. 1730. apud viduâ Mazières.*

(3) *Lettre d'un Evêque à M. l'Evêque d'Auxerre au sujet de son Mandement portant suspension de la Const. &c.* Peut-on distinguer ici l'obéissance au S. Siége, de l'obeissance au Pape, & comment en n'adherant pas à la Constitution (*Unigenitus*) pourroit-on se croire uni dans la même foi avec le S. Siége? S. Pierre Damien écrivoit à un Pape: C'est vous qui êtes le S. Siége, c'est vous qui êtes l'Eglise Romaine, ce n'est point à la fabrique de Pierre que j'ai crû devoir m'adresser, mais à ceux en qui reside l'autorité de cette Eglise.

non abstractam, illusoriam, ab Hæreticis inventam, veteribus Ecclesiæ patribus ignotam, & exosam identidem ab ipsis pronuntiari; tandem ut nil omittamus eorum, quæ ad Germanam hâc in re Gallorum Antistitum Doctrinam dignoscendam conducere valeant, eos Galliæ Præsules consulamus, qui efformandæ ac tradendæ dogmatici Sedis Apostolicæ judicii notitiæ datâ operâ allaborarûnt. Videamus num dogmatici Sedis Apostolicæ judicii nomine aliud intellexerint, quàm dogmaticum Romani Pontificis judicium consuetis *formalitatibus* ab eo prolatum.

§. III.

Testimonia eorum Galliæ Præsulum, qui efformandæ Dogmatici Sedis Apostolicæ judicii notitiæ datâ operâ incubuerunt, ex quibus constat Dogmaticum Sedis Apostolicæ judicium, nil aliud esse quam Dogmaticum Romani Pontificis judicium consuetis formalitatibus *ab eo prolatum.*

OBservabamus non ita pridem Quesnelianos summam quidem ergà Sedem Apostolicam venerationem ubique profiteri, verùm ad suam erga Clementinam Constitutionem *Unigenitus* contumaciam ac pervicacem inobedientiam utcumque excusandam præfractè contendere eam Clementis Constitutionem nullatenùs esse Sedis Apostolicæ judicium; undè ab Episcopis Gallicanis sinceram ac intimam illi Constitutioni obedientiam postulantibus demonstrandum erat illud Clementis XI. judicium revera esse Sedis Apostolicæ judicium, ut perpetuam hanc refractariorum cavillationem funditùs everterent, nullumque ipsis pervicaciæ palliandæ effugium relinquerent. Id ut Summè necessarium intellexêre Galliarum Antistites, ita præstare minimè neglexerunt. Illos igitur, Episcopos attendere juvat, qui efformandæ Germanæ dogmatici Sedis Apostolicæ judicii notitiæ ex professò vacarûnt, & inquirendum suscipimus, num hæc ab ipsis tradita dogmatici Sedis Apostolicæ judicii notio toties memoratæ distinctioni faveat, an potiùs ipsam penitùs evertat.

Ne autem repetitis Gallorum Antistitum testimoniis fatidiosa evadat nostra disputatio, unum afferemus Eminentissimi de Bissy Episcopi Meldensis testimonium, sed eò validius ad exprimendam ceterorum Galliæ Præsulum Doctrinam, quod ex eo desumatur Documento Pastorali, quod non solum Gallicani undique Præsules suis

calculis munierint, verùm & Rex ipse Christianissimus maximis encomiis celebraverit, ac in quo nil contineri, nisi maximè consonum placitis regni Gallicani solemni edicto declaraverit (1), ipse igitur Ementissimus edoceat nos quid omninò requiratur, ut aliquod Romani Pontificis decretum sit solemne Sedis Apostolicæ judicium.

(1) *Arrêt du Conseil d'Etat du Roi, qui supprime & condamne &c.* Hoc Regium edictum prodiit die 23. Maii an. 1723. quod integrū describimus ad calcem hujusce tomi. *V. N°. I.*

Ut evinceret adversùs Quesnelianos Constitutionem *Unigenitus*, habendam esse ut irreformabile Ecclesiæ judicium, duo probare aggreditur Eminentissimus Præsul, in suo Documento Pastorali, *au sujet de la Constitution Unigenitus* edito an. 1722. pag. 39. & 40. 1°. Nempè Constitutionem *Unigenitus* dogmaticum esse ac solemne Sedis Apostolicæ judicium. 2°. Hoc judicium à corpore Pastorum esse acceptatum; quod ad primum spectat, contendit eam Clementis XI. Constitutionem esse solemne Sedis Apostolicæ judicium, quia iis omnibus edita est *formalitatibus*, quæ in solemnibus Sedis Apostolicæ judiciis observari solent; quæ verò sint hujusmodi *formalitates* solemne Sedis Apostolicæ judicium exhibentes, exponit, & tradit his verbis: ***R. Pontifex Theologorum & Cardinalium congregationes ad Quesnelii librum examinandum instituit, pluries consultores ipse audivit: publicas, antequam suam pronuntiaret sententiam preces indixit, ac suum deinceps decretum modo consueto affigi & publicari jussit. Hæc***, pergit, ***ex simplici Bulla lectione constant, nec alia in solemnioribus sanctæ Sedis judiciis observari solent: insuper ex Bulla lectione patet eam ad omnes Christi Fideles esse directam, & quidem ut ipsorum Fidei regulam, cum Romanus Pontifex prohibeat, ne aliud ab eo, quod definivit sentiatur.*** Hinc transit Emin. Antistes ad secundæ propositionis probationem, quæ scilicet asserit dogmaticum Clementis XI. judicium, à corpore Pastorum fuisse acceptatum (2).

Ex hoc autem perspicuo Emin. Præsulis testimonio manifestum est, 1°. Illud esse dogmaticum Sedis Apostolicæ judicium quod à Romano Pontifice consuetis solemnitatibus profertur. 2°. Has omnes


(2) C'est une vérité constante qu'une Bulle adressée aux Fidéles pour leur servir de regle de croyance, précedée & accompagnée des formalités qui ont coutume de se trouver dans les Jugemens solemnel du S. Siége, & acceptée uniformément par le consentement exprès ou tacite du corps des Evêques, doit être regardé comme le Jugement irreformable de l'Eglise. Or la Bulle *Unigenitus* a été précédée & accompagnée de toutes les formalités ordinaires dans les Jugemens solemnels du S. Siége, ainsi que nous l'avons montré ci-dessus; le S. Pere a établi des Congrégations de Théologiens & Cardinaux pour l'examiner. Sa Sainteté a entendu plusieurs fois les Consulteurs, elle a ordonné des prieres publiques avant que de prononcer son Jugement, & elle l'a ensuite fait afficher selon la maniére ordinaire. Ces faits sont constants par la simple lecture de la Bulle, & le S. Siége n'a pas coutume d'observer d'autres formalités dans ses Jugemens les plus solemnels. On voit encore en lisant la Bulle qu'elle a été adressée à tous les Fidéles, & qu'elle a été faite pour regler leur croyance, puisque le S. Pere défend de penser autrement qu'il ne décide.

Enfin, il n'est pas moins certain que la Bulle *Unigenitus* a été reçue par le corps des Evêques, &c.

formalitates dogmaticum exprimentes Sedis Apoſtolicæ judicium, tunc inveniri, quando Rom. Pontifex prævio habito examine ac auditis Theologorum ac Cardinalium ſuffragiis aliquid de Fide credendum omnibus Fidelibus proponit ac præcipit, publicato, prout moris eſt, decreto. 3°. Has omnes *formalitates* à Romano Pontifice fuiſſe ſervatas nobis conſtare ex ipsâ decreti Pontificii lectione. Sedis igitur Apoſtolicæ judicio intelligant quidquid velint, novatores, inauditas comminiſcantur ac congerant, quantum libuerit, conditiones, ut aliquod R. Pontificis decretum, haberi debeat Sedis Apoſtolicæ judicium, per me licet; neque hìc agitur de tot ipſorum commentis refutandis, ſeu quod idem eſt, exponendis; de unâ Gallorum Antiſtitum mente ac Doctrinâ vindicandâ ſolliciti, Gallicanæ Doctrinæ teſtem omni exceptione majorem proferimus Eminentiſſimum de Biſſy Meldenſem Epiſcopum, qui, ubi datâ operâ aliquod dogmaticum R. Pontificis decretum, eſſe Sedis Apoſtolicæ judicium contra Novatorum cavillationes probare aggreditur, non aliam nobis exponit dogmatici Sedis Apoſtolicæ judicii notitiam, quam dogmatici R. Pontificis decreti conſuetis ſolemnitatibus prolati; nec aliundè probat Clementinum in causâ Queſnelianâ decretum, Sedis Apoſtolicæ eſſe judicium, quàm quòd à R. Pontifice ſolemniter fuerit pronuntiatum. Manet igitur certum & immotum unum Gallicanis Epiſcopis idemque eſſe Sedem Apoſtolicam definire, ac R. Pontifices ſolemniter, ut ſolent, de Fide pronuntiare.

Hoc prajacto operis noſtri fundamento, ſolidéque, & ut remur, inconcuſsè ſtabilito, neminem nobis ſuccenſurum ſperamus, quòd nonnunquam ea Gallorum Antiſtitum teſtimonia, quibus Sedi Apoſtolicæ inerrantia prædicatur, ad eandem prærogativam Romanis Pontificibus de Fide ſolemniter pronuntiantibus vindicandam adhibeamus, illudque cenſeamus dictum de Rom. Pontifice dogma aliquod ſolemniter definiente, quod Gallicani Præſules de Sede Apoſtolicâ proferunt; id, inquam jure meritò à nobis fieri ac judicari ille facilius intelliget, qui Gallicanis Epiſcopis perindè eſſe R. Pontificem ſolemniter de Fide pronuntiare ac Sedem Apoſtolicam definire, rem unam eandemque eſſe, ut & dogmaticum Sedis Apoſtolicæ ac Romani Pontificis judicium, ignorare jam non poſſit, nec inficiari valeat; multò plura ſuppetebant aſſertionis noſtræ momenta, ſed pauca ex multis ſufficere judicavimus ad noſtram hâc in re agendi rationem vindicandam ac ab omni vitio & crimine purgandam, ulteriora adhuc deſiderantibus ſuppeditare paratiſſimi.

LIBER



LIBER PRIMUS.

ILLUSTRISSIMI GALLIARUM ANTISTITES, supremam & infallibilem Romani Pontificis in definiendis Fidei controversiis autoritatem, Sacris Codicibus, nec non ex antiquiori Ecclesiæ traditione stabiliunt, & adversus vana Pontificiæ inerrantiæ osorum interpretamenta vindicant.

CAPUT PRIMUM.

In hoc Evangelico Textu : Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ Inferi non prævalebunt adversus eam, *concessa Petro, Petrique Successoribus, seu Apostolicæ Sedi immota & inconcussa in Fide prædicandâ stabilitas, juxta Gallicanos Antistites.*



CHRISTUS Dominus divinum ipse cæterorum fundamentum, totiusque firmitatis fons & largitor, æternum nullisque unquam inferorum insultibus ac turbinibus concutiendum in terris structurus, Ecclesiæ ædificium, tanto dignum ædificio in terris pariter voluit fundamentum. Haud ignorabat sapientissimus Artifex, qui ipse docuerat à fundamenti soliditate, domus cujus libet firmitatem pen-

dere (1) : unde æterno ædificio immotum ac æternum oportere fundamentum intellexit. Quem igitur a sæculis æternis tantæ molli sustentandæ destinaverat, Petrum, quasi petram immobilem, cui tota Ecclesia incumberet, in tempore constituit Ecclesiæ fundamentum : ***Tu es***, inquit, ***Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.***

Quemadmodum autem Apostolis e vitâ functis, æternum hoc Ecclesiæ ædificium stare in ipsorum Successoribus, ex divinâ dispositione, debuerat; sic pariter illius fundamentum, mortuo Petro, manere in suis Successoribus oportebat, quibus tanquam immobili Fidei Petræ jugiter ipsa sustentaretur Ecclesia. Hæc Christi verborum vis & series, nec non constans Ecclesiæ traditio (2) uti suadent ac certissima faciunt, sic præstantissimis undique Theologis manifestissimum, pro vindicandâ Sedi Apostolicæ, seu Petri Successoribus, perenni & immotâ in prædicandâ Fide constantiâ, suppeditant argumentum.

Ad declinandum hujusce pondus argumenti, plura excogitarúnt nuperi quidam Scriptores, qui, unâ verborum pompâ, quam animo & factis infringere ac extenuare non cessant, Romani Pontificis autoritatem colere videantur; undique verò pressi modò alia, modò altera comminiscuntur; modò significant non Petrum, sed ipsius Fidem constitutam ibi a Christo Ecclesiæ fundamentum, idque uno ore a Summis Pontificibus, ac Patribus omnibus traditum venditant. (3) Modò fatentur ipsum Petrum ibi designari Ecclesiæ fundamentum (4); quo verò pacto Petrus fuerit constitutus Ecclesiæ fundamentum, non unâ ratione explicant, sed mirâ varietate, ne dicam confusione, ita ut hìc potius quam apud Launonium valeat hæc ipsius animadversio : ***Multi quod non intelligunt, loquuntur*** (5); alii nempe volunt Petrum dici Ecclesiæ fundamentum, quia cum cæteris Apostolis ad Ecclesiam fundandam adlaboravit, ideoque hanc fundamenti prærogativam, cæteris Apostolis esse communem, nilque eo loci peculiare Petro fuisse concessum (6); alii contendunt Petrum dici petram & Ecclesiæ fundamentum, quia Christus ipsi commisit officium prædicandæ & asserendæ Fidei, quod munus sit præcipuum & fundamentale, quidve Petro tanquam capiti peculiare (7) in eo tamen hi conveniunt quod hæc ***petra & fun-***

(1) *Math.* 1. *v.* 24. & *seqq.*
(2) *V. Præfat.* pag. 7. & 8.
(3) *Deffens. decl. Cl. Gall.* 1682. Part. II. Lib. 15. cap. 1. *Edit. Luxemburg.* 1730.
(4) *Ibidem* Cap. 2. & *Turnel. De Eccles.* Tom. II. quæst. 5. art. 1. pag. 312. Edit. Paris. 1727.
(5) *Part. III. Epist. ad Gerbasium.*
(6) *Dupin de antiquâ Eccl. discipl.* Differ. V. cap. 2. *Annot. Doctor Lovaniensis de locis Theologicis.* Tom. 3. pag. 297. Edit. Insul. Fland. 1737.
(7) *Turnel. in loco citato.* Cap. 2.

damenti prærogativa, quâ Petrus a Christo decoratur, immotam & inconcussam in asserendâ Fide stabilitatem non importet; unde eam etiam ad Petri Successores extendi minime diffitentur; alii contra agnoscunt Petrum a Christo constitutum Ecclesiæ fundamentum ac Fidei petram immotam & indeficientem, sed negant Romanos Pontifices tantæ firmitatis hæredes esse; Turnelius eò usque progressus est ut Romanum Pontificem firmum esse ac immobile Ecclesiæ fundamentum dicere non abnuerit, sed hâc argutissimâ subdistinctione: ***Est Ecclesia***, inquit, ***firmum ac immobile fundamentum, subdistinguo quando Ecclesia totius ædificio indivulsè adhæret, concedo; si forte ab ipso propter Hæresim sejungatur, nego.*** (1)

Hæc ad laudatum Mathæi locum Romanæ inerrantiæ osores, quibus si autoritas & ratio, certe verba non desunt in suis responsionibus. Verùm gravioribus occupantur Galliarum Antistites, resque apertissimas præposteris ac exoletis interpretamentis obscurare, vel inani verborum circuitu inest, vere nesciunt; unde, nuperis istorum spretis commentis, antiquæ, universali & avitæ traditioni insistunt, ac cum cæteris Pontificiæ inerrantiæ cultoribus propugnant, 1°. Nón modò Petrum, sed & Petri Sedem, seu Petri Successores a Christo fuisse constitutos Ecclesiæ & Fidei Catholicæ petram ac fundamentum, 2°. Petri Successores ac Sedem, æque ac Petrum immobilem esse Fidei petram, & inconcussum ac indeficiens Ecclesiæ fundamentum, a cujus soliditate pendeat firmitas Ecclesiæ Universæ. En genuina, en expressa, en perpetua Gallorum Antistitum Doctrina, quæ una eademque sit ac cæterorum Pontificiæ inerrantiæ defensorum, quæve contra omnes Adversariorum cavillationes, Sedi Apostolicæ, seu Petri Successoribus, immotam & inconcussam vindicet, in asserendâ Fide, stabilitatem; probandum jam nobis incumbit quod de Gallicanis Episcopis asserimus, sit itaque.

§. I.

Illustrissimi Galliarum Episcopi docent non modò Petrum, sed & Petri Sedem, seu Petri Successores, a Christo fuisse constitutos Ecclesiæ & Fidei Catholicæ petram & fundamentum.

Ex innumeris quæ hìc occurrunt Gallorum Antistitum testimoniis, pauca sed luculentissima subjiciemus. Illust. de Belsunce,

(1) *Turnel. in loco citato* pag. 211. & 212.

Epiſcopus Maſſilienſis : *ſempiterna*, inquit, *erit veritas quod Eccleſia Jeſu Chriſti fundata eſt ſupra Petrum & ipſius Succeſſores* (1) Eminentiſſimus de Mailli, Archiepiſcopus Remenſis, Pontificem Maximum allocutus : *Tibi*, inquit, *innituntur Eccleſiæ columnæ .... Chriſtus Sedem Apoſtolicam inſtituit fixum & immobile Fidei fundamentum.* (2)

Epiſcopus Lectorenſis : *Sancta Sedes*, inquit, *petra illa immutabilis quæ conterit quidquid mendacio aut vanitate lucet* (3) Illuſt. de Caſtellane Epiſcopus Forojulienſis in Mand. Paſtor. 20. Jul. 1715. (4) *viſibili ſane*, inquit, *Eccleſiæ capiti dictum fuit* : Tu es Petrus & ſuper hanc petram &c. Præſules Gallicani Pariſiis congregati an. 1682. ad Archiepiſcopos & Epiſcopos in toto Galliarum Regno conſtitutos ſcribentes : *Fidenter*, aiunt, *cum B. Cypriano, pronuntiamus eum qui Cathedram Petri ſuper quam fundata eſt Eccleſia, deſerit, in Eccleſiâ non eſſe* ; & paulò poſt de Innocentio XI. Romano Pontifice loquentes : *Quem*, pergunt, *non modò Eccleſiæ petram ſed etiam tanquam Fidelium, atque in omnibus exemplum bonorum operum debemus jure meritò venerari.* Illuſtriſſ. Jacobus Benig. Boſſuetius Meldenſis Epiſcopus in eâ quam ad Cœtum modò laudatum habuit præloquii ad inſtar, oratione : *Nec quiſquam dicat vel cogitet*, inquit, pag. 13. *Hoc Petri miniſterium* (quod ſit Fidei petra & Eccleſiæ fundamentum) *cum ipſo fuiſſe finitum ; æterni ædificii æternum eſſe fundamentum oportet* ; unde pergit : *In ſuis Succeſſoribus Petrus vivet, & in Cathedrâ ſuâ ſemper loquetur, Petrus manet in ſuis Succeſſoribus fundamentum Fidelium, hæc Chriſtus ipſe dixit*, (5) hæc Boſſuetius cujus ore locuta fuiſſe tota Gallia videtur, neſcit enim nullus quanto cum applauſu laudata Meldenſis Oratio ab eo Gallorum Antiſtitum Cœtu fuerit accepta, quot elogiis a Gallis undique Scriptoribus exornata ; quàm ſæpius hæc ſpeciatim verba quæ ex

(1) *Docum. Paſtor ſuper libertat. Eccleſ. Gallic. edito menſe Novemb.* 1713. pag. 26. Il ſera éternellement vrai de dire que l'Egliſe de Jeſus-Chriſt eſt fondée ſur Pierre & ſes Succeſſeurs.

(2) *Mandat. Paſtor.* 10. Septemb. an. 1718. pag. 14. C'eſt ſur vous que les Colomnes de l'Egliſe s'apuyent ..... Jeſus-Chriſt a établi le St. Siége pour être le ſoutien fixe & immobile de la Foi.

(3) *Mand. Paſtor.* 29. Janua. 1723. Le St. Siége, cette pierre immuable qui briſe tout ce qui luit par le menſonge & par la vanité.

(4) *Mandat. Paſtor.* 20. Jul. 1715. C'eſt à ſon Chef viſible (*de l'Egliſe*) qu'il a été dit, *vous êtes Pierre & ſur cette pierre &c.* V. *Recueil des Mandemens des Evêques au ſujet de la Conſtit. Unig.* Imprimé à Paris en 1714 pag. 529.

(5) Qu'on ne diſe point, qu'on ne penſe point que ce Miniſtere de St. Pierre (*d'etre le fondement de l'Egliſe*) finiſſe avec lui : Ce qui doit ſervir de ſoutien à une Egliſe éternelle ne peut jamais avoir de fin. Pierre vivra dans ſes Succeſſeurs. Pierre parlera toûjours dans ſa Chaire. Pierre demeure dans ſes Succeſſeurs le fondement des Fidéles, c'eſt Jeſus-Chriſt qui l'a dit.

illius Oratione decerpsimus, a Gallicanis Episcopis citantur, exscribantur, ac unanimi consensu approbentur in suis passim Mandatis ac Documentis Pastoralibus; ita porro præ cæteris Emin. de Bissi, Emin. de Tencin, Emin. de Mailli, Illustrissimi de Fenelon, de Languet, de St. Albin, de la Fare, de Belsunce, Nobiles æque ac eruditi Galliarum Archiepiscopi vel Episcopi.

Illustrissimus de Fenelon, Archiepisc. Cameracensis in Docum. Pastor. pro acceptatione Const. *Unigenitus* an. 1714. *scimus*, inquit *Cathedram Petri illam esse petram supra quam fundata est Ecclesia* (1): Eadem sunt verba Episcopi Tullensis in Mand. Pastor. an. 1714. (2) Episcopi Bajonensis in suo Mandat. Pastor. pro acceptatione Bullæ *Unigenitus* edito an. 1729. *pag.* 64. qui nitidè tradit *Catholicos omnes ita sentire debere.*

Illustriss. de Rabutin de Bussi, Episcopus Lucionensis in Mand. Pastor. *pour la publication des nouvelles Conferences &c.* edito an. 1730. *Cathedra Petri*, ait, *pag.* 15. *quæ est basis & fundamentum Ecclesiæ* (3) Erudito Præsuli concinunt Emin. de Bissi in Mand. Pastor. 1. Septemb. 1718. *pag.* 10. Episcopi Nivernensis in Mand. Pastor. 7. Septemb. 1718. *pag.* 4. Grassensis in Mandat. Pastor. 21. Octob. 1718. *pag.* 3. Viviensis Mand. Pastor. *Au sujet de la Constitution Unigenitus*, eodem anno publicato *pag.* 4. aliique plures quos referre prolixius esset. Unus adhuc audiatur Episcopus Tutellensis Carolus d'Argentré, Doctor & Socius Sorbonicus: *Manifestum est*, inquit, *hæc Verba*: Tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: *à Christo dicta fuisse de personâ Petri, quem præcipuum Ecclesiæ suæ Fundamentum & unitatis Ecclesiæ quasi centrum esse volebat, ut perpetuâ Ecclesiæ traditione constat, sexcentisque veterum testimoniis qui disertis verbis asseruerunt Petrum, ipsiusque Successores in Romana Sede, hanc esse Petram firmissimam super quam Christus Ecclesiam suam fundavit.*

Præterea qui Galliarum Episcopi ex illis Christi verbis: *Tu es Petrus, & super hanc petram, &c.* probant immaculatam & illibatam in Sede Apostolicâ, semper servari ac celebrari Fidem ac Doctrinam Catholicam, illi profectò pro certo ac in dubio tenent eam Christi sententiam, non solum Petrum sed & Petri Se-

(1) Nous sçavons que l'Eglise est fondée sur cette pierre (*la Chaire de St. Pierre*) V. *Recueil des Mandemens des Eveques.* pag. 329.

(2) V. *Collectionem Mandatorum.* pag. 418.

(3) La Chaire de Saint Pierre qui est la base & le fondement de l'Eglise.

dem respicere, ideoque hanc, sicuti Petrum à Christo fuisse constitutam Ecclesiæ ac Fidei Petram & fundamentum; hi porrò sunt Jacob. Benig. Bossuetius Episc. Meld. Emin. de Bissi, Illustr. de Fenelon Camerar. Archi-præsul, de la Farre, Laudunensis Episcopus, aliique passim de quibus in §. sequenti.

Nunquam finissemus, si paria cæterorum Galliæ Præsulum testimonia omnia prosequi vellemus; at relata, ni fallor, ultrò sufficiunt ad dignoscendam illorum sententiam. Ex his autem constat oculatis omnibus illa Christi verba: ***Tu es Petrus, & super hanc petram, &c.*** Petrum æquè ac ipsius Successores seu Petri Cathedram spectare. Constat illud Petri privilegium, quòd nempè fuerit Ecclesiæ & Fidei Petra ac fundamentum, ad Petri Successores & Sedem transiisse. Constat uno verbo R. Pontifices, Sedem Apostolicam, perinde ac Petrum, Fidei esse Petram & Ecclesiæ basim & fundamentum.

Et certè an non Episcopi Gallicani, perindè ac omnes ferè Catholici, ex illis Christi verbis, sicuti Petro supra cæteros Apostolos Principatum, ita Primatum supra cæteros Episcopos R. Pontifici vindicant? (1) Quid, ergo si in eo Christi sermone privilegium Petro concessum personale illi fuit, nec ad ipsius Successores transmittendum, ut non nulli pessimè contendere nunc primi visi sunt? Jam dandæ manus erunt Hæreticis, & à Catholicis extorquendus præcipuus, quo hactenus pro asserendo R. Pontificis primatu usi sunt, scripturæ locus. Perversum adeò consilium de Gallicanis Episcopis suspicari injuriosum, credere nulla patitur ratio, nulla modestia vel æquitas; contrarium nobis suadet ac persuadet manifestissima, atque apertissima, ut vidimus, illorum Doctrina.

Verùm, inquient adversarii, esto, Petrus à Christo fuerit constitutus Fidei Petra, Ecclesiæ fundamentum; esto, id in Petro acceperint Romani Pontifices, Petri Successores, vel Sedes Apostolica, hinc-ne sequitur Petrum à Christo constitutum fuisse Fidei Petram immobilem ac Ecclesiæ fundamentum indeficiens, atque hoc privilegio Sedem Apostolicam, vel in eâ sedentes Romanos Pontifices, gaudere? Profectò nullatenus; primum itaque contendant Gallicani Præsules, secundum certissimè aversantur, ac Romanorum Pontificum vel Sedis Apostolicæ in Fide prædi-

(1) *Illust. d'Argentré Episc. Tutel. in locis Theolog.* Cap. VII. pag. 71. Itaque, *inquit*, Theologi Catholici contra Hæreticos meritò utuntur his Christi verbis: *Tu es Petrus & super hanc petram &c.* ad demonstrandum Petri inter Apostolos Primatum.

candâ vel retinendâ firmitatem, à solâ, inconcussâ & indeficienti Ecclesiæ soliditate pendere arbitrantur. En alterum adversariorum effugium, cui ut occurratur, non secus ac priori cavillationi sufficiat expressa, ac pro re nostrâ decretoria referre Gallorum Antistitum testimonia, quæ genuinos illorum sensus nobis exhibere potiùs valeant, quàm infaustæ nonnullorum divinationes ac putida commenta itaque.

§ II.

Non modò Petrus, juxta Gallicanos Episcopos, verum & Petri successores, seu Apostolica Sedes immobilis fidei petra, & indeficiens Ecclesiæ fundamentum, à cujus soliditate pendeat firmitas Ecclesiæ universa.

SI cum adversariis tractandum nobis non esset, qui apertissima quæque ac luce meridianâ clariora, ubi suis obstant præjudiciis, dubia & obscura sibi reddere, aliisque suadere, omni arte nituntur, quique hanc animi veritati renitentis labem in gravissimos quandòque viros effundere non erubescentes, exploratum id illis præfractè negant, quod sibi non aliunde sit dubium, quàm quod apud alios apertissimum illud esse nollent; id unum quod in §. procedenti demonstravimus; asserere sufficeret, Petri nimirum successores, seu Sedem Apostolicam, juxta Gallicanos Antistites, verum esse Ecclesiæ fundamentum ac basim, tantæ moli sustentandæ à Christo constitutam, ut indè meritò colligeremus hoc fundamentum ab illis inconcussum & indeficiens certissimè credi. Quare? Quia una hactenus fuit Mortalium omnium intima persuasio, quod tandiù stabit ædificii fundamentum, quamdiù ipsum stabit ædificium, ideòque æterni, inconcussi & indeficientis ædificii æternum pariter, inconcussum & indeficiens esse debere fundamentum; hactenus censuit omne Genus Humanum fundamenti stabilitatem non à domûs firmitate, sed ædificii stabilitatem à soliditate fundamenti pendere. Quis enim unquam fando audivit, nisi fortè inter somnia delirantis, quod stante domo fundamentum cadat? Quòd ab ædificii firmitate pendeat fundamenti stabilitas? Cum igitur Antistites Gallicani, cum Catholicis omnibus, profiteantur spirituale Ecclesiæ ædificium, contra errores omnes immotum ac inconcussum semper futurum, agnos-

cant, pariter oportet immotum ſemper & in Fide inconcuſſum illius Eccleſiæ ædificii fundamentum à Chriſto conſtitutum, Petri nempe Succeſſores, ſeu Sedem Apoſtolicam, agnoſcant pariter oportet, a Sedis Apoſtolicæ ſoliditate pendere Eccleſiæ univerſæ firmitatem; id inquam, agnoſcere cenſendi ſunt Galliarum Epiſcopi, & ab ipſis agnoſci eò confidentiùs pronuntiamus, quod nemini dubium eſſe poſſit, viris tam cordatis ac graviſſimis haud ea probari, quæ communis hominum ſenſus prorsùs aufugiat, qualia ſunt hæc hactenus inaudita portenta ut ſtante ædificio cadat illius fundamentum, ut fundamenti ſoliditas à domûs firmitate pendeat. Hæc cum ingenitas rerum ideas, ac univerſales notiones invertant, ab iis unicè proferri, nunc tandem debuerant, qui præjudicatis opinationibus impenſiùs ſervientes digni habentur, qui abſurdiſſima quæque experiantur.

Verum eſt, jam monuimus, cum adverſariis agimus, qui evidentioria quæ ex certis ſibique probatis principiis eruuntur conſectaria, inficiari tamen non verentur, ſuaque placita Gallicanis Epiſcopis affingere non erubeſcunt: undè luculentis & apertis Gallorum Antiſtitum teſtimoniis confirmare non abnuimus, Sedem Apoſtolicam, vel in eâ ſedentes Romanos Pontifices non ſolùm eſſe fidei petram ac Eccleſiæ fundamentum, ſed quod neceſſariò ſequitur, eſſe immobilem Fidei petram & Eccleſiæ fundamentum inconcuſſum atque indeficiens, à cujus ſoliditate pendeat Eccleſiæ univerſæ firmitas, & in retinendâ fide conſtantia.

Et 1°. Quidem occurrunt ex Gallorum Antiſtitum teſtimonia, quibus Sedes Apoſtolica ſeu R. Pontifex expreſſè dicitur, vel ſignificatur: ***Petra fides immobilis ac Eccleſiæ fundamentum immotum & inconcuſſum.***

Eminent. de Mailli Arch. Remenſis: ***Chriſtus***, inquit ut ſupra vidimus, ***ſedem Apoſtolicam inſtituit fixum & immobile fidei fundamentum.***

Epiſcopus Lectorenſis: ***Sancta Sedes***, ait jam in loco à nobis citato, ***Petra illa immutabilis quæ conterit quidquid mendacio aut vanitate lucet.***

Illuſt. de Belſunce Epiſcopus Maſſilienſis non ſolùm aſſerit: ***Eccleſiam***, ut ſupra vidimus, ***ſuper Petri Succeſſores æquè ac ſuper Petrum fuiſſe fundatam*** ſed etiam tradit ***ſuper illum fuiſſe fundatam tamquam ſupra fundamentum inconcuſſum.*** (1)

(1) *Docum. Paſtor. ſup. libert. Eccleſ. Gallic.* pag. 37. Pierre ſur qui l'Egliſe a été batie comme ſur un fondement inébranlable.

Epiſcopus

Episcopus Andegavensis in suo Sermone Synodali habito, die 28. Maii 1721. pag. 8. *contra firmam petram conspirare, ac illius inconcussam soliditatem in dubium revocare*, eos pronunciat, *qui Clementis XI. autoritati refragari non verebantur.* En aurea Doctissimi Præsulis verba: *sub ejus* (Clementis XI.) *conspectu omnia variarum Sectarum molimina concurrerunt ad commissas ipsi Claves si fieri posset, è manibus eripiendas, despiciendamque illius autoritatem. Ipso cernente, lapides Sanctuarii ab ædificii corpore disjuncti contra firmam petram conspirant, & inconcussam ejus soliditatem concutere nittuntur.* (1)

Illust. de Colongue, Aptensis Episcopus, in suo Mandato, *contenant plusieurs Déclarations au sujet, &c.* Edito mense Decemb. 1717. Hæc gallicè refert, suaque facit Nicolai J. R. P. ad Michaëlem Imperatorem scribentis verba: *les efforts des Hommes ne sauroient renverser un fondement que Dieu a posé: ce que sa main a établi est inébranlable; les prérogatives qu'il a accordées à ce Siege & à cette Eglise sont éternelles, c'est lui qui les a fondées & enracinées dans ce champ mistique: on peut les attaquer, mais on ne sauroit les abbatre.*

Illust. Bossuetius, in Sermone laudato, ea Christi verba: *tu es Petrus & super hanc petram, &c.* non modò Petrum sed & ipsius Successores spectare tradit, ut constat ex ipsius verbis supra relatis; porro illâ Christi sententiâ Petrum & consequenter illius Successores constitutum fuisse Fidei Petram immotam ac indeficiens Ecclesiæ fundamentum manifestè docet quando inquit: *Christum illis verbis suamet ipsius firmitatis caracterem in Petro impressisse* [2] nunquid non immota, non indeficiens Christi firmitas? atque hinc est quod Illustr. de Languet, Senonensis Archi-Præsul, relatis Bossuetii verbis tradit ipsum in Cathedrâ Petri tantam agnoscere firmitatem, *ut nullam in Fide variationem illa patiatur.* En præsulis eruditi verba in monito 2°. ad suæ olim Diœceseos refractarios pag. 45. *ita loquebatur egregius ille vir* (Bossuetius) *& divinam Cathedræ Petri perpetuitatem ipsis Christi verbis stabilitam, demonstrando vobis annunciabat qui contra illam rebellatis, vos non alteratâ ejus solidate,*

(1) A ses yeux (*de Clement XI.*) les artifices des differentes Sectes se réunissent pour lui arracher, s'il étoit possible, les Clefs qui lui sont confiées; & pour braver son autorité à ses yeux, des pierres du Sanctuaire détachées du corps de l'Edifice conspirent contre la pierre ferme, & lui disputent son inébranlabre solidité.

(2) *Page* 12. C'est à Pierre que Jesus-Christ parle, & en lui parlant il agit en lui, & y imprime le caractere de sa fermeté, *& moi, dit-il, je te dis à toi, tu es Pierre, & sur cette pierre j'établirai mon Eglise.*

nec ejus duratione uspiam interruptâ excessuros ; docebat vobis abeuntibus æternam illam Ecclesiam nullas in Fide suâ vices esse experturam (1) Bossuetium hic passim exscribit & sequitur Illustr. de S. Albin Camerac. Antistes, vide ipsius Documentum Pastor. *portant condamnation de trois Ecrits*, *&c.* editum 1739. pag. 23. item ipsius Mand. Pastor. editum 1732. pag. 36. &c.

1°. Idem Bossuetius in suo primo Docum. Pastor. *sur les promesses de l'Eglise*, num. 32. pag. 97. & seqq. postremæ edit. docet 1°. *Petri ministerium*, quod nempè sit ex Christi oraculo fundamentum Ecclesiæ, *ordinarium ac perpetuum esse in Ecclesiâ.* 2°. Hujus ministerii perpetuitatem Græcos ipsos olim agnovisse, *quando asserebant Petrum per Leonem, per Agathonem fuisse loquutum.* 3°. Græcos ab hujusce veritatis confessione posteriori ævo recessisse, *quia noluerunt agnoscere* sicuti anteà, Petrum per Romanos Pontifices loquutum fuisse. Tamdiu igitur juxta Bossuetium agnoscetur hæc veritas, quòd scilicet Petrus suis in Successoribus manet Ecclesiæ fundamentum, quamdiu dicetur Petrum per suos Successores loqui ; porrò juxta ipsum Bossuetium, Petrus in æternum manet in suis Successoribus Ecclesiæ fundamentum, ergo in æternum per suos Successores loquetur ; jam verò si Petri Successor quidquam aliquando contra Fidem decerneret, tunc loqueretur ne Petrus per suum Successorem ? Profectò nequaquam, ut ergo juxta Bossuetium agnoscatur, Petrum in suis Successoribus perpetuum manere Ecclesiæ fundamentum, confiteri oportet Petrum per suos Successores semper loqui, & consequenter Petrum in suis Successoribus immotum & in Fide deficiens manere fundamentum. Hanc autem Bossuetii Doctrinam, *omnium retrò sæculorum fuisse Doctrinam* tradit expressis verbis Illustr. de S. Albin, Camerac. Archiepisc. in Docum. Pastor. *portant condamnation de trois Ecrits*, *&c.* Edito 1732. pag. 26.

Emin. de Bissy, in Docum. Pastor. contra appellationem à Bullâ Unigenitus, &c. edito 1728. pag. 14. prædicat cum Patribus octavi Concilii œcumenici *in Sede Apostolicâ integram inveniri Christianæ Religionis soliditatem.* (2) Porrò integra non esset Apostolicæ Sedis soliditas, si concuti, si errori succumbere posset,

(1) Ainsi parloit ce grand homme (Bossuet) & en établissant la perpetuité divine de la Chaire de Saint Pierre, fondée sur la parole de Jesus Christ même, il vous annonçoit que vous, qui vous révoltez contre elle, vous passerez sans altérer la solidité & sans interrompre sa durée ; que vous passerez, sans que cette Eglise éternelle souffre la moindre variation dans la Foi.

(2) C'est dans le Saint Siége que se trouve l'entiere solidité de la Réligion Chrétienne.

ut benè intellexit eruditus Cardinalis, qui eo Concilii œcumenici teſtimonio utitur ad probandam inconcuſſam & perpetuam Sedis Apoſtolicæ, in Fide prædicandâ, ſoliditatem.

Tandem Clerus Gallicanus, in relatione actorum ſpectantium damnationem Libri cui titulus: ***Maximes des Saints***, ipſius juſſu editâ ac generalibus 1700. in comitiis ab ipſo approbatâ declarat: ***Unum in Eccleſiâ adeſſe primum Epiſcopum, unum adeſſe Petrum toti gregi paſcendo à Chriſto prapoſitum, unam adeſſe Matrem Eccleſiam cateris edocendis inſtitutam; Jeſu Chriſti verò Eccleſia ſuper hanc unitatem***, (id eſt, ***Unum*** primum Epiſcopum Petri Succeſſorem, ***unamque*** Romanam Eccleſiam) ***fundata tanquam ſupra petram immotam, eſt inconcuſſa.*** (1) Hæc Cleri Gallicani verba refert, Archiepiſcopus Senonenſis, in monito 2°. adversùs ſuæ olim Diœceſeos refractarios pag. 48. ad manifeſtandam inconcuſſam Sedis Apoſtolicæ in aſſerendâ Fide conſtantiam.

II. Qui Galliarum Epiſcopi docent vi ac virtute illius Chriſti oraculi: ***Tu es Petrus & ſuper hanc Petram, &c.*** Fidem in Sede Apoſtolicâ illibatam ſemper ac immaculatam manere, illi profectò credunt atque agnoſcunt, non modò Petrum, ſed & ipſius Succeſſores, ſeu Sedem Apoſtolicam eâ Chriſti ſententiâ conſtitutos fuiſſe immobilem Fidei petram ac inconcuſſum Eccleſiæ fundamentum; res eſt, vel mediocriter attendentibus evidentiſſima, id porrò ubique tradunt Galliarum Epiſcopi, non nullos ſubjicimus.

Emin. de Biſſy in Docum. Paſtor. ***Au ſujet de la Conſtitution Unigenitus***, Edito 1722. Hæc ſcribit pag. 11. ***Et quiâ non poteſt Domini noſtri Jeſu Chriſti prætermitti ſententia dicentis*** : Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; ***Hæc quæ dicta ſunt, rerum probantur effectibus, quia in Sede Apoſtolicâ immaculata eſt ſemper Catholica reſervata Religio & ſancta celebrata Doctrina.*** Hæc olim plaudente & approbante octavo Concilio Oecumenico S. Hormiſdas Pontifex Maximus, quæ probat ſuaque facit Eminent. Antiſtes, cui concinunt Illuſtriſſimi de Fenelon Arch. Camerac. in Docum. Paſtor. 1714. (2) De la Fare, Laudunenſis Antiſtes, in Mand. Paſtor. ***Sur la ſoumiſſion duë à la Conſtitution Unigenitus***, Edito 1730. pag. 11. aliique paſſim;

(1) *Mémoir. du Clergé Tom. I. pag. 415.* Il y a un premier Evêque, il y a un Pierre propoſé par Jeſus-Chriſt même à conduire tout le Troupeau; il y a une Mere Egliſe qui eſt établie pour enſeigner les autres, & l'Egliſe de Jeſus-Chriſt fondée ſur cette unité comme ſur un roc immobile, eſt inébranlable.

(2) *Legitur hoc documentum Paſtor. in laudatâ collectione mandatorum.* pag. 566.

neque hìc omittere debemus illud Hormiſdæ teſtimonium à memoratis Præſulibus afferri ad manifeſtandam, ac probandam Sedis Apoſtolicæ ac Eccleſiæ Romæ fundatæ inerrantiam; de hoc tamen Gallorum Antiſtitum ſcopo fuſiùs infra differemus.

Illuſt. de Belſunce, Epiſcopus Maſſilienſis, ex eâ Chriſti ſententiâ: *Tu es Petrus & ſuper hanc petram, &c.* colligit: *Perinde eſſe viſibili Eccleſiæ capiti obtemperare ac veritati ſervire*; id porrò colligi non poteſt, niſi pro certo habeatur, Chriſtum eò loci, tum Petro, tum Petri ſucceſſoribus invictam tribuiſſe & inconcuſſam in prædicandâ Fide conſtantiam; ita gallicè ſe habet Mâſſilienſis in Docum. Paſtor. *Contre deux Ecrits de Geneve*, edito 1736. pag. 19. *Notre ſoumiſſion au Chef viſible de l'Egliſe eſt une preuve de la vérité que nous ſuivons, puiſque l'Egliſe a été bâtie ſur Pierre.*

III. Tam certum eſt apud Gallicanos Antiſtites, eo Matthæi loco, Petri ſucceſſores, ſeu Apoſtolicam Petri Sedem immotam in aſſerendâ Fide Petram ac inconcuſſum Eccleſiæ fundamentum fuiſſe conſtitutam; ut hæc Chriſti verba, quæ immediatè ſequuntur: *Et portæ Inferi non prævalebunt adversùs eam*, ad Sedem Apoſtolicam etiam referant.

Illuſtr. d'Argentré, Epiſcopus Tutellenſis, in Mandato quod inſcribitur: *Sententia Caroli Tutellenſis*, edito menſe Decembri anno 1725. tradit: *Portas inferi juxta Chriſti diſpoſitionem nunquam fore prævalituras, nec adversùs Eccleſiam Catholicam, nec adversùs primariam ſui ſupremi Vicarii Sedem.* (1) Et rurſus in ſuo de locis Theologicis Tractatu cap. 7. *Itaque*, inquit, *prædicta Chriſti verba & portæ Inferi non prævalebunt adverſus eam ad Romanam Sedem pertinent. Licet ad univerſam quoque Eccleſiam potiori jure referenda ſint.*

Illuſtr. De Rabutin, Lucionenſis Epiſcopus, in Mandato ſupra citato, non ſolùm aſſerit Petri Cathedram eſſe petram, baſim, ſupra quam Eccleſia à Chriſto fuit fundata, ut vidimus, ſed etiam expreſsè tradit pag. 9. *Portas inferi nunquam prævalituras eſſe adversùs illam Petram ſupra quam Chriſtus fundavit Eccleſiam.* (2)

Illuſtr. De Colongue. Epiſcopus Aptenſis, in Mandato jam lau-

(1) Jeſus-Chriſt a reuni ces deux choſes que la puiſſance de l'enfer ne prévaudra jamais ni contre l'Egliſe Catholique, ni contre le Siége principal de ſon Souverain Vicaire.

(2) Jeſus-Chriſt doit bâtir l'Egliſe ſur une pierre que toutes les forces de l'enfer ne pourront ébranler.

dato : ***Si Ecclesia Roma fundata***, inquit, ***errori succubuit, ut refractarii Constitutioni Unigenitus contendunt, quid ergo evaserunt quas Christus ipsi fecit promissiones, se nimirum ipsi semper adfuturum, ac portas inferi adversùs eam non prævalituras.*** (1)

Quid cæteros prosequar, cùm neminem lateat Clerum Gallicanum in Conventu Parisiensi 1657. solemniter declarasse : ***Portas inferi prævalere non posse adversùs petram Apostolicam, Petri*** nempe ***Cathedram*** gallicè ita se habent congregati Præsules : ***La soumission,*** inquiunt ad universos Regni Episcopos scribentes (2) ***de tous les Fidéles à l'autorité de la Chaire de saint Pierre, en sorte que le consentement universel de l'Eglise s'est réüni avec la pierre Apostolique qui ne peut être surmontée par les portes de l'Enfer***; tam splendidum pro Sede Apostolicâ hoc Cleri Gallicani testimonium passim exscribunt hodierni Galliarum Antistites, suoque calculo firmant; præ cæteris, Illustr. de Languet, Archi. Senonensis, in primâ ad Episcopum Bononiensem Epistolâ n. XXVII. pag. 40. & alibi.

Ex his omnibus perspectam cuilibet ac exploratam esse puto, Gallorum Antistitum Doctrinam, quâ manifestissimum fit Petri Successores, sed Petri Sedem Fidei esse petram & quidem immobilem & inconcussam, ac Ecclesiæ fundamentum æternum & indeficiens; ex his pariter Gallorum Antistitum documentis intelligimus, ac planè discimus unde tantam Petri Successor seu Apostolica Sedes in asserendâ Fide habeat firmitatem, non videlicet ab universa Ecclesiâ, ut comminiscuntur adversarii, sed ab ipsiusmet Christi divinâ & invariabili promissione dicentis : ***Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.***

Ad cumulum addo, Ecclesiæ universæ firmitatem juxta ipsos etiam Galliarum Episcopos à Sedis Apostolicæ soliditate pendere; ***in te Alexandro VII. R. P.*** scribebant Antistites Gallicani, ***velut in Petri successore nostrûm omnium fortitudo firmata est*** (3) ***suam***, inquit, Massiliensis Episcopus, ***fortitudinem Episcopatus trahit à suâ unione cum capite unitatis fonte.*** (4) Quære à Gallicanis Episcopis quid suam Fidem reddat invictam ? ***Nostra***, inquiunt, ***erga R. Pontificem obedientia illud est quod invictam reddit nostram Fidem ac infallibilem nostram autoritatem ;*** ita loquebantur Gal-

(1) Si l'Eglise Romaine est tombée dans la corruption comme ils disent, (les Quenelistes) que sont devenuës les promesses que Jesus-Christ lui a faite, d'être toûjours avec elle, & de lui servir lui-même de bras tutelaire contre les forces de l'enfer.

(2) *Mémoires du Clergé.* Tom. I. pag. 311.

(3) *Mémoire du Clergé.* Tom. I. pag. 311.

(4) *Docum. Pastor. super libert. Eccles. Gallic.* pag. 97. L'Episcopat est un, sa force est dans son unité, & son unité est dans son chef, comme dans sa source.

liarum Episcopi Parisiis 1663. Congregati ad universos Regni Episcopos scribentes (1) ita sentire se profitentur Archiep. Senon. sæpius laudatus (2) Episcopus Massiliensis pariter memoratus (3) aliique passim Antecessorum suorum ut pietati sic sensibus inhærentes Galliarum Pastores. Quære à Gallicanis Episcopis unde vitam, sanitatem & vigorem accipiant Ecclesiæ universæ? *Sedes Apostolica* respondent *sacro sanctum illud caput est, à quo reliquæ Ecclesiæ, quæ membra ejus sunt tantummodò, vitam, sanitatem & vigorem accipiunt.* (4)

Quære ab Illustrissimis Galliarum Præsulibus, quâ authoritate firmetur in dissidiis circa Fidem pax Ecclesiæ? *judicio Sedis Apostolicæ firmari pacem Ecclesiarum*, pronuntiant Parisiis congregati 1705. ad Clementem XI. scribentes. (5) Quære à doctissimis Antistitibus in Fidei controversiis, ubi statuant finem quærendi, stationem credendi, expunctionem inveniendi, *in Sede Apostolicâ*, respondent, non verò in explorato Ecclesiæ universalis consensu; dices illicò in Sede Apostolicâ statui finem quærendi à Gallicanis Episcopis, quia Sedes Apostolica adhæret cæteris Ecclesiis, ex cujus adhæsione invictam suam habet in Fide soliditatem, verum graviter hallucinaris quisquis hæc cogitas, ideò statuunt in Sede Apostolicâ finem quærendi, quia in eâ Dominus docet, *& quia*, inquiunt, *in eo monte*, (Sede Apostolicâ quam sacro monti comparant) *Dominus docet, statuimus ibi secundùm verba Tertulliani, finem quærendi, stationem credendi, expunctionem inveniendi*: en verba Conventûs Gallicani an. 1660. ad Alexandrum VII. scribentis (6) quæ sua faciunt Senonensis Archi-Præsul & Masiliensis Episcopus, in locis supra citatis.

Quære à Gallicanis Episcopis quo pacto Ecclesia Christi nunquam defectura sit? *Fundata*, inquiunt, *super unum Petrum, super unam Ecclesiam Romanam cæterarum Matrem, tanquam supra petram immobilem, est inconcussa* (7) *innixa super Cathedram Petri nunquam deficiet*, (8) Audi Senon. Archi-Præsulem: *quare*, inquit,

(1) La soumission que nous avons accoutumé de rendre au Saint Pere, est comme l'héritage des Evêques de France, & est le point solide de notre gloire, qui rend notre Foi invincible & notre autorité infaillible.

(2) *Monito 2. ad suæ olim diæceseos refractarios.* Pag. 48.

(3) *Docum. Pastor. super libert. Eccles. Gallic.* pag. 124.

(4) *Avis de l'Assemblée générale du Clergé de France, à Messeigneurs les Archevêques & Evêques du Royaume*, le 20. Janvier 1626. Article 137.

(5) *Mémoires du Clergé.* Tom. I. pag. 399.

(6) *Procès verbal de cette Assemblée.* pag. 391.

(7) *Cler. Gallic.* in relatione actorum &c. *Gallica verba supra retulimus. Item Ep. Masil.* in loco supra citato.

(8) *Illust. de Castelane Ep. Torojul. in Mand. Past.* 20. Jun. 1715. L'Eglise apuyée sur la Chaire de S. Pierre ne manquera jamais. *V. Recueil des Mandemens.* Pag. 481.

portæ inferi adversùs Ecclesiam prævalere nunquam poterunt? quia, respondet, *Ecclesia innixa est supra Petram, cum quâ Christus adest, & quidem semper sicut cum eo corpore cujus petrus est caput visibile*, (1) Gallicanis Episcopis adeò suasum est totius Episcopatûs firmitatem à R. Pontificis Episcoporum capitis soliditate pendere, ut passim affirmare non dubitent, *totum, nutante Romano Pontifice, vacillare seu periclitari Episcopatum*: id Bossuetius, Meldensis Episcopus, id Emin. de Bissy, id Episcopus Nivernensis, id Episcopus Grassensis, id Episcopus Massiliensis, aliique complures ab Avito, ab Antecessoribus edocti declarant atque testantur: *quando Summus Pontifex*, pronuntiabat Bossuetius in Sermone sæpiùs laudato pag. 42. *omnium Episcoporum caput lacessitur, tum non unus tantùm Episcopus, sed totus ex integro Episcopatus periclitatur* (2) Emin. de Bissy: *obsequium*, inquit, *se præstare Deo sibi videntur, qui Summum Pontificem impetunt, Ecclesiam Romanam deprimunt, quique oblivíscuntur impugnato omnium Episcoporum capite non unum dumtaxat Episcopum, sed integrum Episcopatum in discrimen adduci.* (3) Eadem sunt verba Episcopi Nivernensis in Mand. Pastor. *au sujet de la Constitution Unigenitus* 7. Septembris 1718. pag. 5. Episcopi Grassensis in Mand. Pastor. 21. Octobris 1718. pag. 3. Episcopi Massiliensis in Docum. Pastor. super libert. Eccl. Gallica. pag. 65.

Si hæc nondum sufficiant, audi doctissimum Tutellensium Antistitem genuinos Cleri Gallicani hâc de re sensus nitide exponentem *non inficiamur*, inquit, *hæc insignia Christi verba* & portæ inferi non prævalebunt adversùs eam. *De Romanâ sede sic intelligenda esse ut ad universam quoque Ecclesiam cujus mentionem Christus proxime fecerat, referenda sint. Nam si rerum eventus demonstravit à septemdecim jam sæculis portas inferi contra Romanam sedem numquam prævaluisse multò minus illa prævaluerunt contra Ecclesiam universalem cujus præstantissima pars est Romana Petri sedes sed* UNIVERSÆ ECCLESIÆ FIRMITAS IMMOBILIS *in antiquâ Apostolorum Fide retinenda*, (*si attendatur ad Ordinem à Christo institutum quem ex eventu etiam interpreteris velim*) MAXIME PEN-

(1) *In Epist. ad Epis. Benoniensem num. XVIII.* L'Enfer ne prévaudra point contre l'Eglise, & par conséquent jamais, & pourquoi? Parce que l'Eglise est appuiée sur la pierre, & que Jesus-Christ est avec cette pierre & avec le corps, dont Pierre est le Chef visible.

(2) Quand le Pape, Chef de tous les Evêques est attaqué, ce n'est pas un seul Evêque; mais l'Episcopat tout entier qui est en péril.

(3) *Mand. Pastor.* 1. Septemb. an. 1718. pag. 11. Il semble qu'on se faile un mérite d'attaquer le Souverain Pontife, de déprimer l'Eglise Romaine, & d'oublier que quand le Chef de tous les Evêques est attaqué, ce n'est pas un seul Evêque; mais l'Episcopat entier qui est en péril.

DET AB IMMOBILI SEDIS ROMANÆ FIRMITATE, *quia scilicet illam cum hâc individuo nexu conjunctam esse, Christus voluit. Etenim rebus, ut jam sunt, ita positis, Apostolicarum traditionum de veris à Deo revelatis, integritas sincera & illibata vix servari posset alias Ecclesias Hæreticis toties invadentibus, nisi una Sedes Apostolica inter tot orbis tumultus, tamque varios errores fixa intemerataque consisteret. Itaquè, prædicta Christi verba & portæ Inferi non prævalebunt adversus eam, ad Romanam Sedem pertinent* (1).

Et verò, si Sedis Apostolicæ in Fide prædicandâ stabilitas ab Ecclesiæ firmitate penderet, Apostolicæ Sedis esset inquirere, num sua Doctrina cum cœterarum Ecclesiarum traditione conveniret, ut de suæ Doctrinæ veritate certa esset, Sedi Apostolicæ incumberet necessitas cum cœteris Ecclesiis in Doctrinâ Fidei conveniendi; non jam Sedis Apostolicæ traditio cœteris Ecclesiis, sed è contra cœterarum Ecclesiarum traditio Sedi Apostolicæ Fidei regula esse deberet; attamen constans ac perpetua Gallorum Antistitum, ut infra demonstrabitur, est Doctrina, quòd omnibus Ecclesiis necessitas semper ac jugiter incumbat cum Sede Apostolicâ in Doctrinâ Fidei conveniendi, quòd ad omnes Ecclesias spectet inquirere, num sua Doctrinâ Sedis Apostolicæ traditioni sit consentanea nec ne, ut de illius veritate ac Catholicitate sint certæ, quòd tandem Sedis Apostolicæ traditio cœteris Ecclesiis semper fuerit, & esse debeat Fidei regula.

An non igitur illius hominis mentem præjudicatis opinionibus occupatam prorsùs esse putandum est, qui ex iis omnibus Gallorum Antistitum luculentis ac perspicuis testimoniis non intelligat, vel ipsam cœterarum omnium Ecclesiarum firmitatem ab immotâ Sedis Apostolicæ Fidei soliditate pendere? Id nonne dictat vel communis sensus, quò certè destitutos nemo cogitet Gallorum Episcopos? Nunquid non domus à fundamento, rivuli à fonte, arbor à radice, à capite membra dependent? Immotum igitur maneat ac demonstratum quod Petri Successores, seu Cathedra Petri, Juxta Germanam Gallorum Antistitum Doctrinam perinde ac Petrus in laudato Mathæi textu fuerit à Christo constituta Fidei petra & quidem immobilis, & inconcussa nec non Ecclesiæ fundamentum indeficiens à cujus immotâ soliditate pendeat firmitas Ecclesiæ universæ.

CAPUT

(1) *Illust. d'Argentré de locis theolog.* Cap. 7. pag. 71.



CAPUT II.

In his Christi verbis: *Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat Fides tua, & tu aliquando conversus confirma Fratres tuos:* Petro Petrique Successoribus concessum Fidei indeficientis privilegium juxta Gallicanos Antistites.

Quemadmodum divinam hanc Fidei indeficientis promissionem factam à Christo, & Petro Apostolorum Principi collatam, non modò Petrum, sed & ipsius Successores spectare veneranda censuit antiquitas, ut vel allatis superius (1) veterum testimoniis est manifestum, ac præ cœteris luculenter ostendit eruditissimus P. Orsi (2), ita suum in eâ veluti tutissimum præsidium collocant Pontificiæ infallibilitatis assertores; veterumque doctrinæ insistentes duo tradunt. Primum, in eâ Christi sententiâ Fidei indeficientis donum non Petro dumtaxat, sed & ipsius Successoribus fuisse promissum. 2°. Petro ejusque Successoribus, non modò præceptum, sed & datum, seu concessum à Christo, ut in dissidiis circà Fidem aut mores emergentibus suos in sanâ Doctrinâ Fratres confirment & corroborent; duo hæc ex opposito negant, qui non Romanis Pontificibus, aut Sedi Apostolicæ, seu Ecclesiæ Romæ fundatæ, sed uni & soli universæ Ecclesiæ tam singulare Fidei indeficientis privilegium adjudicant, atque ut hujus suæ opinationis momenta rationesque proferant.

(1) *In præfat.* pag. 6 & 7.

(2) *De irreformabili Rom. Pontificis judicio.* Li. 4. cha. 4. art. uni. co.

I. Contendunt hoc Fidei indeficientis privilegium Petro fuisse personale, nec ad ipsius Successores transmittendum: *fatemur ultrò*, inquit, Turnelius in suo de Ecclesiâ tractat. Quæst. 5. art. 3°. pag. 204. *citato loco Christum orasse pro Fide personali Petri nunquam defutura..... Fides personalis Petri, pro quâ rogavit Christus, deficere non potuit, verum est: Fides Successorum Petri quasi indefectibilitas fidei S. Petri ad illos foret transmittenda, negatur.* Natalis Alexander in Histor. Eccles. Sæc. XV. & XVI. dissert. 4â. Num. 14. dicit: *id Fidei indeficientis, Privilegium esse personale S. Petri,*

quod ad Successores non manaverit. Dupin. de antiq. Eccles. discipl. Dissert. 5. Cap. 2. *itaque*, inquit, *intelligi debet ista promissio Christi rogavi pro te, &c. de solâ personâ Petri.* Launoïus Part. 5. Epist. ad Jacobum Bevilaquam hanc pariter, quæ soli Petri personæ laudatam Christi promissionem adjudicat, interpretationem amplectitur. *Hæc Christi promissio :* ut Fides tua non deficiat, inquit, Author deffens. declar. Cleri. Gallica. Part. 2. Lib. 15. Cap. 4. *Solum Petrum spectat non autem Successores ;* eadem est responsio Anonimi Doctoris Lovaniensis in suis dissertationibus de locis Theologicis. Tom. 3. pag. 293. Præiverant Gerson & Almainus qui concessum illis verbis Petro Fidei indeficientis privilegium adipsius Successores manasse præfractè negant ; ille in tractat. de Eccles. potest. Concl. 4. hic verò in opusculo de authoritate Ecclesiæ Cap. X.

II. Pariter tradunt Petro, ac etiam Rom. Pontificibus injunctum quidem à Christo fuisse officium Fratres suos in Fide confirmandi, at R. iisdem Pontificibus datum ac concessum non esse ut illi officio de futuri non sint, seu ut semper Fratres suos in Fide confirment, ita defensor. Declar. Cler. Gallic. lococitato pag. 3. aliique passim inerrantiæ Pontificiæ Osores.

Quid verò Gallicani Præsules ! præpostera respuentes interpretamenta cum cœteris inerrantiæ Pontificiæ vindicibus affirmant & nitidè docent eam Christi orationem, in quâ Fidei indeficientis privilegium contineri fatentur etiam adversarii nostri, non modò Petrum, sed & Romanos Pontifices ipsius Successores spectare ; declarant pariter eo loci R. Pontificibus non præceptum dumtaxat à Christo, sed & datum & concessum ut Fratres suos in Fide confirrment.

§. I.

Promissionem Petro factam illis Christi verbis : *Ego rogavi pro te ut non deficiat Fides tua* ad Romanos Pontifices Petri Successores extendendam esse tradunt Antistites Gallicani.

I. PErillustrem statim attendere placet avitæ traditionis vindicem Archiepiscopum Senonensem D. Languet, qui sæpius affirmat Christi promissiones quarum una, & quidem præcipua illa est : *ut non deficiat Fides tua*, non modò Petro, sed & Petri Suc-

cessoribus esse facta *Jesu Christi promissiones*, inquit, ***Petro & ipsius Successoribus facta***, (1) & in octavo Docum. Pastor. ad Clerum & Populum Suessionensem Parisiis edito an. 1731. Romanum Pontificem præter suum primatum, sive suæ Cathedræ autoritatem Christi promissionum, quas nimirum Petro fecerat hæredem esse significat his verbis : *hinc stat Rom. Pontifex possidens suæ Cathedræ autoritatem nec non promissiones quas Christus ipsi* in persona videlicet Petri fecit, *hinc*, &c. (2) Paulò antè ex Christi promissionibus, tum Petro, tum Apostolorum Collegio Factis colligit Petri Successori juxtà ac corpori Episcoporum obtemperandum esse ; ex quò manifestissimè percipitur promissiones Petro factas ad mentem eruditi Præsulis perindè ad Petri Successores manasse, ac ad Episcoporum corpus manaverunt, quæ Apostolorum Collegio factæ fuerunt. En Gallica ipsius verba. pag. 137. *Le petit nombre a-t-il des promesses pour lui ? en a-t-il de plus expresses que ces promesses faites à Pierre, ce fondement principal & éternel, que ces promesses faites au Corps des Apôtres, a qui il a été dit : enseignez, je suis avec vous. C'est le Successeur de Pierre, c'est la totalité morale des Successeurs des Apôtres, qui dit a ce fidéle, gardez-vous de ce petit nombre, qui abuse de la tradition, & qui la cite faussement.*

Præterea expendens Senonensis in suis ad Emin. de Noailles, Documentum adnotationibus num. 56. hæc Badajocensis Episcopi verba, *pro Fide solius Petri Christus oravit, ut illa in Petri Successoribus non deficiat*, docet *ab eo speciali Christi auxilio*, ut non deficiat Fides tua, *non excludi Concilia Oecumenica, sed cæteras dumtaxat peculiares Ecclesias quarum nulla nec primatum Ecclesiæ Petri, nec speciale illud auxilium, quod Christus illi promisit, sibi vindicare potest. Absit autem*, pergit Illustrissimus Archipræsul, *ut Galli Theologi hunc primatum atque hoc speciale Christi auxilium Petri Ecclesiæ unquam inficientur.* (3) Vide quomodo Senonensis speciale illud auxilium, *ne deficiat fides tua*, tum Petro, tum

(1) *In monito 3. ad sua olim diœces. refractarios. n. v.* Les promesses de Jesus-Christ faites a Pierre & a ses Successeurs.

(2) *Page* 142. D'un côté le Pape avec l'autorité de sa Chaire & les promesses que Jesus-Christ lui a fait .... D'un autre côte, &c.

(3) M. l'Evêque de Badajox a dit, que *c'est pour la Foi de Pierre seul que Jesus-Christ pria, pour qu'elle ne manquât point dans ses Successeurs.* Ce mot *seul*, qui n'est pas sans fondement dans le texte de l'Ecriture, n'exclut pas les Conciles Généraux, il exclut seulement chacune des autres Eglises particulieres, dont aucune n'est héritiere de la prééminence de l'Eglise de Pierre, & de l'assistance spéciale que Jesus-Christ lui a promise : A Dieu ne plaise, que les Théologiens François disconviennent jamais de cette prééminence & de cette assistance particuliere.

peculiari Petri Ecclesiæ, quæ supra cæteras primatum obtinet, promissum, nitidè declarat. Vides id certum adeò Senonensi apparere, ut à Gallorum Theologorum nemine inficiari posse contendat; tandem in primâ ad Episcopum Bononiensem Epistola, pag. 13. fabricatum à Quesnelianis Ecclesiæ systema in eo vitiosum esse tradit quòd docerent divino *Christi oraculo non officere quod Rom. Pontifex Fratres suos in Fide, non modò non confirmaret, sed etiam errorem solemniter definire posset.* (1) Persuasum igitur erat erudito Præsuli Fidei indeficientis privilegium Christi oraculo Petro concessum, Romanos Pontifices etiam spectare; & paulò post Quesnelianis ostendentibus errorem, *in Petri Sede*, à sex annis prævaluisse respondet *id asserere de Sède Petri errorem esse Christi promissionibus adversum*, quod Bossuetii & Nicolii sententiâ evincit (2) Consule etiam eruditum Antistitem in monito 2°. ad suæ olim Diœceseos refractarios Num. xxvi. & seqq. plura ibi à clarissimo Authore referri videas Gallorum Scriptorum testimonia præfatum Christi Oraculum: *Ego rogavi pro te, &c.* ad Apostolicam Petri Sedem extendentia quibus ipse utitur ad immotam, & perpetuam illius Sedis in Fide constantiam asserendam.

II. Fulgentissimo Ecclesiæ Gallicanæ lumini nobile alterum Galliæ decus & ornamentum concinit, Illustris. de Fenelon, Cameracensis Archi-Præsul. *Hìc Christus*, inquit, in Epist. ad P. Quesnelium *de Libello cui titulus : denunciatio Bullæ vineam Domini, &c.* Num. xxvi. *Petri Fidem in suâ Sede nunquam defecturam promittit, atque ex eâ Petrum suos Fratres in æternum confirmaturum, illic Pontificiæ Bullæ denuntiator ex adverso propugnat Pelagii iniquitatem à Christi Vicariis ætate nostrâ suscitari, atque Petrum non modò Fratres suos in purâ Fide non confirmare, sed etiam eos in impietatem contra gratiam trahere.* (3) Percipis quam

(1) Second défaut essentiel, & au sistéme du Ministre Claude & au vôtre (*de son adversaire Quenelliste*; c'est que dans l'un & dans l'autre cas, on croit qu'on peut se passer du Ministere principal & fondamental confié à Pierre & à ses Successeurs; que sans préjudice de la parole de Jesus-Christ, le Pape, bien loin de confirmer ses Freres dans la Foi, peut autoriser solemnellement l'erreur, y entraîner son Eglise & le reste des Evêques.

(2) *Pag.* 15. Cette même erreur domine & prévaut depuis six ans dans le Siége de Pierre, & l'Eglise Apostolique dépositaire des plus pures traditions, les a changées pour adopter les erreurs Pelagiennes. Voilà ce qu'il faut dire, & vous le dites en effet pour soûtenir votre parti. Or, c'est-là précisement ce que les hommes respectables que vous avez pris pour arbitres, (*Bossuet & Nicole*) ont combattu comme des erreurs inalliables avec les promesses de Jesus-Christ.

(3) D'un côté, Jesus-Christ promet que la Foi de Pierre ne manquera jamais dans son Siége, & que Pierre y confirmera ses Freres jusqu'à la consommation des siécles. D'un autre côté, le dénonciateur soûtient au contraire, que c'est des Vicaires de Jesus-Christ qu'est venu en nos jours l'iniquité de Pelage; que Pierre, loin de confirmer ses Freres dans la pure Foi, les entraîne dans l'impieté contre la grace. *Et num.* 27. Les Evêques, Freres de Pierre, doivent être confirmés par lui dans la Foi.

nitidè Fidei indeficientis promissionem ad Petri Sedem Cameracensis extendat, percipis eam Christi promissionem : *Ego rogavi*, &c. & *tu confirma* juxta Cameracensem ab eò impeti qui Petri Successores Christi Vicarios, tanquam errorem docentes ac suos Fratres in errorem rapientes, traducere non veretur. Profectò, si ea Christi promissio Petri Successores non respiceret, num ab iis iret impetita qui Petri Successores erroris insimularent ? iterum audiamus doctissimum Archi-Præsulem, *dum S. Cyprianus*, inquit, *testatur Hæreticorum perfidiam ad hanc Romæ fundatam Ecclesiam accessum habere non posse ; dum S. Bernardus addit ipsius Fidem deficere non posse : denuntiator ex adverso dicere non veretur hoc unitatis centrum veneno Pelagiano infectum esse, atque Petri Successorem Pelagianam edidisse Constitutionem.* (1) Vide Cameracensem qui ex SS. Patribus evincit illud : *ne deficiat Fides tua*, privilegium ad Ecclesiam Romæ fundatam extendi ; quique ostendit huic SS. Patrum Doctrinæ illum adversari, qui hoc unitatis centrum, qui Petri Successorem erroris insimulat ; & verò num extinctum cum Petro putasset singulare illud *ne deficiat Fides tua*, promissum, qui Petrum ipsum in Fide nunquam deficientem Romanis in Pontificibus venerabatur ac in ipsis semper viventem, & loquentem affirmabat ? Ille sanè est Illustr. de Fenelon, qui Innocentio XII. scribebat : *Petrum cujus Fides nunquam deficit in Romanis Pontificibus, semper vivere & loqui.* Hæc Cameracensis Epistola inserta legitur in relatione jussu Cleri Gallicani editâ, & ab ipso in generalibus an. 1700. Comitiis approbatâ (2) tam certum Scriptori clarissimo ac persuasum erat illud Fidei indeficientis privilegium Petri etiam Successoribus concessum fuisse, ut inde probet adversùs Jansenianos Rom. Pontificum Decreta in Jansenium prolata erroris postulari non posse, *sine dubio*, inquit, *Petri Fides in ejus Cathedrâ ad docendas Nationes, defecisset, si verum esset, quod ea Pelagianam propositionem, tanquam Fidei Regulam tot solemnibus decretis omnibus Ecclesiis propinasset*, (3) auditis Galliarum aliquot doctissimis Præsulibus.

(2) *Mémoires du Clergé*. Tom. I, p. 389.

(1) *Ibid* n. 22. Pendant que S. Cyprien nous assure que la perfidie des Hérétiques ne peut avoir aucun accès dans cette Eglise (de Rome) ; pendant que S. Bernard ajoûte que sa Foi ne peut point souffrir de défaillance : le dénonciateur ne craint pas de dire au contraire, que le poison mortel du Pelagianisme regne dans ce centre de l'unité, & que le Successeur de Pierre .... a fait une Constitution Pelagienne.

(3) *Docum. Pastor. pro Clementina quæ incipit* Vineam Domini *Constit. publicanda edito die 1. Martii an.* 1706. *num.* 24. Sans doute la Foi de Pierre auroit défailli dans sa Chaire pour enseigner les Nations, s'il étoit vrai qu'elle eût donné par tant de Décrets solemnels à toutes les Eglises de sa Communion, une Proposition Pelagiene pour regle de leur Foi.

III. Conſpicuum adeamus Gallorum Antiſtitum cœtum ad Innocentium X. an. 1653. ità ſcribentem: *perſpectum habebat vetuſtæ ætatis Eccleſia ex Chriſti Domini noſtri pollicitatione Petro factâ* hæc pollicitatio, (ut ex alterâ eorumdem ad Innocentium paulò antò conſcripta Epiſtolâ conſtat,) illa eſt quâ *Fidem Petri numquam defecturam promiſit* (1) *judicia pro ſanciendâ Regulâ Fidei à ſummis Pontificibus lata ſuper Epiſcoporum conſultatione* (*ſive ſuam in actis relationis ſententiam ponant, ſive omittant prout illis collibuerit*) *divinâ æquè ac ſummâ per univerſam Eccleſiam autoritate niti, cui Chriſtiani omnes ex officio ipſius quoque mentis obſequium præſtare teneantur.* (2) Cum igitur ex pollicitatione Petro factâ, quam verſamus, ſummam hanc atque divinam in ejus Succeſſores autoritatem derivent, ſeu potiùs jam inde ab Eccleſiæ origine derivatam & propagatam agnoſcant, & ſolemniter profiteantur memorati Præſules, profectò nulli dubitant, quin ea Chriſti pollicitatio Petrum, Petrique Succeſſores æqualiter ſpectet. Horum porrò Antiſtitum placitis ac Doctrinæ firmiter adhærere ſe declarant comitia Cleri Gallicani an. 1705. & an. 1713. ut alibi videbimus, aliique paſſim hodierni Galliarum Epiſcopi eadem à nobis modo relata verba paſſim exſcribentes, ſuaque facientes. (3)

(1) Mémoires du Clergé Tom. I. p. 222.

(2) *Ibid.* Pag. 238.

IV. Illuſtriſſ. d'Argentré, Tutellenſis Epiſcopus, illud Chriſti Oraculum: *Ego rogavi, &c.* adducit ad confirmandum Petri ſupra cæteros Apoſtolos primatum, (4) atque ex eo colligit *contingere non poſſe, ut Romanus Pontifex in Fide pertinaciter erret,* (5) ex quo manifeſtum eſt, divinam illam Chriſti ſententiam ad mentem doctiſſimi Præſulis, Petrum ipſiuſque Succeſſores reſpicere.

(3) *Illuſtr. de S. Albin, Camerac. Archie. in Docum. Paſtor.* an. 1739. p. 27. *Illuſt. Languet, Archiep. Senon. monito* 2°. *ad ſuæ olim Diœceſeos refractarios.* Pag. 47. *Epiſcop. Laudun. in Mand. Paſtor.* Menſe April. 1731. pag. 11. &c.

Hæc ſunt Illuſtr. Abelly Ruthenenſis, dum viveret Epiſcopi verba: *Ex hâc Evangelicâ Chriſti ſententiâ*: Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat Fides tua, &c. *Eccleſia concluſit ad S. Petrum, & ad Petri Succeſſores ſpectare omnes Fidei Catholicæ veritates certò definire, ac omnes errores Fidei adverſos reprobare ac proſcribere* (6). Hæc Ruthenenſis, ubi exponendæ veteris Eccleſiæ

(4) *De Locis Theolog.* Cap. 7. Præcipua Evangelii loca, in quibus Beato Petro inter Apoſtolos Primatum contuliſſe, Chriſtus videtur. Tria ſunt, primus .... ſecundus .... tertius legitur Lucæ 22. v. 32. *Ego autem rogavi pro te Petre, ut non deficiat Fides tua* &c.

(5) *Ibid.* Pag. 77. At inquies, nonne ex his Chriſti verbis, *ego rogavi* &c. Manifeſtum eſt Petri, & Succeſſorum ejus Fidem nunquam defecturam eſſe, reſpondeo, varias eſſe horum dictorum interpretationes, mihi quidem vero admodum ſimile videtur ex promiſſis Chriſti contingere non poſſe, ut Romanus Pontifex in Fide pertinaciter erret.

(6) *In tractatu de obedientia R. Pontificis debitâ Edit. cadom.* an. 1686. pag. 25. De ces paroles de Jeſus-Chriſt rapportées dans l'Evangile (*j'ai prié pour toi Pierre, afin que ta Foi ne vienne à défaillir ; & toi étant converti confirme tes Freres*); l'Egliſe a tiré cette conſequence, que c'étoit à Pierre & à ſes

circa R. Pontificis autoritatem Doctrinæ totus incumbit. Ex quibus percipis ipsammet Ecclesiam teste Illustrissimo Scriptore divinam, hanc Christi promissionem ad D. Petri Successores jam olim extendisse.

In eâ pariter Christi oratione : *ego rogavi*, *&c.* non soli Petro, sed & Sedi Apostolicæ, seu Petri Successoribus concessum Fidei indeficientis privilegium intellexerunt. Emin. de Bissy, Meldensis Episcopus, Illustrissimus de S. Albin, Cameracensis Archi-Præsul, D. de la Fare, Episcopus Laudunensis, D. de Colongue, Episcopus Aptensis, qui omnes ad asserendum Sedi Apostolicæ, seu peculiari Ecclesiæ Romanæ, vel ipsi R. Pontifici Fidei indeficientis privilegium plura, tum veterum, tum recentiorum, afferunt testimonia, in quibus illud Petro & Sedi Apostolicæ, seu peculiari Romanæ Ecclesiæ, vel R. Pontifici per illa Christi verba : *rogavi pro te*, *&c.* concessum declaratur de Emin. de Bissy, vide ipsius Docum. Pastor. an. 1728. *contra appellationem, &c.* pag. 14. & 15. item alterum ipsius Docum. Pastor. an. 1722. *super Constitut. Unig.* pag. 11. de Illustr. de St. Albin, vide ipsius Mandat. Pastor. an. 1730. *contra consultationem Advocatorum*, *&c.* pag. 11. & Mand. Pastor. an. 1739. *trium Libellorum damnationem ferens*, *&c.* pag. 24. & 25. De Episcopo Laudunensis, vide ipsius Docum. Pastor. an. 1731. *contre les requisitoires de M. Gilbert*, *&c.* pag. 9. & Mand. Pastor. an. 1730. *sur la Soumission*, *&c.* pag. 11. De Episc. Aptensi, vide ipsius Mand. Pastor. an. 1717. *contenant plusieurs déclarations*, *&c.* circa medium. (1)

VII. Eumdem Christi sermonem : *Rogavi*, *&c.* de Petro deque legitimis Petri Successoribus interpretati sunt, quotquot è Gallicanis Præsulibus docent Romanos Pontifices virtute celeberrimi istius oraculi, ad Fratres confirmandos in Fide, ibidem fuisse à Christo constitutos. Ita porrò Illustr. de Villeroy, Lugdunensis Archi-Præsul in suo Mandato : *au sujet de la Constitution Unigenitus*, dato die 24. Septembris. an 1718. iis verbis : *injungebamus vobis ut Constitutioni Unigenitus eâ obedientiâ obtemperaretis*, *quam veri Fideles ei præstare tenentur*, *qui à supremo animarum nostrarum Pastore ad Fratres suos in Fide confirmandos, constitutus est*, (2) id pa-

Successeurs, ausquels il apartenoit de déclarer avec certitude toutes les verités apartenantes à la Foi Catholique, & de reprouver & de condamner toutes les erreurs contraires à cette mêmn Foi.

(1) *Hoc Mandatum legitur in Libello cuî titulus* Tocsius Catholiquus. *Tom.* 1. *edit. d'Avignon* 1718. *pag.* 574 & *seqq.*.

(2) Nous vous ordonnions de vous sommettre à la Constitution Unigenitus, avec

riter agnoſcunt Illuſtriſſimus de St. Albin, Cameracenſis Antiſtes, (1) Emin. de Janſon, Arch. Aretatenſis. Emin. de Noailles, Archiepiſcopus Pariſieuſis, Epiſcopi Maſilienſis, Bononienſis, & alii quàm plurimi in ſuis paſſim Mandatis ac Documentis Paſtoralibus quorum teſtimonia quoniam & innumera omnibuſque obvia ſicuti legi præ multitudine, & conſonantiâ faſtidioſum eſſet, ita referre nos tædet. (2)

VIII. Tandem eam Chriſti promiſſionem ad Petri Succeſſores etiam extendunt, qui Petro & ipſius Succeſſoribus in eâ datum, & conceſſum eſſe docent, ut Fratres ſuos in Fide confirment. Hi verò ſunt Gallicani Præſules Pariſiis an. 1713. congregati, necnon alii quorum verba in §. ſequenti, ſubjiciemus.

Ità porrò de celebri illâ Chriſti promiſſione Gallicani præſules, qui avitæ traditionis ſtudioſi profectò non ignorabant eam ab anteceſſoribus ſuis, & Petro & Sedi Apoſtolicæ, ſeu Romano Pontifici conſtanter fuiſſe aſſertam & vindicatam. Præ oculis habebant, quod non tam pridem Franciſcus de Gondi Pariſ. Archiepiſcop. commiſſo ſibi gregi palàm ſignificabat, ut illum ad ſinceram innocentiano contrà Janſenium decreto obedientiam præſtandam ineïtaret *vi* nimirum, *illius pollicitationis Petro factæ : ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, veritatis doctrinam in Cathedrâ unitatis illibatam ſemper extitiſſe.* (3) Præ oculis habebant quod totius Pariſienſis Theologiæ facultatis etiam nomine declaraverat Petrus de Alliaco Cameracenſis, Archi-Præſul *de hâc* ſcilicet *ſanctâ Sede Apoſtolicâ in perſona Petri Apoſtoli in eâ præſidentis dictum fuiſſe Petro : Rogavi pro te ut non deficiat Fides tua* (4).

(4) *Apolog. facult.* To. I. *Oper. Gerſon.* Pag. 710.

Hæc cordi inſidebant Clariſſimi Galliæ totiuſque Eccleſiæ luminis S. Bernardi Innocentium II. alloquentis Oracula : *oportet ad veſtrum afferri Apoſtolatum pericula quæque & ſcandala emergentia in regno Dei, ea præſertim quæ de Fide contingunt ; dignum namque arbitror ibi potiſſimum reſarciri damna Fidei ubi non poſſit Fides ſentire deffectum hac quippe hujus prærogativa Sedis ; cui enim alteri*

cette obéiſſance, que les véritables Fidéles doivent à celui que le Souverain Paſteur de nos Ames a établi, pour confirmer ſes Freres dans la Foi.

(1) *Docum. Paſtor. contra Conſul. advoc. Pariſ.* Pag. 9. Le Succeſſeur de Pierre, à qui ſelon l'Oracle de Jeſus-Chriſt même, il appartient d'affermir ſes Freres lorſqu'ils chancellent, ou de les redreſſer lorſqu'ils s'égarent.

(2) *V. quam plura Gallorum Antiſtitum Mandata pro Conſtit.* Vineam Domini *publicanda quæ referuntur in Tom. 8. Libri gallicè inſcripti.* Hiſtoire des Cas de Conſcience. *Edit.* 1711.

(3) *Mand. Paſtor.* die 15. Julii an. 1666. Edito. C'eſt de cette divine promeſſe (*ego rogavi pro te &c.*) qui a toûjours maintenu depuis la Chaire de l'unité, la Doctrine de la verité.

alteri aliquando dictum est : Ego pro te rogavi ut non deficiat Fides tua, (1) tandem ut nihil dicam de Jacobo Cardin. vitriaco (2) de 85. Galliarum Episcopis ad Innocentium X. scribentibus, totque aliis quos divinam illam Christi promissionem ad Sedem Apostolicam extendisse, probè noverant Gallicani ætatis nostræ Antistites à Clero Gallicano, Parisiis, an. 1626. congregato didicerant : *Petri, cui Christus donum infallibilitatis in causis Fidei reliquerat, Fidem illibatam in Petri Successoribus & immobilem durare, unde ingens illa in Romanorum Pontificum Decretis, Mandatisque amplectendis apud omnes Fideles & Orthodoxos observantia profecta est* (3), id potissimùm omnibus regni Præsulibus inculcatum volebat laudatus conventus in suis monitis ad Dominos Archiepiscopos, & Episcopos regni, artic. 137. Typographiâ regiâ impressis.

(1) *Epist.* 191.
(2) *Histor. Orien. Cap.* 75.

Ex iis constat divinam illam Christi promissionem, quâ Petro Fidei indeficientis privilegium fuisse concessum, agnoscunt & ipsi adversarii nostri, non Petro dumtaxat juxta recentiores à veteribus edoctos Galliæ Præsules, sed & Sedi Apostolicæ, seu peculiari Romanæ Ecclesiæ, seu Romanis Pontificibus Petri Successoribus, adscribendam esse; nunc assertionis nostræ pars altera demonstranda est, quâ de causâ fit.

§ II.

Docent Francorum Antistites in laudato Christi Oraculo, non modò præceptum ac injunctum Petri Successoribus, sed etiam datum & concessum esse, ut Fratres suos in Fide confirment.

HAnc esse debere Gallorum Antistitum sententiam ex præcedenti ipsorum Doctrinâ, facilè percipitur, qui enim divinam Fidei indeficientis promissionem Petri Successoribus vindicat; ille profectò non ambigit Petri Successoribus concessum esse, ut Episcopos Fratres suos in Fide corroborent. Neminem puto adeò

(3) Les Evêques respecteront N. S. Pere le Pape, Chef visible de l'Eglise Universelle, Vicaire de Dieu en terre, Evêque des Evêques & Patriarches; en un mot, Successeur de Saint Pierre, auquel l'Apostolat & l'Episcopat ont eu commencement, & sur lequel Jesus-Christ a fondé son Eglise, en lui baillant les clefs du Ciel, avec l'infaillibilité de la Foi, que l'on a vû miraculeusement durer immuable dans ses Successeurs jusques aujourd'hui; ce qu'ayant obligé les fidéles Ortodoxes à leur rendre toute sorte d'obéissance, & de vivre en déference à leurs saints Décrets & Ordonnances; les Evêques seront exhortés de faire continuer la même chose.

obtusum, qui tantæ evidentiæ consectarium statim non videat; attamen, ut magis ac magis innotescat singularis Gallorum Antistitum cura in rejiciendis, quas satis infeliciter ad elevandam R. Pontificis autoritatem excogitarunt adversarii nostri distinctiunculis, seu potiùs nugamentis puerilibus, operæ nostræ prætium esse duximus pauca ex innumeris, sed perspicua Gallorum Antistitum testimonia adhuc subjicere, quibus Germana ipsorum sententia firmetur ampliùs, & ampliùs elucescat.

Quod igitur in laudato Christi Oraculo non præceptum tantummodò, ut adversarii nostri contendunt, verùm etiam datum fuerit Petri Successoribus, ut Fratres suos in Fide confirment Galliæ universæ testatum, & quidem solemniter voluerunt Francorum Episcopi Parisiis. An. 1714. congregati. In litteris enim encyclicis, quas ex hoc percelebri conventu adstantium numero; pietate ac eruditione tam conspicuo ad universos regni Antistites direxerunt, ità se habent: ***Il a été donné à Pierre & à ses Successeurs de fortifier ses Freres dans ces occasions importantes,***(où il s'agit de la foi ou des mœurs) quæ Latinè ità sonant: ***datum est Petro & ipsius Successoribus ut Fratres suos in his maximi momenti casibus***, (Fidei videlicet & morum negotiis), ***corroborent.*** Id verò probant Illustrissimi Præsules ex eo Lucæ Textu. ***Rogavi pro te.... & tu confirma, &c.*** Quem ad marginem citant, (1) pro re nostrà nil expressiùs, nil apertiùs. Illud præcisè profitentur adunati Præsules, quod præcisè inficiantur adversarii nostri in eà videlicet Christi sententià: ***datum esse Petri Successoribus ut Fratres suos in Fide confirment***; sciebant oculati Antistites donum suos Fratres in Fide confirmandi, ipsissimum illud esse donum, seu privilegium, quod Petri Successoribus vindicant inerrantiæ Pontificiæ deffensores, abjudicant illius osores, qui propterea Romanis Pontificibus injunctum quidem fatentur, ut in dissidiis circà Fidem, aut mores emergentibus suos in sanâ Doctrinâ Fratres confirment; at datum id ipsis constanter negant. Verùm, nec Gallicanos Episcopos latebat, quid universalis, & avita hâc in re docuerit antiquitas, cujusve ponderis graves apud Ecclesiæ Principes esse deberent præpostera nonnullorum commenta; ideoque fidenter pronuntiant, ac toti Galliæ declarant in celebri eâ Christi sententiâ, Petro & ejus Successoribus non modò præceptum: ***il a été ordonné***, sed & datum. ***Il a été donné***, ut Fratres suos in Fide corroborent. Hoc ipsum suis in Mandatis ac Documentis Pastoralibus passim, nobis significant hodierni Galliarum Præsules. Unius in re notâ &

(1) *Procès Verbal de cette Assemblée.* Pag. 111.

cuique obviâ exscribere sufficiat Massiliensis Episcopi verba. *Petri Successori*, inquit, *datum est ut Fratres suos confirmet*, (1) ita Massiliensis Lucæ textum ad marginem citans.

Et verò qui Galliarum Episcopi sæpiùs asserunt Pontificibus Romanis, injunctum à Christo fuisse officium Fratres suos in Fide confirmandi, ulteriùs tradunt Pontifices Petri Cathedram occupantes illi officio nunquam defuturos, *Petrus*, inquit, Senonensis Archi-Præsul, *confirmandis suis Fratribus præpositus fuit, atque ipsos sine ullâ intermissione confirmabit ac in suâ Cathedrâ Romæ stabilitâ semper docebit* (2) *Christus*, scribebat ut suprà vidimus Illustr. de Fenelon, Cameracensis Antistes: *Petri Fidem in suâ Sede nunquam defuturam promittit, atque ex eâ Petrum suos Fratres in æternum confirmaturum;* & in Mandat. Pastorali an. 1714. *O Ecclesia Romæ fundata, ex quâ Petrus suos Fratres in æternum confirmabit.* (3) Paria cæterorum Galliæ Præsulum testimonia mitto innumera in quibus, ut percipis, non solùm contendunt Illustrissimi Scriptores, Petrum in suâ Cathedrâ perpetuum habere Fratres suos in Fide confirmandi officium, sed asserunt prætereà Petrum in suâ Cathedrâ Romæ constitutâ perpetuò ac jugiter suos Fratres in Fide confirmaturum, proindeque vi divinæ promissionis suo, *Fratres confirmandi*, officio nunquam defuturum. En Germana Gallorum Antistitum Doctrina, quæ dilucidior fiet, ac splendidior his Senonensis Archiepiscopi verbis: *ut divina promissa executioni demandentur, essentiale est, ut Ecclesia in eâ formâ subsistat, quam Christus ipsi dedit habens nimirum pro capite Petrum in suis Successoribus junctum cum suis Fratribus, ipsorum nomine veritatem docentem & profitentem, atque Fratres suos in eâ sui ministerii vi ac soliditate perpetuò confirmantem.* (4) Aurea hæc tabulisque cedrinis sculpenda verba, quæ dignos perillustris Gallicanæ Doctrinæ deffensoris sensus exprimant; quandiù stabunt divinæ promissiones, tamdiù Petrus in suis Successoribus Fratres suos in veritate confirmabit. Si Petrus in suis Successoribus id aliquando non præstaret, si huic *confirmandi* of-

(1) *In Mand. Pastor.* Die 26. Junii 1736. Le Successeur de Saint Pierre, à qui il a été donné de confirmer ses Freres.

(2) *Monito 3°. ad suæ olim Diæces. refrac.* Pag. 6. Pierre a été chargé de *confirmer ses Freres*, & il les confirmera sans cesse; & Pierre parlera toûjours dans sa Chaire.

(3) O Eglise de Rome, d'où Pierre confirmera à jamais ses Freres.

(4) *Epist. I. ad Episc. Bononiensem datâ die* 25. Decemb. an. 1720. pag. 14. Il est essentiel à l'exécution des promesses, que l'Eglise subsiste dans la forme que Jesus-Christ lui a donné, c'est-à-dire, ayant à sa tête Pierre dans ses Successeurs uni à ses Freres, enseignant & professant en leur nom la verité, & les y confirmant jusqu'à la consommation des siécles, par la solidité & la force de son Ministere exprimée par le nom de Pierre.

ficio deesset, irrita tunc fierent divina promissa. Quare? quia ut illa executioni demandentur non sufficit, quòd Petrus in suis Successoribus habeat officium confirmandi suos Fratres; sed essentiale est, ut eos perpetuò confirmet, seu ut ipsissimis Senonensis utar verbis: *essentiale est ut Ecclesia caput habeat Petrum in suis Successoribus Fratres suos inveritate perpetuò confirmantem, vi nimirum ac soliditate sui ministerii.* Id inquam essentiale est, ut divina compleantur promissa, sicuti essentiale pariter est juxtà clarissimum Scriptorem, ut Petrus in suis Successoribus maneat junctus cum suis Fratribus, atque ipsorum nomine veritatem doceat, & profiteatur, nil hìc ambiguum, nil æquivocum, nil obscurum, nil quod rem nostram planè non conficiat.

Stet igitur immotum divinam illam Christi sententiam: *Ego rogavi pro te, &c.* in quâ Fidei indeficientis promissionem nostri etiam agnoscunt adversarii, non modò Petrum interprete Clero Gallicano, sed & Petri Sedem, seu Successores respicere ac Romanis Pontificibus non injunctum à Christo dumtaxat, sed & datum seu concessum, ut in dissidiis circà Fidem aut mores emergentibus Fratres suos in Fide confirment & corroborent.



CAPUT III.

Insignis S. Irænei locus interprete amplissimo Gallorum Antistitum ordine supremam & infaillibilem ostendit Apostolicæ Sedis autoritatem.

FUlgentissimi, nascentis Ecclesiæ Gallicanæ, jubaris verba, statim exponere juvat: *maxima*, inquit, (1) *& antiquissima, & omnibus cognita à gloriosissimis duobus Apostolis Petro, & Paulo, Romæ fundata & constituta Ecclesia eam, quam habet ab Apostolis traditionem, & annuntiatam hominibus Fidem per Successiones Episcoporum pervenientem usque ad nos, indicantes, confundimus eos, qui quoquo modo, vel per sibi placentia, vel vanam gloriam, vel*

(1) Lib. 3°. adv. Hæres. Cap. 3.

per cæcitatem & malam sententiam præter quàm oportet, colligunt; ad hanc enim Ecclesiam propter potiorem (al. *potentiorem*) *principalitatem, necesse est omnem convenire Ecclesiam.* Splendido hoc Irenæi testimonio, apertissimè & invictè stabiliri, ac confirmari Sedis Apostolicæ, seu Ecclesiæ Romæ fundatæ, infallibilitatem contendunt illius assertores. Nunquid enim, inquiunt; 1°. Una Ecclesiæ Romæ fundatæ traditio, ad omnes Hæreticos confundendos sufficeret, si mutationi, si adulterationi, si errori esset obnoxia? Eam tamen unam refellendis ac confundendis Hæreticis satis esse disertè docet S. Irenæus. 2°. Juxtà S. Doctorem necesse est, ut omnis Ecclesia in Fidei Doctrinâ conveniat cum Ecclesia Romæ fundatâ; porrò, inquiunt, sola autoritas infallibilis, ut omnes fatentur Theologi, hanc secum in Fide sentiendi necessitatem omni Ecclesiæ imponere potest; undè qui Romanæ Ecclesiæ Fidei indeficientis, privilegium abjudicant, ubiquè docent post Decreta Romana, nullam Ecclesiæ universali illa recipiendi necessitatem incumbere, sed plenam illis contradicendi libertatem inesse, nec juxtà ipsos necesse est ut omnis Ecclesia, cum Ecclesiâ Romæ fundatâ, in Doctrinâ Fidei conveniat; imò potiùs necessarium est, ut Ecclesia Romana totius Ecclesiæ Doctrinam sequatur. 3°. Quare, inquiunt, necesse est juxtà S. Irenæum, ut omnis Ecclesia in Fidei Doctrinâ cum Ecclesiâ Romanâ conveniat? Num quia cæteræ Ecclesiæ cum Romanâ concordant? Nullatenus, ludicra sanè hæc interpretatio quâ admissâ is esset Irenæi sensus: *necesse est ut omnis Ecclesia, quæ in Fide jam concordat cum Ecclesiâ Romanâ, cum ipsâ in Fide conveniat;* quo quidem, quid absurdius, quid insulsius S. Doctori affingi potest? Nùm quia tanta in Ecclesiâ Romanâ viget autoritas, ut omni Ecclesiæ necessitas incumbat illius traditioni ac Doctrinæ consentiendi? Ita planè; hanc ipsam rationem affert Lugdunensis Antistes: *ad hanc enim Ecclesiam,* inquit, *propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam;* vi igitur ipsâ suæ autoritatis habet Ecclesia Romana, juxtà Irenæi sententiam, ut omni Ecclesiæ in rebus Fidei secum ipsâ conveniendi necessitatem imponat, ut ipsius traditio omnibus Hæreticis *confundendis* sufficiat; porrò tantam in Ecclesiâ Romæ fundatâ agnoscere autoritatem perindè esse ac eam, supremam & irreformabilem confiteri, vel obtusus intelligit, quod nec ipsi diffitentur Romanæ infallibilitatis hostes. En argumentum, quod ex celebri Irenæi loco passim desumitur ad vindicandam Sedis Apostolicæ, seu Ecclesiæ Romæ fundatæ, infallibilitatem.

Quid ad hoc argumentum Romanæ infallibilitatis osores! multa certè, & mira illa quidem, quia cordatis Theologis plerumquè indigna, penè dixi ridicula. Alii pondere veritatis oppressi in eo Irenæi testimonio immotam & indeficientem Romanæ Ecclesiæ Fidem prædicari inficias ire nequaquàm valuerunt (1) optimò isti quidem; alii veritatem quam mente vel inviti perspiciunt, ore profiteri gravantur, quia suis adversatur præjudicatis opinionibus; illi autem, egregium S. Irenæi locum, dissimulare ac silentio tegere, quàm futilibus, quod unum poterant, responsionibus vim illi novam ac pondus indere maluerunt (2). Audaciores alii, Irenæi testimonium, suis illustrare commentis enixi sunt. Quid illi porrò? Id unum frigidè oggranniunt, scilicet, illa Sanctissimi Martyris verba: POTIOREM PRINCIPALITATEM solùm declarare Ecclesiæ Romanæ primatum, nec plus ultrà (3). Verborum feracior est Doctor Turnelius, an sensu & ratione cæteris abundantior, ipse judex esto; ille itaque velut ex tripode pronuntiat, 1°. Hæreticos traditione Romanæ Ecclesiæ juxtà Irenæum confundi, non quasi hæc una sufficiat, sed quia cum cæteris Ecclesiis Romana in eamdem Fidem conspirat. 2°. Verba illa Irenæi, PROPTER POTIOREM PRINCIPALITATEM Romanæ Sedis primatum rectè ostendere, non verò illius infallibilitatem; de necessitate verò quam omni Ecclesiæ incumbere tradit Irenæus cum Ecclesiâ Romæ fundatâ in Doctrinâ Fidei conveniendi, in quo tota argumenti vis elucescit, apud Doctorem Sorbonicum (4) ne vola quidem aut vestigium est.

En quò recidunt omnes explanationes, quibus adversarii nostri splendidum S. Irenæi testimonium exponere, seu potiùs obscurare tendunt; eas refellere nec vacat, nec patitur operis nostri institutum, imò & supervacaneum foret; ut pote quas retulisse, refutasse est; iis igitur missis fictionibus, de solâ agimus Gallicanorum Episcoporum mente, nec tàm inquirimus quid de egregio illo Irenæi loco sentiendum sit, quàm de illo quid senserint Galliarum Præsules. Ea autem producent quæ, si quæ unquam, Apostolicæ Sedi, seu Romanæ Ecclesiæ summam, ac erroris planè nesciam, autoritatem ex Irenæi sententiâ manifestè adjudicant. 1°. Enim quod adversarii nostri ubique silent ac æternâ sepultum vellent oblivione, ubique illi inculcant ac prædicant: omnibus scilicet Ecclesiis incumbere cum Ecclesiâ Romæ fundatâ vel Sede Apostolicâ seu Romano Pontifice, in Doctrinâ Fidei conveniendi necessitatem. 2°. Tra-

(1) *Defensor declar. Cl. Gallic.* 1682. Parte 2. Lib. XV. cap. 6.

(2) *Launoïus, in suo Epistolarum ingenti volumine, ubi ex professo Pontificiæ infallibilitatis cultorum argumenta infringere conatur.*

Dupin, in suis de antiquâ Eccles. Discipl. dissertationibus diss. V. cap. 2. *in quo resolvere suscipit argumenta, quibus R. P. infallibilitas adstruitur.*

Natalis Alexander in Histor. Eccl. sæculi XV. & XVI. dissert. 4. *in qua illud idem intendit quod prælaudati Scriptores*

(3) *Simon Vigor ad responsionem Synod. Concil. Basil.* Comment. Cap. 3. &c.

(4) *De Eccles.* Tom. 2. pag. 235. & seqq.

dunt necessariam illam omnium Ecclesiarum cum Romanâ consensionem, non temporaneam esse, ac certis solummodò temporibus exhibendam, sed jugem, sed perpetuam, nullique seu ævorum seu locorum differentiæ affixam. 3°. Docent Sedis Apostolicæ seu Ecclesiæ Romæ fundatæ traditionem tanquam certissimam Fidei regulam à ceteris Ecclesiis spectandam esse; eamque solam *confundendis* Hæreticis omnibus planè sufficere. 4°. Tandem illud Irenæi testimonium, sicuti cæteri Pontificiæ inerrantiæ cultores passim urgent ad vindicandum Sedi Apostolicæ seu Ecclesiæ Romanæ Fidei indeficientis privilegium. Hæc totidem Paragraphis ostendere pergimus.

§. I.

Gallicani ætatis nostræ Præsules ubiquè docent, omnibus Ecclesiis incumbere necessitatem cum Ecclesiâ Romanâ seu Apostolicâ Sede, seu Romano Pontifice in Doctrinâ Fidei conveniendi.

GAllorum Antistitum verba referre, tota ac plena sit hujusce assertionis probatio. *Commune hoc officium*, inquit, Petrus de Marca Archi. Tolosanus (1) *communionis cum Ecclesiâ Romanâ, cui impendendo cum cateris Provinciis Gallia adstringitur, cognoverat ante omnes vetutissimus ille Lugdunensium Antistes Irenaus, qui unus scripsit quòd omnes sentiebant : ad Romanam Ecclesiam, inquit, propter* POTENTIOREM PRINCIPALITATEM, *necesse est omnem convenire Ecclesiam, quasi diceret juxtà sinceriorem illorum verborum interpretationem eam esse vim unitatis, qua principium & originem à Petri Sede trahit, ut cum eâ sentiendi* NECESSITATEM CAETERIS IMPONAT. Card. Archi. & Episcopi Parisiis congregati an. 1728. ad Regem Scribentes : *Primatus*, inquiunt, (2) *quem in Papa agnoscimus, non consistit in simplici honoris praeminentiâ, necesse est, inquit Irenaus, omnem Ecclesiam ad Romanam convenire propter potiorem illius autoritatem.*

(1) *De concord. imp. & Sacerd.* l. 1. cap. 2. n. 6.

Emin. de Bissy, Episcopus Meldensis, in suo Mandato Pastor. 1. Sept. an. 1718. *cum Ecclesiâ Roma fundatâ*, inquit, *omnes ubi-*

(2) *Page* 53. La Primauté que nous reconnoissons dans le Pape, ne se borne pas à une simple prééminence d'honneur : il est nécessaire, dit Saint Irenée, que toutes les Eglises se réunissent a celle de Rome, a cause de sa principale autorité.

qu: Ecclesiæ, ac Fideles per orbem dispersi, in rebus Fidei convenire debent propter excellentem illius principatum, ac quia ab ipsâ Fideles omnes prima percepere Fidei elementa. (1) *Præcipuum illud est*, ad Clementem XI. scribebant Emin. de Noailles, Parif. Archi-Præsul, aliique octo Galliarum Antistites; *primæ Sedis decus, ut ad ipsam tanquam unitatis & veritatis centrum cætera conveniant; hoc juxtà paternæ consuetudinis normam Tridentina Synodus, hoc summi Pontifices observandum decernunt*, (2) *certum est*, inquit, Illustr. de Languet, Senonensis Archi-Præsul in Monito 2°. Ad suæ olim Diœceseos refractarios, *juxtà venerandum Magni Irenæi qui matricium & originalium Orientis Ecclesiarum traditionem nobis attulit testimonium, quòd omnis Ecclesia in Fidei Doctrinâ cum Ecclesiâ Romanâ convenire debet propter potiorem illius principatum.* (3) Illustr. de Belsunce, Episcopus Massiliensis, in suo Documento Pastorali, *contre deux Sermons prêchez à Geneve*, edito an. 1736. *Cum hâc*, inquit, *Ecclesiâ Romanâ, omnes ubique Ecclesiæ ac Fideles per orbem dispersi in rebus Fidei convenire debent propter illius Sedis principatum* (4); & in Docum. Pastor. super libertatibus Eccles. Gallic. *Volumus*, inquit, *indivulsè adhærere Ecclesiæ Romanæ Matri & Magistræ, quâ cum omnes Ecclesiæ ac Fideles omnes per universum orbem dispersi in causis divinis convenire debent propter potiorem illius principalitatem: hi sunt genuini Ecclesiæ Gallicanæ sensus, atque ipsi imponit, qui alios eidem sensus attribuit* (5).

(2) Epist. ad Clementem XI. S. P. Scripta die 5. Febr. an. 1714.

Hanc quæ omnibus Ecclesiis incumbit Sedi Apostolicæ, seu Romano Pontifici in Fidei Doctrinâ adhærendi necessitatem fusiùs inculcant ac latiùs evincunt inter alios Jacobus Benignus Bossuetius Episcop. Meldensis, in Sermone habito ad convent. Parisiensem an. 1682. pag. 38. & seq. item in secundâ. Instruct. Pastor. *sur les promesses de l'Eglise*; cujus caput 87. hunc præ se fert titulum: *Communio*

(1) *Page* 10. C'est avec l'Eglise de Rome, que toures les Eglises particulieres, & les Fidéles repandus sur la terre, do vent s'accorder sur les matieres de la Foi, à cause de son excellente principauté, & parce que c'est d'elle que ces mêmes Fidéles ont reçu les premiers élemens de la Foi.

(3) *Page* 51. Il est certain, selon ces paroles si respectables du Grand Saint Irenée, qui nous a aporté la tradition des Eglises matrices & originales de l'Orient, que toute l'Eglise doit convenir avec l'Eglise Romaine (dans la Doctrine de la Foi), à cause de l'excellence de l'autorité, de la grandeur de son origine, au-dessus des autres Eglises.

(4) C'est avec l'Eglise de Rome que toutes les Eglises particulieres, & les Fidéles répandus dans l'Univers doivent s'accorder sur les matieres de la Foi, à cause de la prééminence de son siége.

(5) *Page* 38. Nous voulons demeurer inséparablement uni à l'Eglise Romaine, à cette Eglise Mere & Maîtresse, avec laquelle toutes les Eglises & tous les Fidéles répandus par toute la terre, doivent s'accorder dans les causes de Dieu, à cause de sa principale & excellente principauté: Ce sont là les veritables sentimens de l'Eglise de France; & on lui en impose, quand on lui en attribue d'autres

Communio cum R. Pontifice necessaria juxta acta primorum generalium Conciliorum, ipsi Ministro Jurieu probata (1). Petrus de Marca, laudatus toto Cap. 2. Lib. 1. de Conc. Sac. & Imp. Illustr. de Fenelon, Arch. Camerac. in Docum. Pastor. Primâ Martii an. 1706. Num. 24. & in Docum. Pastor. 29. Junii an. 1714. num. 7. Illustr. de S. Albin, Camerac. alter Archiep. Doc. Pastor. 23. Junii an. 1732. pag. 25. Item in Doc. Pastor. adversùs consultationem Advocator. Parisiensium pag. 10. & seqq. Illustr. de Colongue, Episcopus Aptensis passim in Doc. Pastor. 20. Dec. 1717. Illustr. de Languet, Arch. Senonensis in suis observationibus in Docum. Pastor. Eminentissimi de Noailles, Num. 48. Item in primâ ad Episcopum Antissiodor. Epistolâ pag. 64. & seq. & iterùm in Monito 2°. ad suæ olim Diœceseos refractarios pag. 51. & seqq. & Monito 3°. pag. 6. & pag. 88. Illustr. de Belsunce, Episcopus Massiliensis in Docum. Pastor. super lib. Eccles. Gallic. pag. 65. & seqq. & in Docum. Pastor. ***contre deux Sermons prêchez à Geneve***, edito an. 1736. pag. 20. & 21. Illustr. de Revol, Episc. Oleron. Mand. Pastor. 21. Aprilis 1714. Vix integrum volumen sufficeret indicandis cæteris Gallorum Antistitum locis, quæ assertioni nostræ quàm maximè favorabilia sunt.

Hanc consensionis necessitatem, nec obscuriùs exprimunt Galliarum Episcopi, quando tam sæpè, tam nitidè cum Hieronymo docent: ***spargere illum qui cum Romano Pontifice non colligit***; id autem expressè tradunt Emin. de Mailli, Arch. Remensis in Docum. Pastor. 10. Sept. 1718. pag. 14. Emin. de Bissy, Mand. Pastor. 1. Sept. an. 1718. pag. 10. Illustr. de Fenelon, in Docum. Pastor. 29. Junii 1714. Num. 11. Episcopus Andegavensis in opusculo cui titulus: ***Avis instructifs.*** Edito an. 1717. pag. 8. Episcopus Grassensis, in Mand. Pastor. 21. Oct. 1718. pag. 3. Episcopus Nivernensis, Mand. Pastor. 7. Sept. 1718. pag. 4. Episcopus Massiliensis, in suo Docum. Pastor. ***contre deux Sermons prêchez à Geneve***, edito an. 1736. parte primâ, pag. 20. Episcopus Bajonensis, Docum. Pastor. 20. Julii 1729. pag. 65. Illustriss. de Languet, Archiepiscopus Senonensis in suâ primâ ad Episcopum Antissiodor. Epist. pag. 65. ac tandem, ut innumeros taceam, Cardinales, Arch. & Episc. Gall. Parisiis congregati in communi ad Regem Epistolâ datâ die 4. Maii 1728. pag. 53.

At regerent adversarii quorsùm ista, quæ nullus negat, inficia-

(1) La Communion avec le Pape, nécessaire selon ces Actes (*des premiers Conciles Généraux*) avoués par le Ministre Jurieu.

tur nemo? Dicunt Galliarum Antistites necessarium esse, ut omnes Ecclesiæ cum Romanâ in Doctrinâ Fidei consentiant, quia ætate quam vivimus una est Ecclesiæ Romanæ cum cæteris Fides; nil igitur mirum, quòd Illustrissimi Præsules hanc Ecclesiæ Romanæ seu R. Pontifici adhærendi necessitatem ubiquè urgeant, ex quo certè pro infallibilitate Romanâ, nil potest concludi.

Verùm quàm insulsa, quàm commentitia, quàm à Gallorum Antistitum Doctrinâ procul aliena sit hæc adversariorum responsio, mecum jam expende, Lector oculate. 1°. Juxtà pulchram hanc adversariorum interpretationem hoc erit Gallorum Antistitum ratiocinium: *necesse est, ut cæteræ Ecclesiæ cum Romanâ in Fide conveniant, quia cæteræ cum eâ in Fide conveniunt;* seu *quando cæteræ Ecclesiæ cum Romanâ in Fide conveniunt, tunc necesse est ut cæteræ cum eâ conveniant.* Stolidum & ineptum, ut vides, nimis est hoc ratiocinium, ut eruditis tot Galliarum Episcopis cum adversariis nostris illud affingere non erubescas. 2°. Hanc cum Romanâ Sede in Fide conveniendi necessitatem ubiquè urgent Antistites Gallicani ad commendandam, ac extollendam Romanæ Sedis suprà cæteras autoritatem, id cuicunque citata ipsorum loca perlegenti certum erit ac indubium; at si valet adversariorum interpretatio, ea necessitas ad extollendam Romanæ Sedis suprà cæteras autoritatem nullatenùs conducit, de Parisiensi enim & quacunque aliâ Ecclesiâ æquè dicetur ac de Romanâ, quòd cæteræ Ecclesiæ cum Parisiensi in Fide concordare debent, quando cæteræ Ecclesiæ concordant. 3°. Si Fides adversariis, ideòjuxtà Gallicanos Episcopos, omnes Ecclesiæ cum Romanâ in Fide convenire debent, quia cæteræ cum eâ Fide concordant; at consule laudata Gallorum Antistitum testimonia, commentitia hæc ratio ab eorum nemine traditur, à nemine affertur, in eo solo unicè loco requiescit, eamque reperias, in quo nata, dico, in præjudicatâ adversariorum mente. 4°. Scire desideras, quare omnibus Ecclesiis juxta Gallicanos Episcopos necessitas incumbat cum Romanâ Sede in Fide conveniendi? Causam non dissimulant candidi juxtà ac avitæ traditionis amatores Antistites, ea verò est quæ inania adversariorum figmenta penitùs disjiciat; siquidem ubiquè tradunt Romanam Ecclesiam cæteris secum sentiendi necessitatem imponere, seu necesse esse, ut cæteræ Ecclesiæ cum Romanâ in Fide conveniant, non quia cæteræ cum eâ concordant, sed quia Romanus Pontifex, Romana Sedes supra cæteras habet primatum; ità planè juxtà genuinam & expressam Gal-

lorum Antiſtitum ſententiam : cæteris Eccleſiis cum Romanâ in Fide conveniendi neceſſitas incumbit *propter illius Eccleſiæ ſuprà cæteras principatum*, ſeu ut olim aïebat fulgentiſſimum Eccleſiæ Gallicanæ lumen S. Irenæus, PROPTER POTIOREM ILLIUS PRINCIPALITATEM. Num dubitas ? at quæ ſuprà retulimus, expende Gallorum Antiſtitum verba, conſule quæ citavimus, innumera eorum teſtimonia, nec ampliùs dubitabis ; hæc eſt Gallorum Antiſtitum una vox, una Doctrina, quòd Eccleſiæ Romanæ ſeu R. Pontificis primatûs potentior autoritas, non verò Eccleſiæ Romanæ, ut fingunt adverſarii, cum cæteris concordia, omnibûs Eccleſiis ſecum ſentiendi neceſſitatem imponat. Hanc neceſſitatem non repetunt Illuſtriſsimi Præſules ex cæterarum Eccleſiarum cum Romanâ in Fide conſenſu, ſed ex potiori primæ Sedis autoritate, ità ut cæteræ Eccleſiæ ideò teneantur cum Romanâ in Fide convenire, quia Romanus Pontifex, Romana Eccleſia ſuprà cæteras habet Principatum : *propter potiorem principalitatem*, *&c.*

Hæc ad refutanda adverſariorum commenta ultrò, ni fallor, ſufficiunt, quæ tamen non ſint niſi præludia ; quæ enim jamjam dicturi ſumus, nullum exoticis interpretamentis, nullum inanibus cavillationibus locum relinquere poſſunt ; interim maneat immotum, quod demonſtrandum nobis erat Gallicanos, videlicet, Antiſtites ubiquè profiteri ac illud prædicare, quod omnibus Eccleſiis incumbat cum Eccleſiâ Romanâ, ſeu Sede Apoſtolicâ in Doctrinâ Fidei conveniendi neceſsitas.

§. II.

Juxtà Gallicanos Antiſtites ſemper ac perpetuò neceſſe eſt, ut omnis Eccleſia cum Romanâ ſeu Sede Apoſtolicâ in Doctrinâ Fidei conveniat.

ID 1°. colligitur ex dictis, cum enim juxta communem Gallorum Antiſtitum Doctrinam, ut vidimus, hæc neceſsitas cum Sede Apoſtolicâ in Fide conveniendi omnibus Eccleſiis incumbat propter illius ſuprà cæteras Primatum ſeu Principatum ; ſive quod idem eſt, cùm Sedis Apoſtolicæ ſeu Romani Pontificis Primatus cauſa ſit cur cæteræ Eccleſiæ cum Sede Apoſtolicâ in Doctrinâ Fidei convenire debeant, tamdiù certè omnibus Eccleſiis hæc neceſsitas incumbet, quamdiù Sedes Apoſtolica ſeu Romanus Pontifex Pri-

matum obtinebit, & consequenter semper ac perpetuò necesse erit; ut omnis Ecclesia cum Sede Apostolicâ in Doctrinâ Fidei conveniat ex certissimâ quippe Catholicorum omnium sententiâ, Sedes Apostolica, seu Romanus Pontifex, Primatum sibi à Deo suprà, cæteros concessum nunquam non habiturus est.

II. Hæc duo constanter & ubique tradunt Antistites Gallicani, 1°. consensionem cum Romano Pontifice, cum Sede Apostolicâ seu Ecclesiâ Romæ fundatâ, *semper & inviolatè* ab omnibus servandam esse. 2°. Hanc consensionem in nudis verbis vel in externo ac sterili obsequio non consistere, sed in sincerâ unius ejusdemque Fidei cum Sede Apostolicâ professione, ità ut cum eâ unitus non sit qui dogmaticis illius decretis obsisteret, quive idem in Fide cum ipsâ minimè sentiret. Si porrò hæc ità sunt, ut sunt revera, evidentissimè patet omnes juxtà Gallorum Antistitum Doctrinam *semper & inviolatè* teneri unam eamdemque Fidem cum Sede Apostolicâ seu Romano Pontifice profiteri, ac dogmaticis illius decretis adhærere; restat igitur, ut quæ duo de Gallicanis Episcopis protulimus, expressis ipsorum verbis elucidentur ac confirmentur.

Constans itaque, 1°. est ac perpetua Gallorum Antistitum Doctrina consensionem cum Romano Pontifice, cum Sede Apostolicâ seu Ecclesiâ Romæ fundatâ *semper & inviolatè* ab omnibus servandam esse; innumera sunt quæ id evincunt ipsorum testimonia, plura, sed pauca, inter tanta hæc subjicimus.

Cardinales, Archiepiscopi & Episcopi Galliarum, in 2°. Memoriali quod Philippo Aurelianensium duci tunc Regni Moderatori obtulerunt mense Martio an. 1717. *nos conservabimus*, inquiunt, (1) ***ut cum S. Cypriano loquamur, unitatem in Ecclesiâ, nunquam discedentes à Cathedrâ quam Deus instituit, ut illius unitatis esset centrum***: & in 1°. Memoriali pag. 19. ***inviolatè astricti Apostolicæ Sedi vinculis quæ Christus ipse formavit, conservabimus intimos obsequii sensus qui jure illi denegari non possunt.*** (2)

Jacobus Benignus Bossuetius, Episcopus Meldensis, in Sermone habito ad Episcopos Parisiis congregatos an. 1682. ac maximis encomiis ab eo conventu cæterisque passim Galliarum Episcopis celebrato: ***Autoritas Ecclesiastica***, aiebat, ***in unius (Petri) personâ primò stabilita non aliâ conditione propagata est, quam ut semper***

(1) Page 42. Nous maintiendrons pour parler avec Saint Cyprien l'unite dans l'Eglise, en ne nous separant jamais de la Chaire que Dieu a établi pour en être le centre.

(2) Inviolablement attachés à la Chaire Apostolique par des liens que J. C. même a formés, nous conserverons pour elle les sentimens respectueux qu'on ne peut lui refuser avec justice.

ad unitatis suæ principium revocaretur, & omnes, qui eam autoritatem gerendam habebunt, eidem Cathedræ inseparabiliter adhærere tenentur. (1) Et in primo Documento Pastorali: *sur les promesses de l'Eglise*, num. 32. *in hâc inviolabili adhæsione Cathedræ divi Petri Christi promissis ducimur.* (2)

Eminentissimus de Bissi, in Docum. Pastor. 14. Junii an. 1728. *Ecclesia Romana quam Christus constituit caput corporis quod semper debet esse unum, & quod tamen hanc unitatem servare non potest, nisi illi Ecclesiæ conjunctum maneat.* (3) Et in Mand. Pastor. 1. *Sept. an.* 1718. *Summus Pontifex visibile est corporis mystici Jesu Christi caput, cui omnia membra debent arctè uniri ut sint in communione Sanctorum, ejusque emolumentorum sint consortes; væ iis qui se dignos redderent, ut separarentur à communione hujus primæ mundi Ecclesiæ quive crederent in tali statu se Agnum comedere posse, ac aliis Sacramentis communicare, absque sui ipsius & illorum profanatione* (4).

Eminentissimo Antistiti apprimè concinunt Episcopi Nivernensis, Mand. Pastor. 7. Sept. an. 1718. pag. 4. Grassensis, Mand. Pastor. 21. Oct. 1718. pag. 3.

Eminent. de Noailles, Archi. Paris. in Mand. Pastor. 3. Oct. 1718. *Cathedra Petri*, inquit, suos Diœcesanos allocutus *centrum est unitatis Catholicæ, inviolabiliter ei adhæreatis* (5). Eminent. de Mailli, Arch. Remensis, in Mand. Pastor. 1. Sept. 1718. *inviolabili nexu conjungimini Ecclesiæ Romanæ quæ cæterarum Mater est ac Magistra* (6). Illustris. de Villeroy, Arch. Lugdun. in Mand. Pastor. 24. Sept. 1718. *edocendus eras, ut inviolabiliter unitatis centro adhæreres & capiti Ecclesiæ* (7). Episcopus Bajonensis, in Docum. Pastor. 20. Julii 1729. *Omnes mundi Ecclesiæ, unam*

(1) *Page* 24. L'autorité Ecclésiastique, prémierement établie en la personne d'un seul (Pierre), ne s'est répandue, qu'à condition d'être toûjours ramenée au principe de son unité; & tous ceux qui auront à l'exercer, se doivent tenir inséparablement unis à la même Chaire.

(2) *Page* 98. Dans cet inviolable attachement à la Chaire de Saint Pierre, nous sommes guidés par la promesse de Jesus-Christ.

(3) *Page* 14. L'Eglise de Rome, que Jesus-Christ a établie la tête d'un Corps qui doit toûjours être un, & qui ne peut toutefois conserver son unité, qu'en demeurant uni avec elle.

(4) *Page* 10. Le Souverain Pontife est le Chef visible du Corps mistique de Jesus-Christ, avec lequel tous les Membres doivent être étroitement unis pour être dans la Communion des Saints, & pour participer à tous ses avantages. Malheur à ceux qui se rendroient dignes d'être séparés de la Communion de cette premiere Eglise du monde, & qui croiroient pouvoir en cet état manger l'Agneau, participer aux autres Sacremens sans les profaner, & sans devenir eux-mêmes des profanes.

(5) *Page* 5. La Chaire de Saint Pierre est le centre de l'unité Catholique; demeurez y inviolablement attachés.

(6) *Page* 16. Soyez inséparablement unis à l'Eglise Romaine, qui est la Mere & la Maitresse des autres.

(7) Page 4. Il falloit vous aprendre à être inviolablement attachés au centre de l'unité & au Chef de l'Eglise.

tantùm componere debent cùm Ecclesiâ Romanâ intimâ & inviolabili Communione, quam semper servare debent cum eâ (1). Episcopus Carcassonensis, Mand. Pastor. 5. Julii 1729. *omnis fidelis Ecclesiæ Romanæ inviolabiliter adhærere tenetur* (2). Episcopus Aptensis Docum. Pastor. 20. Dec. 1717. *Papa centrum unitatis & Fidei, quo tendere corde & mente omnis Christianus tenetur*, (3) Episcopus Bononiensis, Docum. Pastor. 1724. *Hoc restat Charissimi, ut vos horter, ne unquam à Fide Ecclesiæ Romanæ recedatis, hâc enim sanctâ Sedi Apostolicæ unione una est Ecclesia.* (4) Episcopus Vivariensis, Mand. Pastor. 1. Sept. 1718. *Huic communioni* (Ecclesiæ Romanæ) *omnes adhærere tenemur, in quâ vivere cupimus & mori* (5) Episcopus Massiliensis in Docum. Pastor. super libertat. Eccles. Gallic. *Huic Rom. Ecclesiæ cæterarum Matri & Magistræ inseparabiliter adhærere volumus, hæc sunt vera Ecclesiæ Gallicanæ sensa* (6). Illustrissimus de Fenelon, in Docum. Pastor. 1. Martii 1706. Num. XXIV. *inviolabiliter*, inquit, utens verbis Cleri Gallicani ad Innocentium X. an. 1653. scribentis, *cum Cathedrâ Petri servanda est communio* (7).

Qui plura & uberiora desiderat, consulat Illustr. de Languet, Archiepiscopum Senonensem. Illustr. de S. Albin, Archiepiscopum Cameracensem in locis supra (8) indicatis.

(8) *Pag.* 46.

2°. Nec minùs est ad mentem Gallorum Antistitum, hanc cum R. Pontifice, cum Sede Apostolicâ seu Ecclesiâ Romæ fundatâ unionem, ab omnibus semper & inviolatè servandam, in nudis verbis vel in externo ac sterili obsequio minimè consistere, sed in sincerâ unius ejusdemque Fidei cum ipsâ professione; ità ut ille cum Sede Apostolicâ junctus non sit, qui illius decretis obsisteret, nec idem cum ipsâ in Fide sentiret; *ea est vis unitatis*, inquit, Petrus de Marca, Arch. Tolosan. de Concord. Sac. & Imp. Lib. 1. cap. 2. num. 6. *Quæ principium & originem à Petri Sede trahit, ut* CUM EA SENTIENDI *necessitatem cæteris imponat. Romanæ*

(1) Toutes les Eglises du monde n'en doivent faire qu'une avec celle de Rome, par la Communion intime & inviolable qu'elles doivent garder avec elle.

(2) Tout Fidéle doit être inviolablement attaché à l'Eglise de Rome.

(3) Le Pape, centre de l'unité & de la Foi, où tout Chrêtien doit se rendre de cœur & d'esprit.

(4) *Page* 19. Il ne me reste, mes très-chers Freres, qu'à vous exhorter de ne vous écarter jamais de la Foi de l'Eglise de Rome. C'est par l'union au Saint Siége Apostolique, que l'Eglise est une.

(5) C'est à cette Communion (de l'Eglise de Rome), que nous devous tous être attachés, & dans laquelle nous voulons vivre & mourir.

(6) *Page* 28. Nous voulons demeurer inséparablement uni à l'Eglise Romaine, a cette Eglise Mere & Maitresse...... ce sont là les veritables sentimens de l'Eglise de France.

(7) Il faut conserver une Communion inviolable avec la Chaire de Pierre.

Ecclesia, inquit, Emin. de Bissy, Docum. Pastor. suprà laudato, *quam Christus constituit centrum communionis Ecclesiasticæ, & caput corporis quod unum semper esse debet, quòd que tamen unitatem servare non potest, nisi cum eâ maneat unitum tùm* SENSUUM CONFIRMITATE, *tùm perfectâ omnium suorum membrorum subordinatione*, (1) *hæc communio*, inquit, Illustr. de Ratabon, Episcopus Vivariensis in Mandato 1. Sept. 1718. pag. 5. *cum Romanâ Ecclesiâ in solo obsequio minimè consistit, sed etiam* IN FIDE ET DOCTRINA (2). *A Fide Ecclesiæ Romæ nunquam esse recedendum*, modò aïebat Episcopus Bononiensis. *Etiam si reliquum omne quis haberet*, inquit, Illustr. de Colongue, Episcopus Aptensis in Mandat. Pastor. 20. Decembris 1717. *Si R. Pontificis Fidem non sequitur, est extra Ecclesiam Catholicam, cujus unitas semper Fidei unitatem est fundata, hanc ob causam*, pergit eruditus Antistes, *necessarium est, ut fundamentum Communionis Ecclesiasticæ sit ejusdem Fidei fundamentum, unde Flavianus, olim Patriarcha Antiochenus, Paulino, qui cum R. Pontifice se corde & mente unitum esse gloriabatur, reponebat : si Damasi Communione gloriaris, eam comproba tua cum ipsius Doctrinâ conformitate* (3).

Plura Gallorum Antistitum testimonia congerere tædet in re tam manifestâ; quis enim nesciat quàm sæpe obtruderint Quesnelliani necessariam cum Romano Pontifice, cum Sede Apostolicâ communionem ab iis etiam servari posse, qui dogmaticis ipsius decretis renituntur? Quis nesciat Quesnellianos ubique se R. Pontificis, se R. Sedis communioni indivulsè addictos contestari; licèt Clementinæ Constitutioni *Unigenitus* obsisterent? At quis pariter ignorat, quo zelo, quo ardore, in hanc Jansenianorum Doctrinam undique insurrexerint eruditi Galliarum Antistites? Tam verè docentes, quàm solidè ostendentes necessariam cum R. Pontifice, cum Sede Apostolicâ communionem in Fide potissimùm consistere, ac de Sedis Apostolicæ communione frustrà sibi blandiri qui dog-

(1) L'Eglise de Rome que Jesus-Christ a établie a la tête d'un Corps qui doit toûjours être un, & qui ne peut toutefois conserver cette unité, qu'en demeurant uni avec elle, tant par une conformité de sentiment, & par une subordination parfaite de tous ses Membres.

(2) C'est à cette Communion (avec l'Eglise de Rome) que nous devons tous être attachés..... Comunion non-seulement de déference & de respect, mais de Croyance & de Foi.

(3) Quand on auroit tout le reste, si l'on se détache de la croyance du Souverain Pontife, on est hors de l'Eglise Catholique, dont l'unité est fondée sur l'unité de la Foi; c'est pour cette raison, qu'il est nécessaire que le fondement de la Communion Ecclésiastique soit le fondement de la même Foi; & c'est dans cet esprit, que Flavien, autrefois Patriarche d'Antioche, répondit a Paulin qui se vantoit d'être uni d'esprit & de cœur avec le Pape : Si vous êtes, lui disoit-il, dans la Communion de Damase, faites le paroître par une conformité de Doctrine avec la sienne.

maticis illius judiciis non obtemperat. Mendacem falsam & illusoriam illam esse unionem, quæ inter eos invenitur, qui in Fide discrepant, quia vera ac necessaria unio exigit, ut idem in Doctrinâ Fidei credatur ac prodicetur; hæc contra refractarios passim tradunt Galliarum Antistites; hæc multis argumentis confirmant ac præ cæteris Illustr. de Languet, Archiepiscopus Senonensis in monito 2°. Adversùs suæ olim Diœceseos refractarios à pag. 39. usque ad pag. 44. Consule etiam, si vacat per otium, Mand. Pastor. Emin. de Bissy, 1. Sept. 1718. pag. 8. & seq. Mand. Pastor. Emin. de Mailli, Arch. Remensis, 10. Sept. 1718. pag. 13. & seq. ac tandem Mand. Pastor. Episcopi Aptensis, 20. Dec. anno 1717.

Unum addo, Gallicanos scilicet Episcopos ubi necessitatem urgent cum Sede Apostolicâ conveniendi semper, loqui de necessitate cum Sede Apostolicâ in *Fidei Doctrinâ* conveniendi, ut constat ex laudatis in §. præcedenti ipsorum verbis; ex quo manifestum est necessariam cum Sede Apostolicâ unionem in Fide potissimùm consistere.

Jam verò, si juxtà Gallicanos Antistites, unio cum R. Pontifice seu Apostolicâ Sede SEMPER ET INVIOLATE ab omnibus servanda sit; & aliundè servari non possit, nisi idem in Fide cum Sede Apostolicâ sentiatur, SEMPER igitur & INVIOLATE juxtà Gallicanos Antistites necesse est, ut omnes cum Romano Pontifice seu Sede Apostolicâ in Doctrinâ Fidei conveniant, quod erat demonstrandum.

III. Conceptis verbis declarant Antistites Gallicani SEMPER AC JUGITER necesse esse, ut omnis Ecclesiâ cum Romanâ in Fidei Doctrinâ conveniat *sive velitis sive nolitis*, inquit, Illustr. Languet, Senon. Archiep. suæ olim Diœceseos refractarios allocutus, *semper fatendum erit, quòd, ut Ecclesiæ alicujus traditio sit legitima & tuta, oporteat ut cum Ecclesiæ Romanæ Doctrinâ conveniat juxtà S. Irenæum*, (1) & in Monito 2°. pag. 52. *oportet*, inquit, *ut qualibet Ecclesia à Romanâ de die in diem recipiat veram Doctrinam, ut ad veram pertineat Ecclesiam*, (2) & rursùs in monito 3°. pag. 6. *cæteræ Ecclesiæ eo ipso desinerent esse Ecclesiæ, quò*

(1) *Monito* 3°. pag. 88. Que vous le vouliez ou non, il faudra toûjours avoüer que pour que la tradition particuliere d'une Eglise soit légitime & sûre, il faut qu'elle convienne avec celle de l'Egise de Rome, selon S. Irenée.

(2) Il faut que toute autre Eglise reçoive de celle-là (de Rome), de jour en jour la vraie Doctrine, pour être de la véritable Eglise.

quò à Romanâ semina Doctrinæ quotidie non mutuarentur (1).

Haud absimilia tradit Episcopus Massiliensis in suo Doc. Pastor. super libertat. Ecclesf. Gallicanæ : SEMPER, inquit, pag. 26. *verum erit dicere, quòd oportet, ut omnes Ecclesiæ cum Romanâ* (in Doctrinâ Fidei) *concordent.* (2) Illustr. de Fenelon, Camerac. Archi-Præsul, *in hoc*, inquit, *centro communi* (Romanâ Ecclesiâ) *omnes peculiares Ecclesiæ sine ullâ intermissione comprobant ac renovant suas traditiones, ut quotidiè certò sciant eas non esse vitiatas.* (3)

Nunquam finissemus in prosequendis cæteris Gallorum Antistitum testimoniis his planè consimilibus, unum audire sufficiat Emin.e de Bissy, causam dilucidè exponentem ob quam SEMPER & JUGITER omni Ecclesiæ incumbat necessitas Ecclesiæ Romæ fundatæ Doctrinæ ac Fidei adhærendi : *Ecclesiæ corpus*, inquit, *semper unum esse debet, porrò unum esse non potest, nisi cum Ecclesia Romæ fundatâ maneat unitum, tum* SENSUUM CONFORMITATE, *tum perfectâ omnium suorum membrorum subordinatione.* (4)

(4) *Loco supra citato.*

Adde quòd Galliarum Antistites ex hâc quæ omni Ecclesiæ incumbit necessitate cum Romanâ in Fide conveniendi, passim colligunt Sedem Apostolicam, seu Ecclesiam Romæ fundatam, à Fide deviare non posse, ut infrà ostendemus ; id porrò tanquam certissimum ab ipsis haberi supponit, quòd SEMPER ac PERPETUO necesse sit ut omnis Ecclesia cum Romanâ in Fide concordet ; quid enim si hæc necessitas perpetua non esset, num ex hâc necessitate posset concludi Romanam Ecclesiam à Fide nunquam deviaturam ?

Ex iis omnibus manet apertissimum ac firmissimum, SEMPER ac JUGITER necesse esse juxtà Gallicanos Episcopos, ut omnes Ecclesiæ cum Romanâ in Doctrinâ Fidei consentiant, ac dogmaticis illius decretis intimè adhæreant.

(1) Les autres Eglises ne seroient point des Eglises, dès-qu'elles ne puiseroient point chaque jour dans celle là (de Rome) les semences de la vraie Doctrine.

(2) Il sera éternellement vrai de dire, qu'il faut que toutes les Eglises se réünissent à l'Eglise Romaine, qui est l'Eglise de Pierre, à cause de sa puissante principauté.

(3) *Docum. Pastor.* 1. Martii 1706. num. 24. C'est dans ce centre commun, que toutes les Eglises particulieres verifient & renouvellent sans cesse leur tradition, pour s'assurer chaque jour que la leur en particulier n'est point alterée.



§. III.

Ecclesiæ Romanæ traditio seu Doctrina cæteris Ecclesiis Fidei Regula & una confundendis Hæreticis omninò sufficiens, juxta Gallicanos Antistites, existit.

I. HAnc conclusionem ex præcedentibus spontè fluere facilè percipitur; nunquid enim omnibus Ecclesiis incumberet necessitas, cum Romanâ in Fidei Doctrinâ consentiendi, & quidem semper ac jugiter, si Romanæ Ecclesiæ Doctrina, immota ac certissima non esset Fidei regula? Hujusce profectò consectarii veritatem apprimò noverant Episcopi Gallicani Meloduni an. 1579. congregati; enim verò præcipiunt ut omnes Fideles ***apertâ professione eam fidem pronuntient, quam Sancta Romana Ecclesia, Magistra, columna & firmamentum veritatis profitetur & colit;*** volunt igitur, ut verbis utar Illustrissimi de Languet, (1) Antistites venerandi, ut Ecclesiæ Romanæ Doctrina, omnium Fidelium Fidei sit regula: Quare? Si auscultes adversariis ubique fingentibus; quia, inquient, Ecclesia Romana cum cæteris tunc consentiebat; at si attendas laudatos Antistites sua sensa pandentes, ***quia***, inquiunt, ***ad hanc, Ecclesiam Romanam propter suam principalitatem, necessum est omnem convenire Ecclesiam.*** Vide quomodo memorati Præsules ex hâc, quæ cæteris Ecclesiis incumbit, cum Romanâ conveniendi; necessitate, concludant & velint, ut Ecclesiæ Romanæ Doctrina, omnibus Fidelibus sit regula Fidei? en verba præfati conventûs: ***apertâ professione eam Fidem pronuntient*** (omnes Fideles) ***quam Sancta Romana Ecclesia, Magistra, columna & firmamentum veritatis profitetur & colit: ad hanc enim propter suam principalitatem necessum est omnem convenire Ecclesiam.*** (2) Hæc verba passim citant, suaque faciunt hodierni Galliarum Antistites (3). Ipso igitur Gallorum Episcoporum judicio, illius Ecclesiæ traditio ab omnibus tanquam certissima Fidei regula est habenda, quâ cum cæteræ Ecclesiæ convenire debent. Porrò constat ex Paragraphis præcedentibus omnes Ecclesias cum Romanâ in rebus Fidei convenire, & quidem semper ac jugiter, debere juxtà perpetuam Gallorum Antistitum Doctrinam.

(2) *Mémoires du Clergé de France, ancienne Edition.* Tom. I. pag. 438.

(3) *Illustr. de Languet, Archiep. Senon. Monito 2. Pag. 47.* & alii.

(1) *Monito 2°. Pag.* 47. L'Assemblée tenuë à Melun en 1579. propose à tous les Fidéles pour regle de leur Croyance, ce que croit & professe la Sainte Eglise de Rome.

II. Illius Ecclesiæ traditio certissima est Fidei regula, quam qui sequitur & sequetur, semper veram, semper Catholicam Fidem sequetur; porrò juxta Gallicanos Antistites, Romanæ Ecclesiæ Doctrinæ adhærere perinde semper erit ac veram Ecclesiæ Fidem profitêri; quod sic demonstramus. Juxtà Catholicos omnes, quamdiù stabit Ecclesia, tamdiù erunt notæ, quibus vera Ecclesia à falsis distinguatur, & consequenter notæ quibus vera Ecclesia à falsis discernitur, perpetuæ sunt ac immotæ, sicut ipsa Ecclesia; atqui juxtà Gallicanos Antistites unio cum Romano Pontifice, cum Ecclesiâ Romæ fundatâ, quæ juxtà ipsos in Fidei Doctrinâ potissimùm consistit, est nota, & quidem ***necessaria*** veræ Ecclesiæ ***ideoque veræ Doctrinæ*** (1). Ergo hæc Romano Pontifici, Romanæ Ecclesiæ in Doctrinâ adhæsio, perpetua erit veræ Ecclesiæ, veræ Doctrinæ nota, seu quod idem est, perinde semper erit veræ Ecclesiæ, veræ Fidei adhærere, ac Romani Pontificis, Romanæ Ecclesiæ Doctrinæ consentire; res est certissima dummodo constet unionem cum Romano Pontifice, cum Romanâ Ecclesiâ, seu adhæsionem Romano Pontifici, Romanæ Ecclesiæ, juxtà Gallicanos Episcopos, veræ Ecclesiæ esse notam quâ nimirum à falsis distinguatur; id porrò suadent ac persuadent hæc aperta Gallorum Antistitum testimonia. ***Vera Ecclesiæ***, inquit, Illustr. de Languet, Senon. Archiep. ***nota est Præsidem habere Sedem Apostolicam & Successorem Divi Petri atque huic veræ unionis centro adhærere. . . . numquid oblitus es***, pergit idem Archi-Præsul, ***adhæsionem visibili Ecclesiæ Catholicæ centro notam esse unitatis Catholicæ***; & Paulò-post: ***Nota Ecclesiæ Catholicæ tam necessaria, communio videlicet & concordia cum Ecclesiâ Romæ fundatâ.*** (2)

Illustr. de Vintimille, Archiep. Parisiensis in Epistolâ ad Regem, scriptâ die 8. Febr. an. 1730. ***Ista***, inquit, ***Cathedræ Petri fidelis adhæsio, hoc filiale ergà Christi in terris Vicarium obsequium, quod Ecclesiam Catholicam ab omnibus Sectis secernit.*** (3) Emin. de Tencin, in Mand. Pastor. 15. Febr. an. 1734. ***Sanctæ Sedi***, inquit, ***centro unitatis adhæsio, quæ semper habita fuit tanquam***

(1) *Illustr. de Languet, ibid.* Pag. 29. La vraie Eglise, & par conséquent la vraie Doctrine.

(2) *Epist. ad Episcop. Antissiodor. dati die 25. Septembris 1722. num. XXII.* Une marque de la vraie Eglise, c'est d'avoir à sa tête la Chaire Apostolique & le Successeur de Saint Pierre, & d'être uni a ce centre de la vraie Communion . . . Avez-vous donc oublié qu'une marque de l'unité Catholique, c'est d'être uni au centre visible de l'Eglise Catholique . . . . Une marque si nécessaire de l'Eglise Catholique, sçavoir, la Communion & la concorde avec l'Eglise de Rome.

(3) Cet attachement fidéle pour la Chaire de St. Pierre, ce respect filial pour le Vicaire de Jesus-Christ sur la terre, qui distingue l'Eglise Catholique de toutes les Sectes.

probatior Catholicitatis character. (1) Clerus Gallic. in comitiis an. 1730. Scribens ad Regem : ***Cathedræ Petri***, inquit, ***adhæsio***, ***quæ Catholicam Ecclesiam ab omnibus Sectis secernit.*** (2) Tandem nequid dicam de Bossuetio, Meldensi Episcopo (3); de Cameracensi, Archi-Præsule (Domino de St. Albin) (4) aliisque quàm plurimis ; consule Illustrissimum de Languet, loco mox citato ; ibi datâ operâ adversùs refractarios Constitutioni ***Unigenitus***, pari elegantiâ ac eruditione demonstrat unionem cum Sede Apostolicâ, seu Romano Pontifice in Fidei Doctrinâ, adeò certam veræ Ecclesiæ ac veræ Doctrinæ esse notam, ut ex eo, quòd aliquis Sedî Apostolicæ adhæreat, asserat Illustr. Præsul ***necessario sequi*** quòd veræ Ecclesiæ adhæreat, additque ***eum qui certò scit se Ecclesiæ Romæ fundatæ consentire***, ***tàm esse tutum de suæ Doctrinæ veritate***, ***quàm qui certò scit se Ecclesiæ universali adhærere*** (5).

(3) 2. *Docum. Pastor. super Eccles. promiss. num. XXXII.* Pag. 97.

(4) *Mand. Past. 23. Jan. an.* 1732. Pag. 25.

Et verò ubì vera Ecclesia, ibì vera Doctrina ; atqui juxta Gallicanos Antistites ibì ***semper*** erit vera Ecclesia ubi erit Romanus Pontifex seu Ecclesia Romæ fundata : ***Ecclesia***, inquit, Senonensis Antistes sæpe laudatus, ***visibilis semper erit per eas certas notas quæ ipsam manifestant***, ***per suum caput Jesu Christi Vicarium & Petri Successorem***, ***per suam Ecclesiam Apostolicam***, ***necessarium communionis centrum***, ***&c.***(6) Deinde fusiùs eam probat in difficillimis etiam temporibus, veram Ecclesiam semper agnoscendam esse à suo capite, R. Pontifice & ab Ecclesiâ Romanâ (7). Equidem si erroneam Fidei definitionem R. Pontifex fidelibus proponeret ; jam nulla tunc ipsis superesset Fidei regula cui certò adhærere possent ; imò, dices, superest Ecclesia seu Pastorum Corpus ; at, reponit Senonensis Archi-Præsul, (8) ***qui dicit Pastorum corpus supponit caput***, & rursùs Emin. de Tencin, in Epist. 4. ad Episcopum Senensem datâ mense Jul. an. 1729. ***non alia***, inquit, ***datur Ecclesiæ universalis definitio***, ***quàm quæ à corpore Episcopali unà cum Sanctâ Sede profertur*** (9). Hinc est quòd Episcopi Gallicani ut pluribus jam observatum fuit Corpus Paf-

(7) *Page* 194. 195.

(1) Attachement au Saint Siégé au centre de l'unité, attachement qui a toûjours été regardé comme le caractere le plus marqué de la Catholicité.

(2) L'attachement à la Chaire de Saint Pierre, qui distingue l'Eglise Catholique de toutes les Sectes.

(5) Et si on peut se rassûrer sur ce qu'on est de l'Eglise Catholique, on peut, & on doit se rassurer de même, si l'on en possede une marque si nécessaire, sçavoir, la Communion & la concorde avec l'Eglise Apostolique de Rome.

(6) *Octavo Decum. Pastor. an.* 1731. *num. LXXII.* pag. 138. L'Eglise sera toûjours visible par les marques assûrées qui la font reconnoître, par son Chef Vicaire de Jesus-Christ & Successeur de Pierre, par son Eglise Apostolique, centre nécessaire de la Communion, &c.

(8) *Monito* 2. Pag. 53. Qui dit, le Corps des Pasteurs supose le Chef.

(9) *Page* 19. Il n'y a d'autre décision de l'Eglise universelle, que celle du Corps Episcopal uni au Saint Siége.

torum, non nisi Romano Pontifici junctum, infallibile prædicent ; secreto igitur R. Pontifice Pastorum capite, qui perversa dogmata fidelibus proponeret, reliqui Pastores certa Fidei regula esse non possunt, quia juxta Gallicanos Episcopos, non essent illi infallibile Ecclesiæ seu Pastorum corpus cui inhærendum est, proindeque nulla tunc fidelibus certa superesset Fidei regula.

Quid ergò superest nisi ut concludamus ibi semper futuram juxta Galliarum Antistites veram Doctrinam, Catholicam Fidem, ubi erit Romanus Pontifex, ac Ecclesia Romæ fundata ; semper igitur veram profitebitur Doctrinam, qui Romano Pontifici, qui Ecclesiæ Romæ fundatæ consentiet ; quis ergo inficias ibit hujusce Ecclesiæ Romanæ traditionem seu Doctrinam, tanquam certissimam Fidei regulam à Gallicanis Episcopis agnosci ? Nunquid certissima Fidei regula non est illius Ecclesiæ Doctrina, quæ veræ Ecclesiæ, quæ veræ Fidei perpetuus erit character, quam nullus unquam sequatur, quin veram, quin Catholicam Fidem profiteatur ? Talem porrò esse Romanam Ecclesiam ac illius Doctrinam, in laudatis Gallorum Antistitum verbis, quis non videat ?

Quid ergo, inquies, si insignis ac spectabilis aliqua Ecclesia, aliquando à Romanâ dissentiret in Fidei Doctrinâ, nùm eo ipso cessaret universalis ac veræ Ecclesiæ esse membrum ? Nùm eo ipso desineret esse vera Ecclesia ? Id tamen necessariò sequeretur, si Romanæ Ecclesiæ adhæsio in Fidei Doctrinâ, perpetua ac immota foret veræ Ecclesiæ, veræ Doctrinæ nota ; id, fateor, sequitur ; at mecum etiam agnosce, quòd Gallicani Episcopi ubique tradant eas omnes Ecclesias eo ipso veras Ecclesias esse ac veræ Ecclesiæ membra desinere quo à Sedis Apostolicæ seu Ecclesiæ Romæ fundatæ Doctrinâ dissentirent ; *sine istâ Ecclesiâ Apostolicâ Romanâ*, inquit, Senonensis Archi-Præsul : (1) *cæteræ Ecclesiæ veræ non essent Ecclesiæ, eo ipso quòd ab illâ veræ Doctrinæ semina quotidie non acciperent* ; & alibi (2) suos allocutus adversarios ; *pro vobis non stat*, inquit, *centrum Catholicæ veritatis, autoritas Cathedræ Apostolicæ, sinè quâ tamen nulla unquam societas dici vel esse poterit vera Ecclesia aut ad veram Ecclesiam pertinere.* Episcopus Aptensis in Mand. Pastor. 20. Dec. an. 1717. *quamvìs*, inquit, *cætera omnia*

(1) *Monito* 3. Pag. 6. Sans cette Eglise Apostolique de Rome, les autres Eglises ne seroient point des Eglises, dès-qu'elles ne puiseroient point chaque jour dans celle-là les semences de la vraie Doctrine.

(2) *Monito* 2. Pag. 52. Vous n'avez point pour vous le centre de l'unité Catholique, l'autorité de la Chaire Apostolique, sans laquelle jamais néanmoins aucune société ne pourra se dire ni la vraie Eglise, ni même être de la vraie Eglise & en faire partie.

quis haberet, si à Fide R. Pontificis recedit, extra Catholicam est Ecclesiam (1). Illustr. de Fenelon, in Docum. Pastor. 29. Junii an. 1714. Num. VII. *Quicunque*, ait, *cum Ecclesiâ principali* (Romanâ) *non convenit, expugnatus est absque discussione, novitatis reus est, deflectit à centro immobili ad quod lineæ omnes referri debent, ut Fidei unitatem servent* (2). Hinc est quod Episcopus Massiliensis asserere non dubitaret: *ex hâc cum Sede Apostolicâ unione* quæ juxta ipsum in Doctrinâ Fidei præsertim consistit, *fidelium salutem pendere* (3). Tandem Consule Bossuetium, Meldensem Episcopum datâ operâ confutantem in 2. Inst. Past. super Eccles. promiss. quod pseudo-Minister Jurius asserebat *ex divino*, videlicet *Petri & ipsius Successorum Primatu, juxta Græcos antiquos, minimè sequi quòd Episcopi cum Romanis Pontificibus communicare teneantur ut ad Ecclesiam pertineant* (4).

(4) Cap. LXXXVI. Pag. 202. Edit. Paris. an. 1729. in 12.

Ex iis, quæ ulterioribus Gallorum Antistitum testimoniis, ideo non confirmamus; ne in immensum crescat opus nostrum, percipis quàm constans; quàm certum sit apud ipsos, quod Sedis Apostolicæ Doctrina, cæteris Ecclesiis certissima Fidei regula esse debeat, cùm nitidè declarent eas omnes Ecclesias eo ipso desinere esse veras, quo à Sedis Apostolicæ seu Ecclesiæ Romanæ Fide dissentirent.

III. Tandem nitidè declarant Galliarum Antistites, Ecclesiæ Romæ fundatæ Doctrinam seu traditionem Christianorum Fidei regulam esse debere: *hujusce Ecclesiæ* (Romanæ) inquit, Emin. de Mailli, Arch. Remensis: *in quâ Doctrinam suo cum sanguine Apostoli fuderunt, traditio vestræ Fidei sit regula*, & iterum: *Doctrina Ecclesiæ Romanæ Sanctis Patribus semper pro regulâ fuit; congregati sunt Patres, non ad eam impugnandam, sed ad comprimendos eos qui ab eâ recedebant* (5). Hujusce Ecclesiæ Doctrinam, ab antiquis Ecclesiæ Conciliis habitam semper fuisse ut certissimam Fidei regulam, pronuntiabat Bossuetius Meldensis Episcopus in sermone sæpiùs laudato: en ipsius verba: *omnia illorum temporum Concilia ostendunt, in his quæ Fidem & disciplinam spectant, sanctos Antecesso-*

(1) Quand on auroit tout le reste, si l'on se detache de la croyance du Souverain Pontife, on est hors de l'Eglise Catholique.

(2) Quiconque ne s'accorde pas avec l'Eglise principale de Rome, est confondu sans discussion; il est convaincu de nouveauté, il s'écarte du centre immobile auquel toutes les lignes doivent aboutir, pour garder l'unité de la Foi.

(3) *Docum. Pastor. super libert. Eccles. Gallic.* Pag. 138. C'est de cette union (avec le Saint Siége) que dépend votre salut.

(5) *Mandat. Pastor. 10. Septembris* 1718. Pag. 16. Que la tradition de cette Eglise, dans laquelle les Apôtres ont répandus leur Doctrine avec leur sang, regle votre croyance. *Et Pag.* 3. La Doctrine de l'Eglise Romaine a servi dans tous les tems de regle aux SS. Peres; ils se sont assemblés non pour la combattre, mais pour reduire ceux qui s'en écartoient.

res nostros Ecclesiam Romanam semper intuitos fuisse, ac illius traditionibus ductos fuisse. (1) Eadem sunt verba Emin. de Mailli, Arch. Remensis in suo Docum. Pastor. 4. Jan. 1717. pag. 24. id pariter significat Illustr. de S. Albin, Camerac. Archi-Præsul in suo Docum. Pastor. 23. Junii 1732. his verbis: *Romam olim consulebant omnes undiquè Catholici, ut de veritate certi efficerentur* (2). Episcopus Bellovacensis in Sermone Synodali an. 1714. *quanta nobis securitas pro regulâ nostrarum decisionum habere judicium hujus æternæ Cathedræ quæ à Petro ejusque Successoribus edocta hæreses non agnoscit?* (3)

Hinc est quòd Galliarum Antistites expressè tradant Ecclesiæ Romanæ non esse inquirere, nùm sua Doctrina cum cæterarum Ecclesiarum traditione concordet, ut de suæ Fidei veritate sit certa, quòd garriunt adversarii nostri; sed è contrà, cæteris Ecclesiis incumbere officium inquirendi num sua cùm Romanâ Doctrinâ conveniat, ut de suæ traditionis veritate tutæ sint: si *Constitutio* Unigenitus, inquit, Cameracensis Archi-Præsul, *fidem subvertit..... non ampliùs necessarium erit ut Ecclesiæ privatæ ad Romanam Ecclesiam recurrant, ut certæ fiant veram Ecclesiæ se tenere Doctrinam; Romanæ è contra erit Ecclesiæ hanc Doctrinæ collationem peragere.* (4) Hoc utitur argumento Cameracensis, ut ostendat adversùs refractarios, Constitutionem *Unigenitus* veræ Fidei apprimè consonam esse.

Hinc est quòd sæpiùs asserant Galliarum Antistites, Romanæ Ecclesiæ, seu in eâ Sedentis Rom. Pontificis, Doctrinæ adhæsionem esse medium *tutè* in Fide ambulandi, ac Sacrum Fidei depositum conservandi. *Cathedræ Petri*, inquit, Episcopus Tullensis in Mandat. Pastor. an. 1714. *communione intimâ atque inviolabili adhæreamus, en medium tutè in Fide ambulandi* (5), Camerac. Archi-Præsul in Docum. modò laudato: *priscis ac faustis illis temporibus*, inquit, *in quibus Spiritus Apostolicus potissimùm vigebat, Epis-*

(1) Tous les Conciles de ces tems font voir, qu'en ce qui touchoit la Foi & la Discipline, nos saints prédécesseurs regardoient toujours l'Eglise Romaine, & se gouvernoient par ses traditions.

(2) C'étoit à Rome qu'on s'adressoit autrefois de toutes les parties du monde, pour s'assurer de la vérité.

(3) Quelle assurance pour nous d'avoir pour regle de nos décisions, le jugement de cette Chaire éternelle, qui, enseignée par S. Pierre & ses Successeurs, ne connoit point d'Hérésies?

(4) *Docum. Pastor. advers. Consultat. Advocator.* Pag. 12. & 13. Si la Constitution *Unigenitus* renverse la Foi..... il ne faudra plus que les Eglises particulieres recourent à l'Eglise Romaine, pour s'assurer que la Doctrine qui s'enseigne chez elle est la Doctrine de l'Eglise: ce sera au contraire à l'Eglise Romaine, à faire les frais de cette confrontation.

(5) Attachons nous à la Chaire de Saint Pierre par une Communion intime & inviolable: c'est le moyen de marcher surement dans la Foi.

copi tutius non agnoſcebant medium Fidei puritatem ſervandi, ac novatores comprimendi, quàm ad Eccleſiam Romanam, tanquàm ad ipſorum oraculum, confugere (1). Illuſtr. de Ratabon, Vivarienſis Epiſcopus: *ut conſervemus*, inquit, *Sacrum Fidei depoſitum, Eccleſiæ Capiti, in Petri Cathedra Sedenti, adhæreamus.* (2) Epiſcopus Maſſilienſis in Docum. Paſtor. *contre deux Sermons de Geneve, &c.* edito an. 1736. *noſtra*, inquit, *viſibili Eccleſiæ capiti obedientia, veritati nos addictos eſſe probat.* (3) Tandem Illuſtr. de Fenelon, in Docum. Paſtor. 29. Junii an. 1714. num. VI. *quandò quis*, ait, *in Eccleſiæ-Romanæ communione manet, integram & perfectam religionis Chriſtianæ ſoliditatem tenet. Quicunque hujus Eccleſiæ, quæ ſemper eſt virgo Doctrinæ, adhæret, de ſuæ Fidei puritate tutus eſt* (4).

Si his omnibus nondùm ſuadentur adverſarii noſtri, Eccleſiæ Romanæ ſeu Sedis Apoſtolicæ Doctrinam, tanquam certiſſimam Fidei regulam, ab Epiſcopis Gallicanis agnoſci; edoceant nos, quid ampliùs requiratur, illudque addemus; at ſedulò priùs animadvertant ex allatis teſtimoniis hæc manere certa ac indubia, 1°. Quòd ſemper ac perpetuò neceſſe erit ut omnis Eccleſia cum Romana in Doctrina Fidei conſentiat. 2°. Quòd Romanæ Eccleſiæ Doctrinæ adhærere, perindè ſemper erit ac veram Eccleſiæ Doctrinam profiteri. 3°. Quòd hæc Romana Eccleſia, veræ Eccleſiæ ac veræ Doctrinæ ſempiterna ſit nota. 4°. Quòd æternæ Eccleſiæ eò ipſo veræ Eccleſiæ membra eſſe deſinerent, quò à Romanæ Doctrinâ diſſentirent. 5°. Quòd hujuſce Eccleſiæ Romanæ traditio Chriſtianorum Fidei regula eſſe debeat ac ut talis à tota retrò antiquitate, à ſanctis Patribus & Conciliis ſemper habita fuerit. 6°. Quòd Romanæ non eſt Eccleſiæ inquirere nùm ſua traditio cum cæterarum Eccleſiarum Doctrinâ concordet, ut de ſuæ Fidei veritate ſit certa, ſed è contra cæteris Eccleſiis incumbere officium inquirendi, nùm ſua cum Romanâ Doctrinâ conveniat, ut de ſuæ traditionis puritate tutæ ſint. 7°. tandem quòd inviolata Eccleſiæ illi Romanæ adhæſio,

(1) *Page* 10. Dans ces tems heureux où l'eſprit Eccleſiaſtique étoit encore dans toute ſa vigueur, les Evêques ne trouvoient point de moyen plus certain de conſerver la pureté de la Foi, & de reprimer les Novateurs, que de recourir a l'Egliſe Romaine comme à leur oracle.

(2) *Mand. Paſtor.* 1. *Septembris an.* 1718. Pag. 4. Pour conſerver le ſacré dépôt de la Foi, demeurons uni au Chef de l'Egliſe, qui eſt aſſis dans la Chaire de Saint Pierre.

(3) *Page* 19. Notre ſoumiſſion au Chef viſible de l'Egliſe, eſt une preuve de la vérité que nous ſuivons.

(4) Quand on demeure dans la Communion de l'Egliſe de Rome, on tient l'entiere & parfaite ſolidité de la Religion Chrétienne.... Quiconque demeure uni à la Doctrine de cette Egliſe, toûjours vierge, ne hazarde rien pour ſa Foi.

adhæsio, certissimum sit medium in Fide tutè ambulandi: quæ omnia manifestissimè demonstrant Ecclesiæ Romanæ seu Sedis Apostolicæ Doctrinam, juxta Gallicanos Antistites certissimam esse Fidei regulam.

Hoc semel de Gallicanis Episcopis stabilito, nulli dubium esse potest, quin apud ipsos hujusce Ecclesiæ Romanæ Doctrina confundendis Hæreticis omnino sufficiat; unde in hujusce tam aperti consectarii probationem à congerendis Gallorum Antistitum testimoniis supersedendum esse duximus; unum audi Cameracensem Archi-Præsulem D. de S. Albin, qui non modò præsentem Galliæ, sed & antiquam Sanctorum Patrum, ac universæ Ecclesiæ sententiam nobis exponere se significat: ***Tertullianus***, inquit, in suo Docum. Pastor. contra Consult. Advoc. Paris. ***Adhuc Catholicus non aliis armis ad impugnandos sui temporis Hæreticos utebatur, quàm Ecclesiæ Romanæ autoritate, nec ipsis vèl permittebat ut disputarent aut proferrent scripturas quas habebat ut fundum qui eorum non erat, ac ut thesaurum à quo tenebantur abstinere; haud opus est, ipsis inquiebat, examinare hæc sacra monumenta quæ ad Ecclesiam pertinent, & quorum Ecclesia fidelis est Custos. Romanæ habemus Ecclesiæ autoritatem quæ nobis sufficit: quàm felix ista Ecclesia cui totam Doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt!*** (1). Ita planè, candide Lector, juxta Galliarum Antistitum sententiam, hujusce Ecclesiæ Romæ fundatæ autoritas confundendis ac refutandis Hæreticis satis est; non sola Ecclesiæ universalis traditio, sed etiam hujusce peculiaris Romanæ Ecclesiæ Doctrina confutandis omnibus Hæreticis una sufficit. ***Ecclesiæ Romanæ traditio***, inquit, Emin. Card. de Rohan, ***omnes Hæreticos confundit*** (2). ***Hâc quæ in Cathedrâ principali traditur Doctrinâ***, pronuntiabat Episc. Bellovacensis in Serm. Synod. an. 1714. ***Hæreses evertere à Magno Iræneo nos edocemur.*** (3) Verùm de hâc ipsâ re latiùs infrà disseremus.

(1) *Pag.* 10. Tertulien encore Catholique n'avoit point d'autres armes pour combattre les Hérétiques de son tems, (que l'autorité de l'Eglise de Rome). Il ne leur permettoit pas même d'entrer en dispute, ni d'alleguer les Ecritures, qu'il regardoit comme un fonds qui ne leur apartenoit pas, & comme un trésor auquel il ne leur étoit pas permis de toucher; sans examiner, leur disoit-il, ces prétieux monumens qui apartiennent à l'Eglise, & dont elle est la fidéle dépositaire, nous avons l'autorité de l'Eglise Romaine qui nous suffit; heureuse Eglise, à qui les Apôtres ont enseigné toute la Doctrine qu'elle professe, Doctrine d'autant plus sûre & plus autentique, qu'ils l'ont scellée de leur propre sang.

(2) *Mandato Pastor. 7. Junii* 1718. pag. 11. La tradition de l'Eglise de Rome confond tous les Hérétiques.

(3) C'est par la Doctrine enseignée dans cette Chaire principale, que le Grand Saint Irénée nous apprend à détruire les Hérésies.

§ IV.

Ex Gallorum Antistitum ad Irenæi locum Doctrinâ in Paragraphis præcedentibus expositâ jure colligitur, & colligunt ipsi Sedem Apostolicam seu Ecclesiam Romæ fundatam à Fide deficere non posse.

QUòd illa Ecclesia Fidei indeficientis privilegio gaudeat, quæ vi sui primatûs seu principatûs, ceteris se-cum sentiendi necessitatem imponit, cum quâ ceteræ semper ac jugiter in Doctrinâ Fidei convenire debent, cujus traditio ceteris est Fidei regula, ac confundendis Hæreticis omnino sufficit, tam clarum illud, tam evidens est, ut magìs esse non possit, nec inficiantur adversarii nostri qui eas prærogativas, non aliam ob caussam, Romanæ Ecclesiæ abjudicant, quàm quòd illæ certissimè ac apertissimè adstruant illius infallibilitatem; unde in eo probando immorari, Lectoris indulgentiâ abuti censeremus.

Verùm disputatur num illæ prærogativæ competant Ecclesiæ Romæ fundatæ seu Sedi Apostolicæ juxta sinceram Irenæi textûs interpretationem: negant Romanæ infallibilitatis osores; affirmant illius defensores: quid Gallicani Præsules? Istis subscribunt, & cum eisdem eas prærogativas Sedi Apostolicæ seu Ecclesiæ Romæ fundatæ asserunt & vindicant; id constat ex Paragraphis præcedentibus. Quid restat igitur nisi ut fateamur veridici Gallicanos Antistites, quemadmodum ceteros inerrantiæ Pontificiæ cultores, probè intellexisse Sedis Apostolicæ seu Ecclesiæ Romæ fundatæ infallibilitatem laudatâ Irenæi sententiâ manifestè stabiliri, ac confirmari. Id autem eò confidentiùs de Gallicanis Episcopis pronuntiamus, quòd vèl ipsi hoc Irenæi testimonio pro asserendâ Sedis Apostolicæ seu Ecclesiæ Romæ fundatæ infallibilitate passim utantur; si dubitas, consule inter alios Emin. de Bissy, in Docum. Pastor. 14. Junii 1718. pag. 14. Illustr. de Languet, in Monito 2°. adversùs suæ olim Diœceseos refractarios pag. 51. Illustr. de Fenelon, in Mand. Pastor. 9. Junii an. 1714. Num. VII. (1); Illustr. de S. Albin, Cameracensem alterum Archi-Præsulem in Docum. Pastor. contra Consultationem Advocat. pag. 10. Illustriss. de Belsunce, Episcopum Massiliensem in Docum. Pastorali, *contre deux Sermons prêchez à Genéve*, Part. primâ, pag. 20. Eminen de Tencin, in Docum. Pastor. ad suæ Diœcesis Archi-Presbiteros dato an,

(1) *In collectione Mandator.* Pag. 508. 509.

1718. Hi omnes quorum verba infrà subjiciemus (1) inter varia, quæ plenâ manu congerunt, veterum testimonia, laudatum Irænei textum citant ac laudant, ipsique potissimum insistunt, ut evincant Sedem Apostolicam, Ecclesiam Romæ fundatam à verâ, à Catholicâ Fide nunquam fore defecturam.

(1) *V. excerpta è Mandatis & Docum. Pastor. Gallorum Antistitum ad calcem hujus voluminis subjecta.*

Et hæc sufficiant ad certò dignoscendam Germanam circa celebrem Irenæi locum Gallorum Antistitum sententiam, quæ una eadémque sit ac Romanæ infallibilitatis Assertorum, quæque singula adversariorum commenta non minùs evertat, quàm solidè ostendat S. Irenæum, Magnum dico Galliarum Episcopum ab ipsis Apostolorum discipulis institutum, qui Ecclesiastici regiminis formam quam Christus Apostolis delineaverat ac Apostoli Ecclesiis tradiderant ignorare non potuit, Sedis Apostolicæ infallibilitati planè suffragari.



CAPUT IV.

Celebris S. Augustini locus : Causa finita est, &c. *interprete Gallorum Antistitum ordine supremum ostendit ac irreformabile esse Sedis Apostolicæ judicium.*

CUM plures ex Africâ Episcopi in Urbe Carthaginensi ac Milevitanâ congregati Pelagianos errores damnassent, Innocentium Pontificem maximum datis ad eum literis rogarunt, ut latam ab eis contra Pelagianos sententiam suâ autoritate confirmaret. Æquissimis ipsorum votis annuit Romanus Pontifex, ac illorum contra Pelagianam Doctrinam judicium Apostolico rescripto confirmavit. Vix autem certa hujusce Sedis Apostolicæ decreti notitia ad S. Augustinum pervenit, cùm statim pronuntiat toties ventilatam Pelagianorum causam, rescripto Sedis Apostolicæ laudata Africæ peculiaria Concilia confirmante, fuisse demum finitam: ***jam enim***, inquit Sermone 131. aliàs 2. de verbis Apost. cap. 10., ***d. hâc causâ duo Concilia*** (Africana) ***missa sunt ad Sedem Apostolicam, indè etiam rescripta venerunt. Causa finita est : utinam aliquando finiatur error !*** Quo tempore sanctus Doctor id affirma-

bat, vix pauci fluxerant menses à lato Innocentii Decreto, ut cum aliis observant doctissimi Benedictini in præfatione Tom. 10. Operum S. Augustini, Episcopus Cabillonensis in suâ primâ ad D. de Grugé Advocatum Generalem Epistolâ datâ an. 1715. (1); Turnelius de Eccles. Tom. 1. quæst. 3. art. 2. pag. 346. D. de Montagne Doctor Sorbonicus, in Turnelio contracto, Tract. de Gratiâ disput. 1. art. 2. §. 1. Celebris apud Gallos Author operis inscripti: ***refutation de l'apel au futur Concile*** pag. 110. aliique passim eruditi Galliæ scriptores.

Hoc porrò sancti Doctoris effato fieri manifestum quòd tanquam suprema, ac pro finiendis Fidei controversiis decretoria ab Augustino habita fuerint Sedis Apostolicæ judicia, gravissimi intellexere undique theologi. Quid enim, inquiunt, si ea errori ac reformationi obnoxia censuisset, si necessarium ad finiendas Fidei causas existimasset universalis Ecclesiæ judicium, num causam Pelagianorum finitam dixisset statim ac prolatam in ipsos à duobus Provincialibus Africæ Synodis damnationem à Sede Apostolicâ fuisse confirmatam accepit? Innocentii decretum aliquorum Africæ Episcoporum sententiam confirmans profectò non erat judicium universalis Ecclesiæ, nec quale ab adversariis intelligi solet, majoris Episcoporum partis; & tamen eo finitam fuisse Pelagianorum causam prædicat Augustinus.

Nec quisquam regerat, pergunt, Pelagianam hæresim ab Ecclesiâ universali jam fuisse proscriptam, quo tempore S. Augustinus finitam illorum causam affirmabat: id enim primò gratis prorsus asseritur, nullibi probatur, ac nunquam probabitur: tam properæ ab Ecclesiâ universali latæ damnationis nullum in Historiâ totâ, nec levissimum extat vestigium; adducunt quidem qui id effutiunt, plura Augustini loca ex Epistolâ ad Optatum, ex Libris ad Bonifacium, ex Libris adversùs Julianum, &c. Itèm Marii Mercatoris, & S. Prosperi testimonia, quibus Pelagiana Heresis, ***à toto orbe***, ***manu mundi***, ***universali Episcoporum subscriptione*** proscripta dicitur; at hæc testimonia, quæ invictè demonstrant tunc temporis, id est pluribus, à lato Innocentii Decreto, annis elapsis, Pelagianos errores ab Ecclesia universali fuisse damnatos, probant-ne eos ab Ecclesiâ universali jam fuisse proscriptos, quo tempore Augustinus in suo Sermone ***de verbis Apos-***

(1) *Hæc Epistola legitur in Libello gallicè inscripto*, Tocsins avec les Ecrits &c. *Typ. furtivis edito an. 1716.*

toli affirmabat caufam Pelagianorum effe finitam, id eft, vix elapfis feptem aut octo à lato Innocentii Decreto menfibus? Qui hæc nobis objiciunt nunquid ignorabant, quod nefcit nemo in Hiftoriâ Ecclefiafticâ minimè hofpes, quod ipfimet non femel teftantur, laudata Auguftini & aliorum loca ex iis excerpta effe operibus, quæ non nifi poft aliquot annos à lato Innocentii decreto elucubrata fuerunt; ad mentem revocent epocham Innocentiani decreti, epocham Auguftiniani Sermonis, *de verbis Apoftoli*, quo caufam Pelagianorum jam finitam affirmat, epocham aliorum Auguftini, Marii Mercatoris, & S. Profperi operum, quæ irrito labore hâc in re congerunt; has epochas omnes & apud alios ipfi legêre, necnon vel ipfi non femel retulêre; temporum ordinem minimè perturbent, & ab his, fi una quæritur veritas, divendendis fabulis abftinebunt, quæ ad fucum incautis faciendum unicè valeant.

I I. Verùm pergunt iterum inerrantiæ Pontificiæ cultores, fuerit, fi placet, Innocentii decretum jam tunc, id eft aliquot menfium fpatio, Ecclefiæ univerfalis fuffragio roboratum; num etiam hoc Ecclefiæ univerfalis judicium Auguftino jam tunc exploratum fuiffe probabitur? Quis facilè concipiat tam brevi temporis fluxu decretum Innocentii non folùm à tot per Orientem & Occidentem Epifcopis fuiffe acceptatum, fed etiam hanc univerfalem acceptationem ad Auguftini notitiam jam perveniffe? Id-ne fuadet tot retrò feculorum experientia, vel æqua rei ponderatio? Id tamen ulteriùs ab iis effet folidè probandum, qui contendunt Auguftinum caufam Pelagianorum ideò finitam pronuntiaffe in fuo *de verbis Apoftoli* Sermone, quia illorum hærefis univerfalis Ecclefiæ judicio damnata jam fuerat.

I I I. Tandem profequuntur laudati Theologi, hæc omnia concedantur adverfariis. Quo tempore S. Auguftinus caufam Pelagianorum finitam in loco citato affirmabat, Innocentii judicio jam complauferit univerfalis Ecclefia, hujufce etiam Ecclefiæ confenfus jam fuerit Auguftino notus; quid indè? Pondera Auguftini verba, non dicit caufam Pelagianorum Ecclefiæ univerfalis autoritate fuiffe finitam, hujufce Ecclefiæ univerfalis judicii nulla in citato Auguftini textu fit mentio; quâ ergo autoritate finitam illam effe pronuntiat? *de hâc causâ*, inquit, *duo Concilia*, nempè Africana quæ erant Provincialia, *miffa funt ad Sedem Apoftolicam*, *indè refcripta venerunt*, *caufa finita eft*: vide quænam fit apud Auguf-

tinum illa autoritas quâ finita fuit causa Pelagianorum, rescriptum videlicet Sedis Apostolicæ, Innocentii nempe decretum, quo duo Concilia Africana confirmabat, non aliam, non ulteriorem laudat autoritatem; de Ecclesiæ universalis judicio nec verbum; porrò si unam Ecclesiæ universalis autoritatem ad finiendas Fidei causas sufficere censuisset, hanc adduxisset, utpote necessariam, quâ solâ probaret ac probare posset causam Pelagianorum jam fuisse finitam; satis non habuisset afferre judicium Sedis Apostolicæ confirmans duo Provincialia Africæ Concilia, ut ostenderet causam Pelagianorum esse finitam; illud enim Sedis Apostolicæ judicium non erat judicium Ecclesiæ universalis, ideóque ex eo minimè probasset finitam jam fuisse illorum causam. Attamen Augustinus nullâ Ecclesiæ universalis mentione factâ, unâ laudatâ Sedis Apostolicæ autoritate quâ duo Africana Concilia confirmabantur, finitam Pelagianorum causam asseverat. Quare? si nuda, si simplex placet veritas; si vera, si germana attenditur Augustini mens ac sententia, in promptu ratio est; quia nimirum Fidei causas non solo Ecclesiæ universalis judicio, sed etiam unâ Sedis Apostolicæ *adversùs quam portas inferi nunquam prævalituras esse* tradebat (1), autoritate finiri pro certo tenebat; quia adfirmandam Catholicorum Fidem *sufficere* credebat illius Ecclesiæ *judicium in quâ primum Apostolorum suorum voluit Dominus gloriosissimo Martyrio coronari*, ac superfluum *Orientis Episcoporum*, ideóque Ecclesiæ universalis, licet ea sibi innotuisset, *commemorare sententiam*: quia didicerat *Innocentium Ecclesiæ Romanæ præsidentem non potuisse Africanis respondere Conciliis, nisi quod antiquitus Apostolica Sedes & Romana cum ceteris tenet perseveranter Ecclesia*: ideóque Innocentium in suo dogmatico ad Africanos rescripto *non potuisse* nisi veram & antiquam Ecclesiæ Doctrinam exhibere & consequenter *non potuisse* in judicio dogmatico errorem propinare (2).

Hæc inerrantiæ Pontificiæ vindices ad laudatum Augustini textum, quibus quàm validè, quàm potenter ipsorum sententia confirmetur, Lector eruditus ipse judicet.

Mirum, ut Doctissimo viro observatum fuit, quantùm hic S. Augustini locus nostros torqueat adversarios, adeóque nihil mirum, si ad ejusdem loci vim elevandam in omnem partem se verterint, nullúmque non moverint lapidem. Alii contendunt Augustinum significare dumtaxat voluisse causam Pelagianam finitam fuisse Romæ, non verò alibi (3). Alii hanc interpretationem rejiciunt

(1) *In Psalm. contra partem donati* 9. Tom. edit. Benedict.

(2) *Lib. I. contra Julian.* Ca. 4. *Nudus August. textus infra describitur.* Pag. 72.

(3) *Maimburg. in tract. Histor. de Eccles. Rom. Privilegiis.* Cap. 28.

tanquam *abscissam*, & fatentur causam Pelagianorum ad mentem Augustini *absolutè & simpliciter* fuisse finitam; sed non eo sensu, quòd à Concilio Generali retractari non posset, ad illúdque deferri tanquam ad Tribunal Pontificio superius (1). Alii tradunt causam ab Augustino post Innocentii rescriptum finitam dici, non quòd existimaret judicium Sedis Apostolicæ esse se solo infallibile, sed *ob alias rationes quæ huic causæ Pelagianorum adjungebantur* (2). Alii docent, Augustinum dixisse causam esse finitam *præsumptivè potius quàm asseveranter*, (plûtôt par présomption que par assurance), quia nempe præsumebat Pelagianos Pontificio Decreto fore cessuros (3). Alii observant Augustinum bis tantum tot in operibus adversùs Pelagianos elucubratis dixisse ipsorum causam Sedis Apostolicæ judicio Africana concilia confirmante fuisse finitam, atque aliis argumentis sæpius contra ipsos usum fuisse; unde concludunt illud argumentum, quod ex autoritate Sedis Apostolicæ desumebat, firmum satis Augustino visum non fuisse (4). Alii contendunt causam ab Augustino dici finitam, non quòd nullum superius esset judicium, sed quia post damnationem Romani Pontificis Pelagianorum causa omni defensione spoliata erat (5). Alii, rejectis horum omnium interpretamentis, fatentur ac pro certo tenent causam esse finitam apud Augustinum, perinde esse ac judicio infallibili & ineluctabili definitam fuisse, unde alias excogitarunt evadendi rationes. Cùm autem unusquisque in suo sensu abundare voluerit, in varias etiam partes abierunt. Alii declarant finitam fuisse ad Augustini mentem Pelagianorum causam, quia aperta quæstio erat, & aliunde Pontificiis Innocentii & Zosimi Decretis Ecclesiæ consensus ubique accesserat; ità Autor defensionis declar. Cleric. Gallic. Parte 2. Lib. 14. cap. 4. *En ergo*, inquit, *quid sit illud, causa finita est. Finita quidem est ubi aperta quæstio est, & ubique consensus ut in Pelagianâ causâ.* Alii tandem, jam enim tædet ceteros lascivientis ingenii fœtus exponere, pronuntiant non causæ Pelagianæ perspicuitatem, sed Ecclesiæ universalis judicium ac consensum in causâ fuisse cur S. Augustinus dixerit finitam esse causam Pelagianorum. Ità præ ceteris Turnelius in Tract. de Ecclesi. Tom. 2. Quæst. 5. art. 3. pag. 246. Isti tamen omnes non aliis testimoniis probant universalis Ecclesiæ consensum Innocentii Decreto accessisse quàm iis, quæ abunde suppeditant S. Prosper, Marius Mercator, & ipse S. Augustinus; sed in operibus quæ non nisi post aliquot annos à lato Innocentii Decreto in lucem

(1) *Natalis Alexand. Hist. Eccles.* Tom. 8. dissert. 4. *In Histor. Seculi XV. & XVI.* Art. 1. §°. 5.

(2) *Anonym. Doctor Lovaniensis de Locis Theologicis.* Tom. 1. dissert. 5. §°. 3. pag. 319.

(3) *Justification des Discours & de l'Histoire Ecclésiastique de M. l'Abbé Fleuri.* Pag. 306. Edition de l'an 1716.

(4) *Dissertation sur ce mot de Saint Augustin, causa finita est.* Edit. an. 1718. pag. 15.

(5) *Dupin de antiquâ Eccl. Discipl.* Dissert. 5. cap. 2. pag. 170.

edita fuerunt : Quo sanè tempore Ecclesiam ubique Pontificiis Innocentii & Zosimi Decretis consensisse, nec latet Tyrunculos.

Observare debuissent, quòd apprimè noverant, Augustinum vix paucos post menses à lato Innocentii decreto publicè pronuntiasse ***causam*** Pelagianorum ***esse finitam;*** ideóque probandum ipsis fuisset jam tunc Innocentii judicio accessisse ubique Episcoporum consensionem, ídque tunc etiam Augustino innotuisse. Adducit quidem Turnelius in loco modò citato Concilium Hierosolymitanum, in quo ***damnatum*** jam tunc fuisse ***Pelagianorum errorem*** nitidè declarat; verùm id falsum esse non modo Orosius, Augustinus, totáque historicorum, tùm veterum, tùm recentiorum series ostendunt, sed & ipse Turnelius, ubi Serenus, ubi Pontificibus Romanis minimè infensus, in tractatu nempe de Gratiâ, Tom. 1. Quæst. 3. pag. 170. Ibì certis historiæ legibus insistens, nec præjudicatis ac malè consarcinatis responsionibus indulgens, totus in exponendis ac enumerandis variis, quibus Pelagiana hæresis proscripta fuit autoritatibus incumbens, in Concilio Hierosolymitano cuï unus aderat & præerat Episcopus, Joannes nempe Hierosolymitanus unà cum pluribus suæ Ecclesiæ Presbiteris hoc scribit Doctor Sorbonicus: ***Pelagii responsionem avidè arripuit Joannes Hierosolymitanus Pelagio favens, ut ab ipso sententiam damnationis averteret, atque parti utrique imposito silentio res tota delata fuit ad judicium Innocentii I. S. Pontificis.*** En ipso testante Turnelio quid gestum fuerit in Concilio illo Hierosolymitano, in quo damnatum fuisse Pelagii errorem dicere voluit in tract. de Ecclesiâ, ut probaret Ecclesiam universam Innocentii judicio jam tunc accessisse, cùm Augustinus finitam esse causam pronuntiabat.

Ut ut sit de tot istorum in citatum Augustini locum observationibus, notis ac interpretationibus, quæ num fuerint excogitatæ, ut textui lux adferretur, an potiùs ut ejus nativa claritas obrueretur, penès Lectorem sit judicium. Interim en tela, en machinæ quibus argumentum ex Augustino petitum diruere tentant Romanæ infallibilitatis osores. Nunc inquirimus quibus adstipulentur Gallicani Præsules, quomodo laudatum Augustini textum interpretentur. Sedulò jam expendimus num Galliarum Antistites Pontificiæ inerrantiæ cultorum argumenta ex citatis Augustini verbis desumpta infirment, an potiùs novum suâ autoritate pondus illis adjiciant.

Porrò certum est Gallicanos Episcopos non solùm eas Augustini interpretationes quæ ad infirmandam ejus de infallibilitate Pontificiâ

ciâ ſententiam conducunt non approbaſſe, nec ſuas feciſſe, ſed illis directè contrarias conſtanter attuliſſe. Certum eſt Auguſtini verba à Gallicanis Epiſcopis ità fuiſſe intellecta, ut invictè demonſtrent Innocentii decretum tanquam ſupremum & irreformabile à Sancto Doctore habitum fuiſſe independenter à conſenſu univerſalis Eccleſiæ. Uno verbo Pontificiæ infallibilitatis defenſores nihil fortius, nihil validius attulère ad confirmandum pro ſuâ ſententiâ ex Auguſtino depromptum argumentum, quàm quod aſſerunt Galliarum Antiſtites. Quid igitur ampliùs deſiderares ab Illuſtriſſimis ſcriptoribus? Utrùm res ità ſit, mecum jam expende candide Lector.

Omnes adverſariorum conatus eò tendunt, vel ut probent *cauſam eſſe finitam* apud Auguſtinum minimè ſignificare cauſam ſupremo & ineluctabili judicio eſſe definitam: vel ut probent Pelagianorum cauſam ab Auguſtino non ideo dici finitam quòd ea à Sede Apoſtolicâ jam fuerit judicata, ſed quia Innocentii decreto jam acceſſerat Eccleſiæ univerſalis conſenſus, quo ſolo manifeſtato Fidei cauſæ revera ſint ac dici debeant finitæ; Gallicani ex adverſo Præſules affirmant. 1°. Pelagianorum cauſam ab Auguſtino non ideo dici finitam quòd ab Eccleſiâ univerſali jam fuerit judicata, ſed quia Sedes Apoſtolica ſeu Innocentius ſuum circa eam jam protulerat decretum, ità ut non Eccleſiæ univerſalis conſenſus vel judicium, ſed dogmaticum Innocentii reſcriptum in causâ fuerit cur Auguſtinus finitam Pelagianorum cauſam obſervaverit. 2°. Hanc eſſe germanam Auguſtini ſententiam tam exploratum eſſe contendunt, ut ex ipſo Auguſtino demonſtrent ad contundendam Hereticorum pertinaciam non requiri Eccleſiæ univerſalis judicium, ſed unam ſufficere Sedis Apoſtolicæ autoritatem. 3°. Pro certo ac ipſos etiam apud novatores in confeſſo tenent: *cauſam finitam* in phraſi Auguſtianâ perinde eſſe ac *judicio ſupremo*, *irreformabili & indeclinabili* definitam. En vera, en conſtans Gallorum Antiſtitum Doctrina ad celebrem Auguſtini locum ſæpius laudatum, quæ quidem ut omnibus nitidè elucefcat.



§. I.

S. Augustinus in loco citato Pelagianorum causam finitam, *juxta Gallicanos Antistites, non ideo pronuntiat, quòd illorum hæresis ab Ecclesiâ universali jam fuerit proscripta, sed quia de eâ judicium dogmaticum protulerat Innocentius primus Romanus Pontifex.*

I. PRodeat hìc primus Illustr. de Fenelon, Camerac. Archi-Præsul pietatis ac summæ eruditionis laude tàm apud Gallos, quàm apud Catholicos omnes celebratissimus. *S. Augustinus*, inquit, in suo Mand. Pastor. an. 1714. num. v. (1) *paucis verbis & quidem solâ autoritate Pelagianorum objectiones resolvit. De hâc causâ, inquit S. Doctor, duo peculiaria Africæ Concilia missa sunt ad Sedem Apostolicam: indè rescripta venerunt: causa finita est: nihil clarius: procul à nobis cuncta vana subtilitates; ante ea rescripta quæ Româ venerunt, duo Africana Concilia causam minime finiebant; at ea finita fuit eo ipso momento quo Romana rescripta venerunt: eo ipso momento judicium evasit juxta ipsos Novatores infaliibile, finale, supremum & irrevocabile. En precisè tempus quo causa finita fuit, nec ante, nec postea fuit finita.* Quid apertius, quid luculentius invenies apud infallibilitatis Pontificiæ Patronos ad expositionem hujusce Augustini textûs? Quid validius ad exsufflandas omnes adversariorum cavillationes? Enimverò quid eò loci Pelagianis objicit Augustinus juxta eruditum Antistitem? Num causæ perspicuitatem ob quam causa meritò finita dici possit? Somnia, vana subtilitas. *Unam*, juxtà doctissimum Præsulem, opponit *autoritatem.* At hæc autoritas num tanta erat ut omnibus Pelagianorum perfugiis occurrere valeret? Ità planè, pergit eruditus idem Antistes; judicium ipsis Augustinus opponit, quo *causa finita erat.* At cujusnam erat illud judicium? Ecclesiæ profectò universalis?

(1) *In collectione Mandator.* Pag. 502. & 503. Saint Augustin tranche en deux mots par pure autorité (les plaintes des Pelagiens). On envoyé, dit-il, au Siége Apostolique les [illegible]tes des deux Conciles particuliers d'Affrique sur cette cause. IL EST VENU DES RESCRITS DE ROME, LA CAUSE EST FINIE. Rien n'est [illegible] clair, mes très-chers Freres; loin de nous [illegible] les vaines subtilités. Avant les Rescrits qui vinrent de Rome, les deux Conciles d'Afrique ne finissoient point la cause; mais elle fut finie dès le moment que les Rescrits de Rome furent venus. Dès ce moment, le jugement de[illegible]int, selon le langage du parti, infallible, final, suprême, irrévocable. Voilà une datte précise: la cause ne fut finie ni plûtôt ni plus tard.

Nequaquam, ſed Romani Pontificis, & nè quis ad id ſatìs non attenderet, majuſculis literis delineatum voluit Cameracenſis. At quo tempore cauſam finitam cenſuit S. Auguſtinus per reſcriptum Romanum? Quando nimirum Eccleſiæ conſenſus ipſi acceſſit? Falleris, *vana hæc* rurſus *ſubtilitas* juxta Cameracenſem, *quæ* contemni, *quæ procul à nobis eſſe debet*. Finita fuit apud Auguſtinum Pelagianorum cauſa *eo ipſo momento quo* à Sede Apoſtolicâ reſcripta venerunt, quibus *particularia* duo Africæ Concilia confirmabantur. Eo preciſè tempore Pelagianorum hæreſis *judicio*, vel ipſis confitentibus Novatoribus, *infallibili*, *ſupremo*, *& irrevocabili* proſcripta fuit; *nec anteà*, cùm duo particularia Africæ Concilia cauſam *minimè* finirent, *nec poſt*. Verùm, inquis, hujuſmodi fuiſſe Auguſtini mentem non ſatis apparet ex laudato ipſius textu? Imò conteſtatur Cameracenſis *nihil eſſe clarius*; dummodo *procul amandentur tot vana ſubtilitates* ad hanc infirmandam excogitatæ. Quid quæſo ſignificantius, quid clarius proferre potuit Illuſtriſſimus Archi-Præſul, ut palàm faceret S. Auguſtinum cenſuiſſe uno ac ſolo Innocentii reſcripto Africana duo Concilia confirmante finitam fuiſſe Hæreſeos Pelagianæ cauſam. Atque hîc etiam velim obſerves, quòd hanc Auguſtini ſententiam eo præciſè tempore Catholicis auribus inſonaret ac inculcatam deſideraret ſagaciſſimus Eccleſiæ Princeps, quò plures è Galliâ Clementino decreto *Unigenitus* à paucis menſibus edito obtemperare renuebant ſub eo prætextu, quòd ab Eccleſiâ univerſali nondum eſſet acceptatum, nulláque hujuſce acceptationis teſtimonia proferri poſſent. Ex quo ſatìs intelligis, oculate Lector, quàm efficaciter omnia expoſitæ Cameracenſis Doctrinæ ac ſcopo noſtro ſuffragantur.

Et verò proſequitur memoratus Antiſtes in eodem Mandato Paſtorali (1) *cùm Sedes Apoſtolica quatuordecim Epiſcoporum definitionem ſuâ autoritate confirmat, eo ipſo hæc definitio ſupremam obtinet autoritatem. Quis dubitat, inquiunt Refractarii, de veritate tam certâ; at*, pergit, *ſi quatuordecim Epiſcopi audiendi ſunt tanquam Eccleſia univerſalis, dummodo ipſorum judicium à Sede Apoſtolicâ ſit confirmatum, quantò magìs credendum eſt Clementinam Conſtitutionem Unigenitus à tot Epiſcopis receptam, eſſe judicium ſupremum & irrevocabile*. Ità Queſnellianos defectum conſensûs Eccleſiæ univer-

(1) *Ibid.* Pag. 492. Dès-que quatorze Evêques décident de concert avec le Saint Siége, la décifion a l'autorité ſuprême. On n'a garde, dit le Parti, de douter d'une verité ſi certaine. Mais ſi quatorze Evêques doivent être écoutés comme l'Egliſe entiére, pourvû que le S. Siége décide avec eux, à combien plus forte raiſon on doit croire, &c.

falſis Clementino decreto *Unigenitus* ad excuſandam ſuam pertinaciam obtendentes urgebat eruditus Præſul, exemplo nimirùm Concilii Arauſicani ſecundi, cuï aderant 14. tantùm Epiſcopi, quorum tamen judicium eò ipſo ſupremum & irrevocabile evaſit, quò à Sede Apoſtolicâ ratum & firmatum fuit. An ergò cenſebat Eccleſiæ univerſalîs conſenſum eſſe neceſſarium, ut decreta R. Pontificis ſupremam ac infallibilem autoritatem habeant, qui tam diſertè declarat vèl 14. Epiſcoporum judicium eò ipſo tanquam Eccleſiæ univerſalîs vocem exiſtimandum eſſe, quò à Sede Apoſtolica confirmatur? An ergo putabat neceſſarium fuiſſe Eccleſiæ univerſalîs conſenſum, ut judicium Innocentii duo Africana Concilia confirmantis eſſet ſupremum & infallibile, ac Pelagianorum cauſam irrevocabiliter finiret? Cameracenſi Antiſtiti hâc in re concinit Epiſcopus Cabillonenſis his verbis: *quatuordecim Epiſcopi in urbe Arauſicanâ congregati Canones condunt, qui deinceps à ſupremo Pontifice confirmati vim legis habent in totâ Eccleſiâ* (1). Hoc pari Cameracenſis ſcopo ſcribebat Illuſtr. Præſul an. 1715.

II. Audiatur Eminent. de Mailli, Archiep. Remenſis, in ſuo Mandato Paſtor. *occaſione Conſtitutionis Unigenitus*, edito die 10. Sept. an. 1718. *S. Auguſtino*, inquit pag. 9. *perſuaſum erat particularium Conciliorum definitiones à ſummo Pontifice approbatas ad proſcribendam hæreſim ſufficere: unde Pelagianorum cauſam finitam eſſe propugnabat poſt Papæ Innocentii reſcripta quibus confirmabatur judicium Concilii Carthaginenſis & Milevitani contra Pelagianos & cæleſtianos errores pronuntiatum* (2). Si Fides adverſariis, ad proſcribendas hæreſes, ad finiendas Fidei cauſas neceſſarium eſt univerſalîs Eccleſiæ judicium, nec ſufficit Romani Pontificis decretum quo unius vel alterius Concilii Provincialîs ſanctiones dogmaticæ confirmarentur. S. Auguſtinus è contra hujuſmodi R. Pontificis decretum ſufficere exiſtimabat, teſte Eminentiſſimo Præſule; ut autem id probet Archiepiſcopus Remenſis adducit cauſam Pelagianorum, quam finitam eſſe Auguſtinus pronuntiavit poſt reſcriptum Innocentii duo particularia Africæ Concilia confirmantis. Non ergo Pelagianorum cauſam ideo finitam eſſe cenſebat S. Doc-

(1) *Prémiêre Lettre pour ſervir de répenſe à Mr. de Grugé, Avocat Général, &c.* Quatorze Evêques aſſemblés à Orange, forment des Canons, qui, confirmés enſuite par le Souverain Pontiſe, ont force de Loi dans l'Egliſe.

(2) Saint Auguſtin étoit perſuadé que les décitions des Conciles particuliers aprouvés par le Souverain Pontiſe, ſuffiſoient pour proſcrire l'Hereſie; & il ſoutenoit que la cauſe des Pélagiens étoit finie, depuis que le Pape Innocent I. avoit confirmé par ſes Reſcrits aux Evêques d'Afrique, le jugement que le Concile de Carthage & celui de Miléve tenu preſqu'en même tems, avoient prononcé contre les erreurs de Pélage & de Cæleſtius.

tor quòd Innocentii decreto universalis Ecclesiæ consensus adesset, sed quia ad proscribendas hæreses, ac finiendas Fidei controversias, sufficere credebat R. Pontificis judicium quo particularia duo Africæ Concilia confirmabantur. En memorati Cardinalis sententia.

III. Illustr. de Belsunce, Episcopus Massiliensis rationem nitidè tradit ob quam censuit Augustinus Pelagianorum causam esse finitam. *S. Augustinus.*, inquit, in Docum. Pastor. contra aliquos Genevensium Sermones edito an. 1736. Part. 1. pag. 21. *censet causam Pelagianorum esse finitam*, quare? Nùm quia illorum hæresis ab Ecclesiâ universali jam tunc erat proscripta, ut venditant adversarii nostri? nequaquam sed *quia Romana rescripta venerant* (1); hanc unam affert rationem Massiliensis Antistes. Unum pariter affert Illustr. de Languet Senonensis Archi-Præsul Sedis Apostolicæ decretum per quod juxta ipsum finitam fuisse Pelagianorum causam dicebat S. Doctor: *S. Augustinus*, inquit Senonensis in 5. Pastorali Epistolâ ad Clerum Suessionensem Part. 4. Num. CL. pag. 894. *dicebat causam Pelagianorum fuisse finitam per decretum sanctæ Sedis* (2).

IV. Quid respondebat Episcopus Bellovacensis tot Quesnelistarum protestationibus, se tunc nempe Clementino *Unigenitus* decreto cessuros cùm manifestum esset illi subscripsisse universalem Ecclesiam; sed interim illi sinceram præstare obedientiam se non posse quia causa nundum finita erat? Quid, inquam, huic novatorum cavillo respondebat eo tempore, quo revera testimonia nondum proferebantur, quibus constaret universalem Ecclesiam Clementino decreto subscripsisse? Ostendendum Illustrissimo Præsuli incumbebat Quesnelistarum causam supremo judicio jam fuisse finitam; id præstat Bellovacensis ab Augustino edoctus, cujus celebrem sententiam in causâ Pelagianâ prolatam in omnibus Fidei controversiis, ac in illâ etiam quæ tum in Galliis fervescebat, valere minimè dubitabat. Edoceat igitur nos eruditus Antistes quâ præcisè autoritate Quesnelistarum causa jam tunc fuerit finita, ità ut nil ultrà quæri, nil morari posset. *Sedis Apostolicæ*, inquit in Sermone Synodali habito mense Maii 1714. *rescriptis hæc Quesnelii causa finita est. Quid ultrà, quid ampliùs peti potest* (3)? Tam

(1) Saint Augustin, qui croit que la cause des Pélagiens étoit finie, parce que la décision de Rome étoit venuë.

(2) Saint Augustin disoit que la cause des Pélagiens étoit finie par le Décret du S. Siége.

(3) Que peut-on demander de plus? Des Rescrits émanés du Saint Siége ont terminé cette affaire (de Quesnel) *hic Bellovacensis sermo legitur in laudatâ sæpius collectione mandarum.* pag. 119.

clara, tam expressa Bellovacensis sententia num placitis adversariorum faveat, an pro re nostrâ sit decretoria facilè & sinè mentis contentione judicare potest oculatus Lector, ad spectatissimos alios Galliarum Antistites transeamus.

V. Eminentissimus de Tencin, Archiepiscopus Ebredunensis in Documento Pastor. ad suæ Diœceseos Archi-Presbiteros dato an. 1728. sic loquitur pag. 84. *Dominus Joannes Franciscus de Gondi, in suo Mandato edito die 15. Julii an. 1653. id omnibus suadere præcipuè nitebatur, quòd nimirum tempore quo scribebat credere oporteret juxta Optati sententiam, judicium adversùs Jansenianos errores prolatum, clausum & finitum esse, ac juxtà regulam à S. Augustino traditam, finitam esse causam, cùm Romanus Pontifex de eâ pronuntiavit & illius rescriptum est notum seu manifestum* (1). Procul hinc cavillationes omnes, cunctæ subtilitates. Illustrissimus de Gondi, Parisiensis Episcopus, teste Eminentissimo scriptore pro certo tenebat, ac omnibus suadere conabatur clausum jam fuisse ac finitum latum adversùs Jansenianos errores judicium *tempore quò scribebat* die 15. Julii an. 1653. id est vix mense elapso ab edito Innocentii X. decreto contra 5. propositiones Jansenii (hoc enim Romæ publicatum fuit die 9. Junii 1653.) ideóque *tempore* quo Innocentii Constitutio pluribus orbis Catholici partibus necdum nota esse poterat; *tempore* quo eam ab Ecclesiâ universali ullo modo acceptatam fuisse nullâ fronte dici possit; *tempore* quo, etsi ea jam fuisset ubique recepta, id profectò Parisiensi Archi-Præsuli constare absolutò non poterat. Existimabat ergo Parisiensis causam Jansenianorum independenter ab Ecclesiæ universalis consensu fuisse finitam per dogmaticam Innocentii X. Constitutionem. Istud significare voluit Emin. de Tencin, quod apprimè observatum esse cupierat Illustr. de Gondi, causam Jansenianorum jam eo *tempore quo scribebat* fuisse finitam; & quidem meritò; Legatur enim laudatum Parisiensis Archiepiscopi mandatum, ibi multis SS. PP. testimoniis demonstratum invenietur, *quod vi illius Christi Oraculi* : Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat Fides tua, *Doctrinæ veritas in Petri Cathedrâ semper servata fuerit* (2).

Verum, inquies, leviter fortassè credidit Archi-Præsul Parisiensis

(1) Mr. Jean-François de Gondi, Archevêque de Paris, dans son Mandement du 15. Juillet 1653. s'attachoit à faire voir que dans le tems qu'il écrivoit, il falloit croire que selon la parole d'Optat le jugement étoit clos & terminé, & que conformément à la régle donnée par S. Augustin, le Pape ayant jugé, & son Rescrit étant manifesté, la cause étoit finie.

(2) C'est cette promesse, *Ego rogavi pro te Petre ut non deficiat fides tua*, qui a toujours maintenu dans la Chaire d'unité la Doctrine de la vérité.

Janſenianorum cauſam Romani Pontificis decreto fuiſſe finitam independenter ab Eccleſiæ univerſalis judicio ac conſenſu ? imò, regerit Emin. de Tencin, id ille cenſuit, id ſuadere conabatur Optati ſententiam ſecutus, memor Auguſtinianæ regulæ quâ finitæ cenſeri debent cauſæ Fidei, cùm *R. Pontifex de illis pronuntiavit ac notum eſt illius judicium.* Exiſtimabat ergo S. Doctor ad mentem Illuſtriſſimi de Gondi, teſte Emin. de Tencin, ad finiendas Fidei cauſas haud eſſe neceſſarium univerſalis Eccleſiæ judicium, eáſque independenter ab illo finiri per R. Pontificis judicium quod innoteſcat. Et hîc etiam vides Auguſtini ſententiam: *cauſa finita eſt*, ad peculiarem Pelagianorum cauſam non eſſe limitandam, ſed Illuſtriſſimos juxta Epiſcopos in omnibus Fidei cauſis locum habere; adeò verum eſt, quòd adverſarii vanis ſuis ſubtilitatibus ad infirmandam infallibilitatem Pontificiam excogitatis Gallicanos Præſules infenſos ubique experiantur.

VI. Audiamus Illuſtriſſimum Madot, Epiſcopum Cabillonenſem, qui vèl ipſo Queſnelii teſtimonio probat cauſam Pelagianorum ab Auguſtino dici finitam ob hanc, & quidem ſolam cauſam, quòd duplicis Africæ Synodi judicium à Pontifice Romano fuerit confirmatum, proindéque illarum Synodorum Doctrina cum Romanæ Eccleſiæ Doctrinâ concordaret; *Queſnelius fatetur*, inquit in Epiſtolâ ſuprà laudatâ, *Pelagianorum cauſam* apud Auguſtinum *finitam fuiſſe*, quare ? Num quia noverat S. Doctor univerſalem Eccleſiam duplicis Africæ Synodi Doctrinæ ac judicio contra Pelagianos acceſſiſſe ? nullatenus; *ſed unicè quia noverat*, per reſcripta nempè quæ Roma venerant, *Eccleſiam Romanam unam & eandem cum duplici Africa Synodo Doctrinam tenere* (1). *Vidimus*, pergit laudatus Antiſtes, & *nos Galli quando Clementinam Conſtitutionem* Unigenitus *recepimus noſtram Doctrinam cum Eccleſia Romanæ Doctrinâ concordare; dicamus igitur cum S. Auguſtino* cauſa finita eſt, neque hîc appellat Cabillonenſis univerſalis Eccleſiæ conſenſum quo ſolo manifeſtato cum Auguſtino dicendum ſit, *cauſam eſſe finitam;* ſed ità eſſe pronuntiat, quia in causâ Queſnellii Gallicanæ Eccleſiæ Doctrina ad Eccleſiæ Romanæ Doctrinam amuſſitata cum illâ concordat; quemadmodum in celebri Pelagianorum lite rem eſſe finitam declarat Auguſtinus, *unicè quia noverat Ec-*

(1) Queſnel dit que l'affaire fut terminée par la ſeule confrontation de la doctrine des Evêques aſſemblés a Carthage, avec celle de l'Egliſe Romaine. Cette confrontation s'eſt faite parmi nous dans l'acceptation de la Conſtitution; diſons donc avec S. Auguſtin : *Cauſa finita eſt.*

clesiam Romanam, *unam cum duplici Africa Synodo Doctrinam tenere.*

VII. Tandem clarissimum audiamus Galliæ Episcopum qui non modò suam, sed & totius Cleri Gallicani sententiam & quidem perpetuam ac publicis in comitiis sæpius testatam à se nobis exponi significat; Illustrissimum dico de S. Albin, Cameracensium Antistitem; ad plenam tamen rei intelligentiam aliqua præmittere juvat.

De B. Vincentio, Fundatore Prebiterorum Secularium Congregationis Missionis hæc tàm verè, quàm opportunè legebantur in Bullâ ipsius Canonizationis à Clemente XII. Pontifice Maximo datâ Romæ, die 23. Sept. 1737. ac Parisiis autoritate Illustrissimi de Vintimille, Archiepiscopi publicatâ, die 26. Octobris ejusdem anni: *ubi verò responsum Româ venit decretum Successoris Petri* (Innocentii X. contra 5. proposit. Jansenii) *submissâ animi veneratione suscepit Vincentius & exultans in Domino sententiâ Apostolicæ Sedis causam finitam esse*, *ut tandem finiretur error summo studio allaboravit*; quæ Romani Pontificis verba sic fidè in Gallicam linguam translata fuerunt Parisiis eodem anno, Typis Petri Simon Cleri Gallicani Typographi: *aussi-tôt que la réponse fut arrivée de Rome*, *Vincent reçut avec un profond respect le décret du Successeur de Pierre*; *& se réjouissant dans le Seigneur de voir l'affaire finie*, *par la décision du Siége Apostolique*, *il travailla avec tout le zéle possible à faire finir aussi l'erreur.* Hoc Pontificis testimonio planum est quòd S. Vincentius Ecclesiæ universalis consensum haud expectaverit, ut causam Jansenii diceret finitam; hanc censuit finitam *ubi semel* (*aussi-tôt que*) *responsum Româ venit*, quo sanè tempore Ecclesiam universalem rescripto Romano jam subscripsisse nec somniari possit. Hanc causam vir sanctus non Ecclesiæ universalis autoritate *sed Sedis Apostolicæ sententiâ finitam esse* in Domino lætabatur. Id certum & evidens est, si spectetur naturalis & obvia illorum verborum vis ac significatio, si attendatur *Galliarum Episcopos*, ut ibì etiam testatur Clemens XII. causam Jansenianam *ad Cathedram Petri hortante ac suadente Vincentio detulisse*, *ut ibì potissimùm damna Fidei resarciantur*, *ubì nequit Fides sentire defectum*; ac tandem hanc fuisse R. Pontificis mentem nemini rerum haud penitùs ignaro dubium esse potest. Hæc autem quæ authenticis ac quàm pluribus in processu illius Beatificationis monumentis Romæ probata ultrò fuerant, de Beato Vincentio inter

inter alia Clemens XII. recitabat ut illum puræ Fidei *strenuum defensorem ac propugnatorem fuisse* comprobaret atque manifestaret.

Verùm qui è Galliâ sub Gallicanarum, quas ipsi pro nutu fingunt, libertatum prætextu genuinas ac venerandas illius Ecclesiæ libertates pessumdare non cessant, quíque de privilegiis vix aliud scire videntur, quàm sacra Apostolicæ Sedis privilegia nescire, ac irato calamo proscindere, laudata Clementis XII. verba molestè nimis accepêre, utpote quibus præcipua libertatum Gallicanarum fundamenta concuti altiùs inclamare cœperunt, obtendentes juxta regni placita finitas non existimari Fidei causas *statim ac*, seu *ubi Româ rescripta veniunt*, sed ulterius aliquid expectandum esse, Ecclesiæ nimirùm universalis judicium, *quo solo*, non verò *sententiâ Sedis Apostolicæ* causæ Fidei finiantur; unde concludebant memoratam Clementis XII. Bullam *abusivam* esse ac ab eâ legitimè appellari posse; ità præ ceteris nonnulli causidici Parisienses in scripto cui Gallicè Titulus: *Consultation de Messieurs les Avocats du Parlement de Paris, au sujet de la Bulle de N. S. P. le Pape, qui a pour titre*: Canonisatio Beati Vincentii à Paulo, &c.

Iniquas istorum quærimonias simul audivit & sprevit Gallia propè universa, ídque doluit unum, quòd injuriosas illas declamationes è sinu suo prodiisse viderit. Eas autem nativis è quibus emerserant tenebris jam undique addictas refellere neglexissent Galliarum Episcopi, Germani paternarum traditionum ac libertatum vindices, nisi nova in illis refellendis se se obtulisset occasio, in quâ illustria indefessi illius quo supremam Sedis Apostolicæ autoritatem vindicant studii specimina præbere palàm ac vulgare possent. Æquum aliunde erat ut qui Apostolorum Successores se probè noverant, demandato illis officio cæcorum, & maximè domesticorum oculos aperiendi minimè deessent, quo in munere obeundo ceteris præire voluit Illustr. de S. Albin, Docum. Pastor. Parisiis publicè edito die 16. Januar. 1739. in quo *totum* in laudatâ causidicorum consultatione contentum *venenum manifestare sibi propositum fuit* (1).

(1) Pag. 3.

His pro re nostrâ prænotatis ad eam propiùs accedamus & videamus quid objectatis in Consultatione causidicorum Parisiensium Clementis XII. verbis respondeat Illustrissimus Præsul.

I. Miratur ultrà modum laudatis R. Pontificis verbis causidicos, qui Catholici videri volunt, offendi potuisse; atque id ipsis non aliâ de causâ evenisse contendit, quàm quòd apertam S. Au-

gustini aliorúmque Ecclesiæ Patrum, ac præsertim testatissimam Cleri Gallicani Doctrinam penitùs ignorassent. Donanda Causidicis rerum hujus generis ignorantia.

II. Hoc R. Pontificis effatum : ***ubi responsum Româ venit, causa finita est***, depromptum esse tradit à S. Augustino qui in causâ Pelagianâ illud idem pronuntiaverat, quod ibì Romanus Pontifex pronuntiat in causâ Jansenianâ. Hanc sancti Doctoris & Rom. Pontificis, quæ una eadémque est, sententiam ***rectam*** esse ac ***Ecclesiasticæ disciplinæ*** consonam probat ipso Bossuetii testimonio, ac tandem contendit nil ibì proferri à Romano Pontifice, quod centies Gallicani Episcopi non protulerint; tùm adducit hæc Gallicani Conventûs an. 1656. ad Alexandrum VII. Pontificem Max. scribentis verba. ***Causam finierunt Apostolica rescripta, error utinam quoque finiatur!*** (1)

III. Causidicorum objectionis vim minimè dissimulat, quæ quidem in eo præcipuè sita erat, quòd R. Pontifex illis verbis : ***Ubì verò responsum Româ venit***, apertè significaret Beatum Vincentium non Ecclesiæ universalis consensum, non majoris Episcoporum partis judicium expectasse, uno verbo ***nil cunctatum fuisse*** ut ***submissâ animi veneratione*** Innocentii X. decretum ***susciperet*** atque pronuntiaret ***causam*** jam ***esse finitam sententiâ*** nempè unius ***Sedis Apostolicæ***; sed id omne à Vincentio gestum ac pronuntiatum fuisse ***statim ac*** (aussi-tôt que) ***prodiit in lucem*** Innocentii decretum; hoc, inquam, causidicorum argumentum pro nativo animi candore minimè dissimulat Cameracensis; quid ergo respondet? Eam non esse R. Pontificis verborum significationem? Minimè, nimis aperta res erat quàm ut inficiari posset; fatetur & ipse Vincentium juxta Germanam R. Pontificis verborum intelligentiam unius Sedis Apostolicæ autoritatis rationem habuisse, ac ***sine ullâ cunctatione***, sed ***statim*** ac prodiit Innocentii decretum, illi ex animo obtemperasse, & causam finitam pronuntiasse.

Respondet itaque hæc verba R. Pontifici à causidicis ***ridiculè*** exprobrari, respondet hæc verba quæ Pontificiæ autoritati favent à Causidicis pessimè reprehendi tanquam Gallicis auribus insolita ac ingrata; quia, inquit, circa autoritatem Pontificiarum Constitutionum non solùm paria, sed etiam ***validiora ac expressiora*** leguntur ***apud Gallicanos Antistites***, quod potissimùm evincit disertissimo ac celebri Gallorum Episcoporum ad Innocentium X. an.

(1) La cause est finie par les Rescrits Apostoliques, plaise à Dieu que l'erreur aussi prenne fin.

1653. ſcribentium teſtimonio, cuï perpetuam poſteriorum Cleri Gallicani conventuum Doctrinam apprimè conſonam eſſe teſtatur, quod tandem indè aſſerit, quia R. Pontifex pro ſuæ Sedis autoritate, ***nil niſi ab Auguſtino ac purioris antiquitatis fontibus hauſtum, nil niſi communi omnium retro ſæculorum traditioni planè conſentaneum*** illis verbis expreſſit. En tota eruditi Præſulis reſponſio quam Gallicis verbis conceptam, quia longiorem, ad calcem operis ex integro deſcriptam invenies (1). (1) V. N°. II.

Quæro nunc ab adverſariis quid clarius, quid validius pro ſtabiliendâ ac firmandâ aſſertione noſtrâ ab Illuſtriſſimo Præſule proferri potuerit? Dicimus cum Clemente XII. Fidei cauſam eſſe finitam ***ſtatim*** ac R. Pontificis de eâ judicium innoteſcit, ***ſtatim*** ac reſcriptum Româ venit; non Eccleſiæ univerſalis, non majoris Epiſcoporum numeri judicium exſpectantes, uno verbo, ***nil cunctantes.*** Cenſemus non ſolo Eccleſiæ univerſalis judicio, ſed etiam ***ſententiâ Sedis Apoſtolicæ Fidei cauſam finiri.*** Id à nobis ſicut à Clemente XII. teſte Cameracenſi, jure dicitur, rectè ſentitur, nec niſi ***per ſummam ignorantiam ab iis qui Catholici videri volunt*** negari poteſt. Hanc nos contendimus genuinam fuiſſe S. Auguſtini ſententiam; non ſolùm Auguſtini, reſpondet Cameracenſis, ſed & ***omnium retrò ſeculorum traditionis.*** At hæc fortaſſe ſententia quæ Pontificiæ autoritati tantopere favet, à Clero Gallicano reſpuitur? Imò, regerit Cameracenſis, non ſolùm à Gallicanis Epiſcopis conſtantiſſimè ea defenditur ac vindicatur, ſed etiam innumera apud eos invenies teſtimonia quibus ***luculentiùs ac expreſſiùs*** Pontificiæ autoritatis pondus manifeſtetur ac ſuadeatur. Hæc præclariſſimus è Gallis Archi-Præſul non modò aſſerit, ſed Epiſcopali zelo defendit, ac pluribus evincit argumentis. Hæc toti Galliæ declarat publico in Mandato ac documento Paſtorali, ubi noſtrum, datâ operâ, verſat argumentum. Hæc ceteris undique Galliarum Epiſcopis peraccepta ac probatiſſima teſtatur ſummus ipſe quo laudatum Cameracenſis Paſtorale documentum ubique fuit exceptum applauſus, nec non univerſalis ipſorum, ut ſuprà vidimus, in eâdem retinendâ ac prædicandâ Doctrinâ concentus. Quid ergo ſupereſt, niſi ut concludamus S. Auguſtinum juxta genuinam, juxta publicam ac centies teſtatam ampliſſimi ordinis ſententiam non aliâ de causâ Pelagianorum cauſam finitam dixiſſe ac cenſuiſſe, quàm quòd unus R. Pontifex reſcripto Apoſtolico duplicis Africæ Synodi judicium confirmaverit, ratus ad finiendas Fidei cauſas Ec-

I ij

clesiæ universalis judicium minimè requiri, sed unius Apostolicæ Sedis, seu eam occupantis Petri Successoris sufficere sententiam; quod ulterioribus nec obscurioribus Gallorum Antistitum documentis in §. sequenti confirmaturi sumus.

§. II.

Gallicani Præsules ex ipso potissimùm sancto Augustino probant ad profligandas hæreses, ad frangendam Hæreticorum pertinaciam unum sufficere Sedis Apostolicæ judicium.

Pelagianorum errores dâmnati jam fuerant in duplici Africæ Synodo, Carthaginensi videlicet & Milevitanâ: latam ab Africanis damnationem rescripto Apostolico jam confirmaverat Innocentius I. Pontifex Maximus: Romani Pontificis decreto Occidentales permulti quibus illud innotescebat, Episcopi jam accesserant: Nihilominùs Julianus Eclanensis Episcopus præcipuus Pelagianorum errorum Assertor ac vindex perversam deponere Doctrinam nondum volebat, quia à nullodum Orientis Episcopo damnata illa fuerat; conscius aliundè eam à pluribus etiam Occidentis Episcopis constanter adhuc propugnari. Quid huic Juliani effugio, quo suam in errore contumaciam tueri conabatur, respondet Augustinus Catholicæ veritatis juxta ac Pontificiæ autoritatis vindex acerrimus ac perpetuus? ***An ideò***, inquit, ***contemnendos putas, quia Occidentalis Ecclesiæ sunt omnes, nec ullus est in eis commemoratus à nobis Episcopus? Quid ergo faciemus, cùm illi Græci sint, nos Latini? Puto*** (en Augustini sententia) ***tibi eam partem orbis sufficere debere in quâ primum Apostolorum suorum voluit Dominus gloriosissimo Martyrio coronari, cui Ecclesiæ Præsidem Beatum Innocentium si audire voluisses, jam tunc periculosam juventutem tuam Pelagianis laqueis exuisses. Quid enim potuit vir ille sanctus Africanis respondere Conciliis, nisi quod antiquitus Apostolica Sedes & Romana cum ceteris tenet perseveranter Ecclesia*** (1)?

Frustrà igitur juxta nitidam Augustini sententiam Orientalis Ecclesiæ, ideóque universalis Ecclesiæ judicium ac consensum exspectabat Julianus ad suos abjiciendos errores; ipsi *sufficere debebat*, quod eos jam damnasset illa Ecclesia in quâ Petrus Apostolorum Princeps Martyr occubuit, id est, Romana. At quare sufficiebat

(1) *Lib. 1. cap. 4. contra Julian. tom. 10. nov. edit. pag. 503.*

ad proscribendos errores, ad frangendam Hæreticorum pertinaciam unius Ecclesiæ Romanæ judicium? quia, inquit Augustinus, illius Ecclesiæ præses *non potuit* in suo rescripto Apostolico, nisi veram & antiquam Ecclesiæ Doctrinam propinare, quod idem est, ac *non potuit* errorem docere. *Quid enim potuit* (en causa quam affert Augustinus) *vir ille sanctus, &c.* quid aliud propugnent Pontificiæ infallibilitatis assertores, non video. Hæc Augustini Doctrina quàm solida, quàm ad evertendas omnes rebellantium animorum artes ac machinas idonea Gallicanis visa fuerit expendamus. Quâ enim vivimus ætate intimos suos pandendi sensus ac manifestandæ genuinæ mentis oportuna illis sese obtulit occasio, in causâ nimirum Quesnelianâ quæ novas, necdum exstinctas in Galliam deflagrationes intulit.

Enimvero perversa Quesnelii placita solemni Constitutione, quæ incipit *Unigenitus* proscripserat falsæ Doctrinæ æquè ac larvatæ pietatis hostis Clemens XI. R. P. Damnationi Pontificiæ quàm plures è Galliâ necnon è vicinis regionibus Episcopi reverenter & obsequiosè jam subscripserant; attamen Quesnelliani pari quo Julianus olim erga Pontificiam autoritatem animo affecti, suos abjicere errores ac Clementinæ Constitutioni obtemperare recusabant, quia nondum constabat Romani Pontificis decretum à plurimis Ecclesiæ Catholicæ Præsulibus, ab Ecclesiâ universali receptum fuisse; non nescii pariter Episcopos nonnullos Clementino decreto subscribere noluisse. En prima quæ Juliani, quæ omnium deinceps ferè novatorum, Quesnelii sectatorum cantilena cui repressæ ac cessanti tot aliæ successerunt.

Quid verò Gallicani Præsules sinceram ubique jam tùm urgentes Pontificio decreto obedientiam? Sistentne gradum? Ab urgendâ Pontificiæ Constitutionis executione cessabúntne, donec universalis Ecclesiæ consensus tandem innotescat? Interim serpente in dies errorum veneno, crescente Pontificiæ autoritatis contemptu, furente novatorum audaciâ, mutíne tacebunt, ac imbelles sinè armis quibus impetita jam dudum Catholica veritas, conculcata tùm Romana, tùm propria Majestas defendatur, hærebunt? Non ità sanè, quippe qui apprime noverant Ecclesiasticum regimen non ab humanâ, quæ futura sæpius incommoda minimè prævideat, sed à divinâ ipsâ voluntate fuisse constitutum. Non ità sanè, qui in præstandâ Sedi Apostolicæ obedientiâ moras nec ponere nec pati velint, memores ipsam antiquæ ætatis Ecclesiam Pontificiis ref-

(1) *Clerus Gallic. Parisiis an. 1651. Congregatus in Epistola ad Innocent X. Illust. de S. Albin Archiepis. Camerac. in mandato Past. 16. Januar. an. 1719. pag. 27. &c.*

criptis *sine ullâ cunctatione* subcripsisse (1). Quid ergo Quesnelianis Ecclesiæ universalis consensum exspectantibus reponunt Illustrissimi Præsules? Quod Pelagianis olim Augustinus, Quesnelianis ipsi pari tuendæ Catholicæ Doctrinæ ac Pontificiæ autoritatis zelo, respondent; modò cum Augustino pronuntiant Sedis Apostolicæ rescriptis causam jam esse finitam, ut suprà vidimus; modò cum sancto Doctore contendunt Quesnelianis *sufficere* debere Sedis Apostolicæ judicium, ac post factum à Sede Apostolicâ examen, ulteriorem Episcoporum discussionem non esse quærendam, non esse exspectandam. Id, inquam, cum sancto Augustino contendunt, ut illius potissimùm autoritate premerentur novatores, cujus patrocinio ad nauseam usque gloriabantur. Non nobis ipsis, sed apertis Gallicanorum Episcoporum verbis plena jam fides habeatur.

Eminen. de Fleuri, tunc Fotojuliensis Episcopus, magnus ille vir, qui utrùm amplissimis, quibus functus est, cùm Ecclesiasticis, tùm politicis muneribus, quàm immensâ eruditionis ac pietatis laude spectabilior fuerit, difficulter admodum quislibet pronuntiavetit; sic loquitur in suo Mandato Pastor. an. 1714. edito (2) *S. Augustinus refractariis ostenderet, si ipsum audire vellent, quo obsequio colenda sit Sedes Apostolica: si Orientis Ecclesia, Juliano respondet, suam contra vestros errores nondum manifestavit sententiam, puto tibi sufficere debere quòd ea Orbis pars in quâ primum Apostolorum suorum voluit Dominus gloriosissimo Martyrio coronari, & cui præsidet B. Pontifex Innocentius se tibi adversam declaraverit.* Hæc syllabatim ex Gallico idiomate in Latinum Sermonem traduximus, in quo si ornatissimam Eminent. scriptoris eloquentiam desideres, majorem certè interpretis Fidem desiderare nequaquam valeas. O vos igitur qui tot per orbem Episcoporum consensum exspectantes Clementino decreto ceu ad obtinendam animi vestri submissionem insufficienti obedire recusatis, vociferantes hanc intercessionem vestram debito Sedi Apostolicæ obsequio minimè refragari, Augustinum nonne sequi contenditis? Ab ipso igitur, reponit Antistes præstantissimus, Augustino discite alio sanè obsequio colendam esse Sedem Apostolicam. Ab ipso discite de illorum Episcoporum consensu sollicitos vos nullatenus esse debe-

(2) *In collect. mandator.* pag. 298. Saint Augustin, s'ils vouloient (*les refractaires*) l'écouter, leur apprendroit aussi le respect qu'ils doivent avoir pour le Saint Siége: si l'Eglise d'Orient, dit-il, à Julien, ne s'est pas encore expliquée contre vos erreurs, je crois qu'il doit vous suffire que cette partie du monde dans laquelle Dieu a voulu honorer de la Couronne du Martyre le premier de ses Apôtres, & à laquelle le Saint Pontife Innocent préside, se soit déclarée contre vous.

re, exploratâ jam vobis Ecclesiæ Romanæ sententiâ. Ab ipso discite hanc vobis sufficere debere ad deponendos ac rejiciendos quos ipsa damnavit errores. En quid supremam inficiantibus Sedis Apostolicæ autoritatem respondeat clarissimus scriptor. Augustino potissimùm insistit ad vindicandam Sedis Apostolicæ dignitatem, qui S. Doctoris vocem Pelagianæ pervicaciæ olim terribilem, in Quesnelianis redivivæ victricem fore confidebat.

Hæc fuit Illustrissimi viri responsio ad celeberrimam & numeris omnibus decantatam refractariorum cantilenam. Hæc pariter eadem ceterorum Galliæ Præsulum; cùm enim D. Ravechet, Parisiensis Theologicæ Facultatis Syndicus non nisi explorato undique Episcoporum consensu Clementinæ Constitutioni ***Unigenitus*** parendum esse pronuntiasset (1), Syndicum perstrinxit & Illust. de Languet, sæpius laudatus his verbis (2) ***Syndico jure dicimus, quod olim Juliano dicebat Augustinus, & quidem quo tempore Oriens Catholicis Episcopis abundabat, quo tempore religio in Oriente magìs florebat; an ideo contemnendos putas quia Occidentalis Ecclesiæ sunt omnes, nec ullus est in eis commemoratus Episcopus, puto, subjungit S. Doctor, tibi eam partem orbis sufficere debere, in quâ Petrus Apostolorum primus suum sanguinem fudit, & cui Ecclesiæ à Petro fundatæ præsidet B. Pontifex ipsius Successor. Hæc pars Ecclesiæ***, prosequitur laudatus Antistes, ***sufficiebat igitur ad superandam Juliani pervicaciam.*** Quò autem magìs ac magìs elucesceret, quàm parum prætenso Episcoporum consensu rescripta Romana indigeant, ut Fideles omnes ad sincerum illis assensum præstandum obstringant; id etiam studiosè voluit observatum, Ecclesiæ nimirum à Petro fundatæ judicium independenter ab Orientalium Episcoporum consensu ab Augustino sufficientissimum ***tunc*** pronuntiatum fuisse, ***cùm tot Catholicis ac Religiosissimis Episcopis Oriens abundabat***, quorum numerus, teste ipso clarissimo Præsule, Occidentalium numerum æquabat (3).

(1) *Discours du Syndic &c. V. 7e. Mémoire du P. Quesnel.* pag. 198.

(3) *Ibidem, &c.*

Et verò quomodo Orientalis Ecclesiæ suffragio indigere potuisset dogmaticum aliquod R. Pontificis decretum, ut frangendæ Hæreticorum pertinaciæ sufficeret, útque supremam & ineluctabilem obtinêret autoritatem, si tota ipsa Orientalis Ecclesia soli R. Pontificis ***autoritati*** cedere tenebatur, imò & ***se teneri*** profiteba-

(2) *Monito 2. adversùs suæ olim Diœces. refract.* pag. 23. Nous disons avec justice à ce Syndic ce que Saint Augustin disoit à Julien, dans le tems même que l'Orient étoit rempli d'Evêques ortodoxes.... Je crois que ce doit être assez pour vous de cette partie du monde où Pierre, le prémier des Apôtres, a répandu son Sang, & où préside à l'Eglise qu'il a fondé le Bienheureux Pontife son Successeur. Cette partie de l'Eglise suffisoit donc pour vaincre l'opiniâtreté de Julien.

tur? Porrò rem ità esse non solùm innumera Orientalis Ecclesiæ monumenta manifestant, sed ipsi testantur ac affirmant quos hìc unicè spectamus Gallicani Præsules: *quamvìs objiceretur*, inquit, Bossuetius Meldensis, dum viveret, Episcopus, in Epistolâ ad Moniales Portûs Regii num. XI. *Acacium tantæ Sedis Episcopum* (Constantinopolitanæ) *in Concilio nondum fuisse damnatum, nihilominus totus Oriens se obstrictum credidit soli R. Pontificis autoritati cedere cum incredibili totius Ecclesiæ Catholicæ gaudio* (1). His Bossuetii verbis relatis sic prosequitur Senonensis Archi-Præsul *: en totus Oriens qui R. Pontificis autoritati cedit, & quidem soli, quíque meris obsequiis Pontificio decreto subscribit* (2). Hæc pariter Bossuetii verba laudant & approbant Emin. de Tencin, in suo Docum. Pastor. ad Archipresbiteros, &c. Edito an. 1728. alíique plures Galliarum Episcopi. Hanc eandem Bossuetii Doctrinam, suam non modò fecit Emin. de Noailles, Parisiensis Archiepiscopus publico Mandato (3), sed etiam ibì declarat *veram esse suæ Diœcesis Doctrinam, & quidem in clarâ ac constanti ipsius traditione fundatam.* Credebat igitur, teste Bossuetio, fatentibus aliis Galliarum Episcopis, Orientalis Ecclesia, & quidem tota, *Soli* R. Pontificis autoritati cedere se debere; id autem jure, id meritò credebat; Orientis judicio universa, ipso Bossuetio teste, complausit Ecclesia. Num igitur ab Orientalis Ecclesiæ consensu pendebat robur Pontificiæ autoritatis, ut nempe sufficeret ad superandam novatorum pertinaciam? Id ne cogitare potuissent quidem Episcopi Gallicani qui obstrictum ipsi totum Orientem soli R. Pontificis autoritati cedere testabantur.

(3) *Mandat. circa editionem Epistolæ D. Bossuetii ad Moniales Portûs-Regii anno* 1710. pag. 1. & 2.

Et rursus (siquid obiter pro datâ occasione concludere nobis permititur) si tota Orientalis Ecclesia quæ Episcoporum numero, regionum amplitudine Occidentalem æquabat *Soli R. Pontificis autoritati* cedere tenebatur fatentibus & prædicantibus Illustrissimis Galliarum Episcopis, num aliqua erit in Occidente tam insignis, tam conspicua Ecclesia vel natio, quæ soli Sedis Apostolicæ seu R. Pontificis autoritati in Fidei causis cedere recusabit vel ad cedendum se obstrictam non credat? Non hæc profectò sapientissimæ ac novitatum inimicæ Ecclesiæ Gallicanæ mens ac sententia, cujus Doctrinam

(1) *Pag.* 14. Encore qu'on objectât qu'Acace n'avoit point été condamné par un Concile, lui qui étoit Evêque d'un si grand Siége, néanmoins tout l'Orient se crut obligé de céder à la seule autorité du Pape, avec une incroyable satisfaction de toute l'Eglise.

(2) *Epist. ad D. de Lamoignon*, pag. 39. Voilà tout l'Orient qui cede à l'autorité du Pape, & à la seule Autorité, & qui souscrit par déférence.

Doctrinam eruditi Præsules contra eos qui non nisi explorato Ecclesiæ judicio Dogmaticæ Clementis XI. Constitutioni obtemperandum esse garriebant, tam viriliter propugnent ac ex Augustino potissimùm evincant ad profligandos errores, ad superandam Hæreticorum pervicaciam illius Ecclesiæ sufficere judicium, in quâ Petrus Apostolorum Princeps Martyr occubuit. Hæc vera, hæc constans Gallorum Antistitum Doctrina, ut ex allatis hactenus ac ex iis quæ adhuc subjicere juvat ipsorum testimoniis manifestissimè patebit.

Idem quem jam non semel laudavimus Senonensis Archi-Præsul, ***hanc***, inquit, (1) ***discussionem*** (quandonam scilicet major Episcoporum numerus sit certa Fidei regula) ***non aggredimur quâ nullatenus indigemus; referre sufficit hæc Augustini verba ad Episcopum Julianum Pelagianismi defensorem: an ideo contemnendos putas, quia Occidentalis Ecclesiæ sunt omnes: puto tibi eam partem orbis sufficere debere in quâ Petrus Apostolorum primus suum sanguinem fudit, cuique Ecclesiæ à Petro fundatæ præsidet B. Pontifex ipsius Successor.*** En quid respondeat, quid pro certo teneat, tot inter quæstiones quæ adversariorum nostrorum ingenia tam miserè torqueant: utrùm nempe major Episcoporum numerus absque R. Pontifice & cum R. Pontifice sufficiat ad veritatem certò dignoscendam: utrùm longò major numerus, utrùm maximus, utrùm unanimitas moralis quam quisque pro nutu proprio stabiliat, requiratur, &c. En, inquam, tot inter systemata quæ apud adversarios volumina sæpe conficiant, quid sentire se profiteatur Senonensis: ***sufficere*** cum Augustino putat ***illius Ecclesiæ*** judicium ***in quâ Petrus Martyr occubuit.*** En constans illius principium cui immotè adhærendum esse sæpius significat.

Quid etiam Quesnelianis respondebat Illustr. de S. Albin, Cameracensis Archi-Præsul? ad solita ceterorum Galliæ Præsulum arma confugit; ***S. Augustinus***, inquit, ***futilibus his-ce omnibus Pelagianorum querelis id unum respondebat: quid adhuc quæritis examen quod jam factum est apud Apostolicam Sedem? ..... non igitur est necessarium ut vestra hæresis ab Episcopis adhuc examinetur, sed potestatibus Christianis coërceri debet*** (2). Hæc, si tacemus, per sese

(1) *Octavo Docum. Past. an.* 1731. pag. 176. Sans entrer dans ce détail dont nous n'avons pas besoin, il suffit de rapporter ce mot de St. Augustin à l'Evêque Julien, défenseur du Pelagianisme: *Meprisez-vous ces suffrages parce qu'ils ne sont tirés que de l'Eglise d'Occident? Non, croyons que c'est assez pour vous de cette partie du monde, où Pierre, le prémier des Apôtres, a répandu son Sang, & où préside à l'Eglise qu'il a fondée le bienheureux Pontife son Successeur.*

(2) *Mand. Pastor. advers. Consult. Advocat.* pag. 76. Saint Augustin se contentoit de répondre à toutes ces plaintes frivoles (des Pé-

ſatìs loquuntur. *S. Auguſtinus*, inquit Senonenſis Archi-Præſul loco citato, pag. 72. *adversùs ſuæ ætatis Hæreticos propugnat ſufficere examen à Sede Apoſtolicâ factum* (1). Id ipſum pariter à Boſſuetio Epiſcopo Meldenſi propugnari Senonenſis ibidem evincit. Hinc eſt quòd Illuſtriſſimus Antiſtes, quòd ceteri etiam Galliarum Epiſcopi contendant opus haud eſſe cauſas Fidei à Sede Apoſtolicâ jam examinatas rurſus ab Epiſcopis examinari; ac reſcriptis Apoſtolicis uno obedientiæ motivo ab Epiſcopis meritò ſubſcribi, quod infra oſtendemus. Plura hîc congerere Gallorum Antiſtitum teſtimonia inutile prorſus fuerit.

Satis ex hactenus dictis manet demonſtratum quòd S. Auguſtinus in Sermone laudato *de verbis Apoſtoli* Pelagianorum cauſam ideò finitam unicè dixerit ac cenſuerit, interprete ipſo Gallorum Antiſtitum ordine ampliſſimo, quia R. Pontifex reſcripto Apoſtolico duplicis Africæ Synodi judicium confirmaverat, ratus ad finiendas Fidei cauſas haud requiri univerſalis Eccleſiæ ſuffragium, ſed unius Apoſtolicæ Sedis ſeu eam occupantium Petri Succeſſorum *ſufficere* ſententiam; de Sedis autem Apoſtolicæ ſeu R. Pontificis autoritate ità pariter ſentire noſtros Galliarum Epiſcopos cœcus ſit ac obtuſiſſimus, qui hactenus non vidit, hactenus non intellexit. Hîc pariter conſentientes habemus eos omnes ex adverſariis noſtris, qui nobiſcum agnoſcunt uno Sedis Apoſtolicæ judicio ex Auguſtini mente finitam fuiſſe cauſam Pelagianorum, at contendunt *cauſam finitam* apud Auguſtinum perinde non fuiſſe ac *ſupremo & ineluctabili judicio* definitam; num huïc adverſariorum figmento, ac ultimo effugio faveant Galliarum Antiſtites, expendamus.

§. III.

Illuſtriſſimi Galliarum Epiſcopi pro certo tenent ac indubio cauſam eſſe finitam *in phraſi Auguſtinianâ perinde eſſe ac ſupremo & infallibili judicio definitam.*

TAm perſpicua, tam evidens ac apud eruditos ferè omnes confeſſa res eſt, *cauſam eſſe finitam* idem omnino ſonare apud Auguſtinum, ac illam infallibili & ultimo judicio eſſe direm-

lagiens) à quoi bon demandez-vous encore un examen, puiſqu'il a déja été fait par le Siége Apoſtolique.... Il n'eſt donc pas néceſſaire que les Evêques examinent encore votre héréſie; mais c'eſt aux Puiſſances Chrétiennes à la réprimer.

(1) Saint Auguſtin ſoûtient aux hérétiques de ſon tems, que l'examen qui avoit été fait par le Siége Apoſtolique eſt ſuffiſant.

ptam, ut amplissimo Gallorum Antistitum ordini perspectum illud non satis fuisse, non nisi per summam injuriam, cogitari possit; quocirca rem, quæ nemini cordato sit dubia, probandam minimè susciperemus, nisi cum adversariis agendum nobis esset, qui venerandâ Gallorum Antistitum autoritate pessimè abusi proprios fetus, qui sæpius monstra sunt, vèl ipsis affingere non erubescunt. Portentum sanè dices, quod undique pressi adversarii nostri tandem parturiêre responsum. ***Innocentii Decreto***, dixerunt argutuli illi homines, ***finitam quidem pronuntiat S. Doctor Pelagianorum causam, sed non eo sensu quòd infallibili judicio fuerit definita, quòd à Concilio generali retractari non posset, ad illúdque deferri tanquam ad Tribunal Pontificio Superius***; tolle, quæso, candide Lector, verborum circuitum, quo occultari debuerat ridicula responsio, quæ clara & nitida ità se habet: ***finitam quidem ptonuntiat S. Doctor Pelagianorum causam, sed non eo sensu quòd esset finita***; ipsi enim adversarii, sicut universi hactenus Mortales, sciunt ac tradunt Fidei causas nec esse finitas, nec finiri posse, nisi per judicium infallibile; cùm ergo velint Pelagianorum causam ab Augustino dici quidem finitam, sed non eo sensu quòd infallibili judicio fuerit definita, perinde est ac velle ab Augustino dici quidem finitam, sed non eo sensu quòd fuerit finita. Si igitur Fides adversariis nostris, pronuntiabat S. Doctor, ac gregi suo prædicabat eam Fidei causam esse finitam, quam tamen finitam minimè putabat ac sciebat. En quò tendat adversariorum responsio quæ si valeat, jam credere oporteat tantum Ecclesiæ Doctorem, tantum veritatis amatorem, aliud in ore, aliud in corde tenuisse; seu clarius: Augustinum mentitum fuisse, cùm Pelagianorum causam rescripto Apostolico finitam asseruit.

Verùm esto; christianam sapiat modestiam, Theologicam nec abhorreat gravitatem præpostera hæc Augustinianæ mentis interpretatio, num ideo toleranda? Nullo modo; quid enim si nullo nititur fundamento? Si nativam Augustini verborum significationem pervertit? Si communem hominum intelligentiam respuit? Si præcipuum S. Doctoris contra Pelagianos argumentum infirmat ac ipsum ineptè disputantem perhibet? Si constanti, si perspicuæ, & ab ipsis adversariis confessæ S. Augustini sententiæ penitùs adversatur? Si tandem novatoribus unicè arrideat ac impensè faveat? Hujusmodi portò est pessima hæc ab adversariis excogitata S. Doctoris interpretatio.

I. Nullo nititur fundamento, ut enim aliquâ veri similitudine dici posset, *causam esse finitam* in phrasi Augustinianâ minimè significare *causam infallibili judicio definitam*, vèl unum afferre debuissent adversarii nostri Augustini textum, in quo causa aliqua Fidei *finita* diceretur, quam tamen infallibili judicio definitam nondum esse censuerit ac pronuntiaverit; id porrò nedum præstiterint, sciunt ipsi ac propugnant cetera Augustini loca, in quibus *causa* aliqua Fidei dicitur *finita* significare causam infallibili judicio definitam, ut infrà videbimus.

II. Nativam Augustini verborum significationem pervertit; qui enim causam aliquam Fidei finitam esse pronuntiat, dicere intendit causam in eo tribunali fuisse judicatam quo Fidei causæ finiuntur; porrò apud unum & solum infallibile Tribunal, ut ipsi fatentur adversarii, Fidei causæ finiuntur. Et verò si Augustinus, ut effutiunt adversarii, censuisset Pelagianorum causam apud unum R. Pontificis Tribunal, quod infallibile minimè credebat, esse finitam, malè profectò pronuntiasset simpliciter, absolutè ac sinè limitatione, *causam esse finitam.*

III. Communem respuit hominum intelligentiam; enimvero finitam tunc solùm esse Fidei causam omnes hactenus intellexerunt, quando supremo & infallibili judicio fuit definita. Quòd aliter censuerit Patrum nostrorum series, nullibi legitur, nullibi invenitur; id nec nostros latet adversarios; etenim de dogmate pronuntiet R. Pontifex, si ipsius judicio nondum Ecclesiæ accessit consensus, finitam esse causam minimè asserunt, imò negant & pernegant: Quare? Non aliâ profectò ratione quàm quòd eam infallibili judicio definitam esse nolunt, ac supremæ & irreformabili quam negant R. Pontificis autoritati fasces submisisse sibi viderentur, si ante universalis Ecclesiæ judicium causam Pontificio decreto jam finitam fuisse prædicarent. Et verò quamdiu sub judice lis est, finitáne alicubi intelligitur causa? Porrò an non ipsimet adversarii contendunt sub judice adhuc esse litem, cùm in re Fidei controversâ nondum intervenit infallibilis autoritatis judicium?

IV. Præcipuum S. Augustini contra Pelagianos argumentum infirmat ac ipsum ineptè disputantem perhibet hæc eadem adversariorum cavillatio; quid enim sæpius Pelagianis suos errores præfractè tuentibus objiciebat S. Doctor? Ipsorum causam jam dudum fuisse finitam; at quorsum id urget ad comprimendam illorum audaciam ac pervicaciam, si, ut volunt adversarii, fallibili tantùm ju-

dicio finitam esse significabat ? Eo S. Doctoris effato num victi ? num oppressi ? num satis permoti ad suos errores abjiciendos fuissent Pelagiani ? Nonne facilè ac jure S. Doctori reponere potuissent frustrà judicium errori obnoxium sibi opponi, cui assentiri minimè tenebantur, & ex quo certò dignosci non poterat an sua ipsorum, vel Augustini sententia vera esset ac Catholica ? Eo sanè argumento rem suam nihil promovisset Augustinus.

V. Constanti, perspicuæ, ac ab ipsis adversariis confessæ Augustini sententiæ penitùs adversatur ; enimvero si quoties Augustinus eâ phrasi utitur : *causa finita est*, toties loquitur de causâ infallibili judicio jam definitâ ; addo præterea, si quando causa aliqua infallibili judicio nondum erat definita, S. Doctor expressè asserat *causam non esse finitam*, profectò non nisi impudentissimè ac temere negari potest *causam finitam* in phrasi Augustinianâ significare causam infallibili judicio definitam. Porrò hæc apud Augustinum ipsâ adversariorum confessione certissima sunt, 1°. Quotiès S. Doctor eâ phrasi utitur : *causa finita est*, toties loquitur de causâ infallibili judicio terminatâ. Pelagianorum causam finitam pronuntiat Augustinus in suis contra Julianum Libris. De causâ autem infallibili judicio jam definitâ ibì loqui Augustinum fatentur & adversarii, quo enim tempore contra Julianum scribebat S. Doctor Zozimi rescriptum adversùs Pelagianos *manu mundi à toto orbe* subscriptum erat. Donatistarum *causam* ætate suâ *finitam esse* pariter asserit Augustinus in suis de Bapt. Hæret. cont. Donat. Libris ; de causâ pariter infallibili judicio jam definitâ ibidem loqui Augustinum docent & adversarii. Uno verbo nullus Augustini locus afferri potest, in quo *finitam* dixerit *causam*, qui ab ipsis adversariis non intelligatur de causâ infallibili judicio definitâ. Ergóne solus erit Augustini Sermo *de verbis Apostoli*, in quo hæc propositio : *causa finita est*, id minimè significet juxta adversarios quod in cunctis Augustini operibus significat ; quare ? Quia Germana Augustinianæ phrasis interpretatio præjudicatæ illorum de fallibilitate Pontificiâ opinioni è fronte adversatur ; quia non sua Augustinianis, sed Augustiniana suis placitis, spretis omnibus modestiæ, æquitatis ac veritatis legibus, accommodare volunt.

2°. Quando causa aliqua infallibili judicio nondum erat definita, S. Augustinus expressè asserit *causam non esse finitam* ; sic causam Baptismatis Hæreticorum quam Cypriani ætate infallibili judicio definitam nondum fuisse autumabat S. Doctor, qui, de eâ nondum

factum esse judicium *universale vel transmarinum* (Romanum scilicet quod ab Augustino aliisque Africanis transmarinum simpliciter ubique vocabatur) scribebat *(1)* , *nondum fuisse finitam* expressè ac sæpe tradit in suis de Bapt. cont. Donat. Libris. Hîc, quæso, pondera Lector candide mirum adversariorum nostrorum candorem. Hæc phrasis Augustiniana . *causa finita est* , ubì suis favere videtur præjudiciis , ut in causâ Donatistarum , significat certò causam infallibili judicio definitam ; ubì obstat , ut in causâ Pelagianorum , contrarium significat. Si ipsis Fides , quare dixit Augustinus causam Donatistarum ætate Cypriani nondum fuisse finitam ? Quia , inquiunt , infallibile minimè judicabat Stephani R. P. judicium latum adversùs rebaptisantes. En perpetua istorum omnium hallucinatio : scilicet , quando fallibili solùm judicio causa definita est , tum agnoscunt asseri ab Augustino illam non esse finitam. At in præsenti Pelagianorum causâ contendunt illam ab Augustino finitam pronuntiari , quamquam infallibili judicio definita non fuerit. Quid est hoc , amabo , nisi habere *pondus & pondus , mensuram & mensuram ?* Proh misera SS. Ecclesiæ Doctorum conditio , si talibus interpretibus indigeant !

(1) *Lib. de Bapt. har. cont. donat. cap. 9.*

Ex his omnibus constat S. Augustinum quoties eâ phrasi utitur : *causa finita est* , toties loqui de causâ supremo & infallibili judicio definitâ , id , inquam , constat ipsâ adversariorum confessione ; liquet pariter à S. Doctore expressè pronuntiari : *causam nondum esse finitam* , quando infallibili judicio nondum erat definita ; id pariter fatentur adversarii nostri ; quid aliud restat , nisi ut nobiscum veridici tandem agnoscant juxtà Germanam ac perpetuam S. Augustini Doctrinam , *causam finitam esse* , certò significare causam infallibili judicio definitam ; hoc autem quò faciliùs concedant nobis , audiant virum , quem infallibilitatis Pontificiæ cultoribus favere voluisse sanè suspicari non possint , Quesnelium ipsum dico : *negari non potest* , inquit , *quin in phrasi Augustinianâ unum idémque præcisè sit causam esse finitam , ac causam infallibili & irrevocabili judicio definitam* (2).

VI. Tandem venditata ab adversariis nostris Augustini interpretatio Novatoribus unicè favet ; nam inter argumenta quibus utuntur Catholici ad probandam *Ecclesiæ* , ut vulgò dicitur , *dispersæ* inerrantiam , ponderosum sanè est quod ex illis Augustini verbis : *causa*

(2) *Justification du silence respectueux.* pag. 875. On ne peut nier que dans le langage de Saint Augustin , dire qu'une cause est finie , & dire que l'Eglise a prononcé un jugement infallible & irrevocable , c'est précisement la même chose.

finita est, desumunt. Enimvero, inquiunt, Pelagianorum causa nullo œcumenico Concilio, sed solo Ecclesiæ dispersæ judicio definita fuerat: atqui tamen Augustinus *finitam illorum causam* censuit ac pronuntiavit; ergo, concludunt, supremum & irrevocabile apud Augustinum erat Ecclesiæ dispersæ judicium. Ruit porrò universale hoc Catholicorum argumentum, si vèl in dubium revocatur apud Augustinum unum idémque esse & *causam finitam*, & causam *infallibili judicio* definitam.

Quis igitur credat tam malè parto adversariorum commento ab eruditis omnibus irriso, gravissimum complausisse Gallorum Antistitum ordinem? Id nemini qui sensum habeat profectò suadebitur. Veræ ac manifestissimæ S. Augustini Doctrinæ addicti, vanas ad illam obscurandam excogitatas rejiciunt Gallicani Episcopi *subtilitates*, ac perspicaces ipsi, quod hactenus, quod omnibus perspectum fuit, probè intelligunt, *causam finitam* in phrasi Augustinianâ perinde esse ac illam supremo & infallibili judicio esse definitam. Enim vero ex ipsis nec unum hactenus inveni qui aliter sentire se profiteatur, qui adversariorum nostrorum interpretationem adoptaverit. 2°. Ideo juxta adversarios, *causa finita est*, apud S. Doctorem non significat causam infallibili judicio definitam, quia contendunt Augustinum minimè censuisse quòd unum Sedis Apostolicæ judicium ad proscribendos errores ac frangendam Hæreticorum pertinaciam sufficeret. Verùm ex adversò illud *sufficere* censuit S. Doctor interprete Gallorum Antistitum ordine, ut suprà vidimus. 3°. Ponderandum hîc maximè quâ occasione contenderint Gallicani Præsules cum Augustino pronuntiandum esse: *causa finita est*. Refractarii nimirum Clementinæ Constitutionis *Unigenitus* impugnatores ubique vociferabantur causam Quesnelianam nullo modum infallibili judicio definitam fuisse, Galliarum autem Antistites viriliter propugnabant cum Augustino pronuntiandum esse: *causa finita est*; tanquam certissimum ergo supponebant hanc phrasim Augustinianam significare *causam supremo & infallibili judicio definitam*, alioquin nihil contra refractarios promovissent. 4°. Quo tempore Galliarum Antistites Quesnelianos urgebant ad præstandam sinceram & intimam Clementinæ Constitutioni obedientiam, firmiter credebant, & constanter declarabant causam Quesnelianam supremo & infallibili judicio fuisse definitam; tunc porrò cum Augustino pronuntiabant: *Româ rescripta venerunt causa finita est*; hæc igitur Augustini verba de causâ infallibili judicio definitâ interpretabantur.

5°. Tandem nitidè declarant *causam dici non posse finitam nisi infallibili judicio fuerit definita* : *la cause*, inquit, inter alios, Illustr. de Fenelon, in Docum. Pastor. 1. Martii an. 1706. *ne sçauroit être finie, à moins que le jugement ne soit infaillible* ; & in Docum. Pastor. an. 1714. N°. v°. *eo ipso momento quo Romana rescripta venerunt causa finita fuit apud Augustinum, eo ipso momento judicium evasit juxta ipsos novatores infallibile, finale, supremum & irrevocabile* (1). Id autem apud Gallicanos Antistites adeò manifestum est, & indubium, ut vèl unâ Quesnelii ipsius confessione demonstratum velint. Ità præ ceteris eruditus Antistes modò laudatus in Docum. Pastor. pro acceptione Const. *Unigenitus*, edito an 1714. Illustr. de Languet, in Moniro 2. adversùs suæ olim Diœceseos refractarios, pag. 5. & in octavo Docum. Pastor. num. xxx. pag. 75. Illustr. pariter Madot, Cabillonensis Episcopus in laudatâ jam Epistolâ ad D. de Crugé, & alii complures, qui omnes satis habent laudata jam à nobis Quesnelii verba referre, ut ostendant causam finitam esse, in phrasi Augustinianâ perinde esse ac causam supremo & infallibili judicio definitam.

(1) Gallica Fenelonii verba suprà retulimus.

His quid addi possit aut addere opus fit, jam nescio ; plura hâc in re Gallorum Antistitum testimonia congerere inutile prorsùs existimo ; quæ hactenus diximus difficiliori cuicunque suadere possunt id Gallicanis Episcopis quod Catholicis omnibus, si paucos ex adversariis nostris excipias, perspectum esse ac exploratum, nimirum his verbis : *causa finita est*, in phrasi Augustinianâ significari causam supremo & infallibili judicio definitam.

Ex his omnibus luculentissimè demonstratis clarè percipis, æque lector, quàm firmum, quàm inconcussum juxta geminam Gallorum Antistitum sententiam incedat quod ex celebri Augustini loco sæpius memorato communiter desumitur ad vindicandam Sedi Apostolicæ supremam & infallibilem autoritatem, argumentum ; clarè percipis, quàm vanæ, quàm *futiles* amplissimo ordini visæ sint *subtilitates* ad illud elevandum ab adversariis nostris excogitatæ ; tandem nè plura, clarè percipis S. Augustinum, interprete Gallorum Antistitum ordine, Pontificiæ, ac Romanæ infallibilitati apertè suffragari. Quid enim, si Augustinus Pelagianorum causam nondum explorato aut exspectato Ecclesiæ universalis consensu, independenter ab Ecclesiæ universalis judicio, post Innocentii rescriptum *finitam* illico censuerit ac non aliâ quàm illius Apostolici rescripti autoritate *finitam* pronuntiaverit ? Quid si *causam esse finitam* in phrasi Augustinianâ perinde

perinde sit ac causam *supremo & infallibile judicio* definitam? Num adhuc dubium, vel potiùs an non evidentissimum, solemne Romani Pontificis in definiendis Fidei controversiis judicium à sancto Doctore habitum fuisse, ut supremum & infallibile? Ea porrò de Augustino haud minori quàm ceteri Pontificiæ infallibilitatis cultores zelo constantissimè docent ac prædicant Gallicani Præsules, ut hactenus vidimus. Immotum igitur maneat ac inconcussum ex celeberrimo S. Augustini loco: *causa finita est &c.* interprete Gallorum Antistitum ordine, supremum ostendi ac irreformabile Sedis Apostolicæ seu R. Pontificis judicium.



CAPUT V.

Apostolica Sedes seu Pontifex Romanus immotum ac necessarium Catholicæ unitatis centrum. Hujus autem centri ea est prærogativa, ut à Fide deviare non possit, juxta Gallorum Antistitum Doctrinam.

SEDEM Apostolicam seu Romanum Pontificem unitatis ac Catholicæ communionis esse centrum, ità ut cum eâ uniri ac colligari debeat quisquis Christianus ac Fidelis haberi vult, omnes profitentur Catholici; hæc autem Catholicorum Doctrina tot ac tam perspicuis Veterum Patrum nititur testimoniis, ut eam prioribus Ecclesiæ Seculis obtinuisse etiam agnoscant heterodoxi (1). Ex hâc porrò immotâ ac universali Catholicorum Doctrinâ evidenter colligi Sedis Apostolicæ seu Romani Pontificis summam esse debere ac ineluctabilem autoritatem contendunt inerrantiæ Pontificiæ cultores. Enimvero, inquiunt, quis unquam audivit alium præter eum qui supremam in aliquâ Republicâ, & nulli inferiorem obtinet autoritatem illius unitatis esse centrum? Apud Venetos non in duce, qui nihil sinè consilio valet, sed in Senatu, Reipublicæ principium & unitas requiescit; si ergo quædam in Ecclesiâ consociatio foret (Concilium œcu-

(1) *Joh. Laur. Mosbemius inter Protestantes non infimi subsellii scriptor in Dissert. Theol. Histor.* De Gallorum appellationibus ad Concilium universæ Ecclesiæ, &c.

menicum) cujus autoritati subdatur Pontificia, illa profectò Ecclesiasticæ unitatis esset centrum, non verò Pontifex R., qui ipse, sicuti ceteri omnes, in eâ requiescere deberet ac illi arctissimè adhærere; vel ergo R. Pontifex Ecclesiasticæ unitatis non est centrum, vel si centrum haberi debet, summâ & ineluctabili autoritate polleat omninò necessum est.

Præterea, pergunt, si R. Pontifex errorem Fidei Catholicæ adversum doceret, ut fieri posse contendunt adversarii, tunc esséťne centrum unitatis cuï intimè adhærendum, quocum jugiter communicandum esset? Pulchrum sanè unitatis centrum quod ipsam scinderet unitatem! Vel ergo variatur ac deficit Ecclesiæ constitutio, quâ nimirum, ut hactenus credidêre Catholici, Ecclesia ità à Christo fuit informata, ut omnes ad Petri Sedem seu Successorem velut ad centrum lineæ ferrentur, vel si divina illa Ecclesiæ constitutio stat firma ac immota, fatendum est centrum Catholicæ unitatis in asserendâ Fide manere inconcussum. Etvero, prosequuntur, quorsum tanta apud veteres, tanta apud hodiernos ubique Doctores prædicatur ac urgetur Pontifici Romano adhærendi necessitas, si in eodem, quo ceteri Episcopi erroris periculo versatur? Quare ipsi arctiùs quàm ceteris adhærendum? Minús ne perniciosum ipsum sequi errantem quàm alios? Ità Pontificiæ inerrantiæ vindices, & quidem meo judicio, satìs ponderosè; illius enim qui sacræ unitatis sit centrum, supremam esse debere & ineluctabilem autoritatem consectarium est adeò perspicuum, ut nè ab ipsis quidem heterodoxis negari vel in dubium revocari potuerit (1).

(1) *Joh. Laur. Mosbemius in loco citato.*

Quid huic argumento respondeant Pontificiæ infallibilitatis osores, breviter expendamus; Turnelius respondet his verbis: ***Sedes Apostolica errare quidem potest absolutè (licet hactenus non erraverit) & ità errando desineret actu esse centrum unitatis*** (2). Intellexit & ipse Sorbonicus errorem cum centri prærogativâ stare non posse, unde clarè & nitidè tradit: ***Sedem Apostolicam errando, quod potest absolutè, desinere actu esse centrum unitatis***; juxta hanc igitur Sorbonici Professoris responsionem, sicut errare potest Sedes Apostolica, ità unitatis esse centrum desinere potest, ideóque ea non est Sedis Apostolicæ conditio, ut à Christo constituta fuerit immotum, perpetuum ac necessarium unitatis Catholicæ centrum, cuï semper uniri ac adhærere debeant Fideles, sed poterit quis extra Sedis Apostolicæ seu Romani Pontificis communionem, & veram Fidem profiteri, & sanctitatem adipisci; qui tamen ità respondet Turnelius, ipsissi-

(2) *De Eccles. tom. 2. quæst. 5. art 3. pag. 291.*

mus ille est qui in eodem de Ecclesiâ tractatu contra Hæreticos datâ operâ multis conciliorum ac Veterum Patrum testimoniis evincit *Sedem Apostolicam necessarium esse unitatis centrum ità ut nemo Catholicus haberi possit, nisi qui unitate Fidei ac Doctrinæ cum eâ conjunctus fuerit* (1). Ipsissimus ille est cuï tam suasum erat Sedem Apostolicam esse immotum, perpetuum ac indeficiens Sacræ unitatis centrum, *ut unionem, etiam internam quæ in Fide & Doctrinâ consistit, cum Sede Apostolicâ semper fuisse & esse necessariam* propugnet (2); ut scribat *idem esse à communione Ecclesiæ Catholicæ extorrem fieri ac non consentire Sedi Apostolicæ* (3). Ipsissimus ille est qui neget *aliquem posse extra communionem R. Pontificis constitutum veram profiteri Fidem & sanctitatem adipisci* (4); qui contendit nullum dari casum, nullam effingi posse temporis circumstantiam, *in quâ recedere liceat à communione Sedis Apostolicæ ac Petri Cathedræ inhærendum non sit* (5). Ipsissimus tandem ille est, qui Sedem Apostolicam adeò immotum ac nunquam deficiens unitatis Catholicæ centrum esse credebat, *ut conjunctionem cum Sede Apostolicâ inter vera atque Catholicæ Ecclesiæ notas*, quæ sunt perpetuæ ac immotæ, recenseat (6).

En Turnelii Doctrina quam profiteri cum Catholicis omnibus ac contra Hæreticos tueri velit & glorietur. Cum igitur sibi objectato argumento quod ad vindicandam Sedi Apostolicæ inerrantiam ex centri prærogativâ deducitur, respondet Sedem Apostolicam *sicut errare posse, ità etiam desinere actu esse centrum unitatis*, palàm ostendit vim illius argumenti declinari à Catholico non posse nisi suæmet ipsius constanti Doctrinæ totâ retrò traditione stabilitæ renuntiet. Hæc enim duo concilia, si potes, nimirum Sedem Apostolicam esse centrum unitatis necessarium, immotum, perpetuum, cuï semper & necessariò adhærendum sit, & Sedem Apostolicam desinere posse esse centrum unitatis, cuï proinde adhærendum tunc non sit; id unum apud Turnelium observo: ex his nempe duobus primum innumeris veterum testimoniis ab ipso stabiliri, secundum verò omni autoritate ac probatione spoliatum obiter proferri ad eludendum potiùs quàm elidendum Pontificiæ infallibilitatis assertorum argumentum, quod silentio supprimere, sicuti alii multi, potiùs debuisset, quàm sibi objicere tam infaustâ responsione resolvendum.

Auctor defensionis, declarationis Cleri Gallicani an. 1682. ità se habet (7) » certum est R. Pontificem à Deo esse positum qui Catho-» licæ societatis communionisque esset vinculum, stat semper invic-

(1) *De Ecclef. tom. 1. quæst. 2. artic. 6. pag.* 223. & 230.

(2) *Ibidem. pag.* 224. 228.

(3) *Ibidem. pag.* 229.

(4) *Ibidem. pag.* 211.

(5) *Ibidem. pag.* 214.

(6) *Ibidem. pag.* 226.

(7) *Parte 2. lib.* 15. *cap.* 32. *pag.* 296.

» tum illud Optati de R. Pontifice: ***cum quo nobis totus orbis unitatis*** » ***in societate concordat***, Hieronymi ad Damasum: ***qui tecum non col-*** » ***ligit***, ***spargit***, & illud Cypriani, illud Ambrosii, illud omnium » ut cum Episcopo Romano, id est, cum Ecclesiâ Catholicâ commu- » nicemus, atque hinc etiam valet illud, absque R. Pontifice non » colligi Synodos; quippe quo Duce Ecclesiæ uniri conjungíque » debeant, hæc à Christo instituta, hæc in ævum duratura. Neque eò » seciùs Deo permittente, ea interdum eveniunt quibus viri boni » sanctíque Pontificiæ Communionis exsortes manere debeant. « Hæc duo perspicacioribus iterum concilianda subjicimus, nimirum Romanum Pontificem ita à Deo fuisse constitutum Catholicæ Communionis vinculum ut ***semper*** stet invictum, spargere illum qui cum R. Pontifice non colligit, perinde esse cum R. Pontifice ac cum Ecclesiâ Catholicâ communicare; Ecclesias cum R. Pontifice uniri conjungíque debere, fac inquam ut hæc omnia ***semper*** stent invicta, à Christo ipso instituta, ac ***in ævum duratura***; & tamen liceat nonnunquam viris bonis & sanctis, imò debeant ipsi Pontificiæ Communionis exsortes manere. Quos alios legere concessum mihi fuit Pontificiæ infallibilitatis hostes, isti Catholicorum omnium Doctrinam tandem deserentes, negarunt Sedem Apostolicam esse centrum unitatis quod ***in Fide*** constituerunt (1); illi nodum hujusce argumenti profundo secandum esse silentio consultiores judicarunt (2). Verùm quidquid somnietur, quidquid effingatur ad elevandam hujusce vim argumenti, ea est Gallorum Antistitum Doctrina, quæ omnibus occurrat commentationibus ac rem nostram penitùs ac mirificè conficiat.

Illustrissimi enim Galliarum Antistites, 1°. Profitentur ac docent Sedem Apostolicam seu R. Pontificem unitatis ac Communionis Catholicæ esse centrum, & quidem à Christo constitutum, ***essentiale*** & necessarium, cuï semper & necessariò adhærendum sit. 2°. Ex hâc centri prærogativâ colligunt & tradunt, quemadmodum ceteri Pontificiæ inerrantiæ defensores, Sedem Apostolicam à Fide deviare non posse. Hæc duo totidem §. ostendere lubet.

(1) *De droit & de la canonicité de l'Appel, &c. §. V. VI. VII.*

(2) *Dupin de antiquâ Eccl. discipl. Natalis Alexand. in Hist. seculi XV. & XVI. Dissert. 4.*



§. I.

Illustrissimi Galliarum Episcopi docent Sedem Apostolicam seu Romanum Pontificem esse centrum unitatis Catholicæ à Christo constitutum, essentiale *& necessarium, cui semper & necessariò adhærendum sit.*

INnumera Gallorum Antistitum hâc super re testimonia hîc exscribere supervacaneum ac inutile putamus ; pauca ex innumeris, quæ tamen sufficiant ad dignoscendam eorum Doctrinam, expressa & luculenta subjicimus : ***Cathedra Petri***, ait Clerus Gallicanus Parisiis an. 1714. congregatus in Epistolâ ad universos Regni Antistites, ***quod est centrum unitatis*** (1), & in illis literis quas idem Clerus ex comitiis an. 1735. ad Clementem XII. R. P. misit pro impetrandâ Joannis Francisci Regis inter Sanctos relatione : ***tu es***, inquit, Summum Pontificem allocutus, ***Tu es quem veneramur centrum Catholicæ unitatis.*** Emin. de Noailles Paris. Archiepiscopus aliíque octo Galliarum Episcopi in communi Epistolâ die 5. Febr. an. 1714. ad Clementem XI. R. P. conscripta (2) : ***Præcipuum illud est***, inquiunt, ***primæ Sedis decus, ut ad ipsam tanquam unitatis & veritatis centrum, ceteræ conveniant ; hoc juxta paternæ consuetudinis normam Tridentina Synodus, hoc Summi Pontifices observandum decernunt.*** Emin. de Rohan, Episcop. Argentorat. in Mandato Past. 7. Junii 1718. p. 11. ***Ecclesia Roma fundata instituta est à Christo centrum unitatis.*** Emin. de Bissy, Episcop. Meldensis: ***hæc Ecclesia Roma fundata à Christo constituta est centrum Catholicæ Communionis*** (3). Illustr. de Colongue, Episcop. Aptensis : ***Privilegium***, inquit, ***à Christo Romanæ Ecclesiæ concessum ut sit centrum unitatis, impugnatum nunquam fuit nisi ab Hæreticis*** (4). Episcopus Cenomanensis : ***Sancta Sedes***, inquit, ***ab omnibus Patribus nostris usquè agnita fuit ut centrum unitatis & veritatis oraculum*** (5) ; paria, ut jam dixi, mitto innumera, quia omnibus obvia & notissima.

(1) *A.T. verb. illius Cœtus.* pag. 110. La Chaire de Saint Pierre, qui est le centre de l'unité.

(2) *Hæc Epistola refertur in opere, cui titulus* : Histoire des Réflexions Morales sur le Nouveau Testament, à Amsterdam 1726. *Tom.* 2. *pag.* 125.

(3) *Docum. Pastor. an.* 1728. pag. 13. Cette Eglise de Rome, que Jesus-Christ a établi le centre de la Communion Catholique.

(4) *Mand. Pastor.* 20. Decembris 1717. Le privilége dont le Seigneur a honoré l'Eglise Romaine, d'etre le centre de l'unité, n'a jamais été attaqué que par des Hérétiques.

(5) *Mandat. Pastor. pro acceptatione Const.* Unigenitus. *An.* 1714. Nos Pères ont tous reconnu le Saint Siége, comme le centre de l'unité, & l'oracle de la verité. *Hoc Mandatum legitur in collectione Mandator.* pag. 178.

At, inquies, Gallicani Antiſtites ibi unicè docent Sedem Apoſtolicam ſeu R. Pontificem Catholicæ unitatis eſſe centrum, minimè verò dicunt eſſe centrum *immotum*, *eſſentiale ac neceſſarium*; ſed repono: Gallicani Præſules eò ipſo Sedem Apoſtolicam intelligunt eſſe centrum immotum ac perpetuum, quò profitentur ac agnoſcunt eam à Chriſto centrum eſſe conſtitutam, quia immota, perpetua ac inconcuſſa eſſe ſciunt, quæ Chriſtus Sedi Apoſtolicæ conceſſit privilegia, alioquin pari jure contenderes immotum nec eſſe primatus privilegium Petro ejúſque Succeſſoribus à Chriſto conceſſum. Præterea obſerva quod hoc, ut ſit unitatis centrum, privilegium re ipsâ Sedi Apoſtolicæ minimè competeret, ſi non eſſet immotum ac perpetuum, ſi ea deſinere poſſet eſſe centrum; quia ſicut infallibilitatis privilegio ea minimè gaudet juxta noſtros adverſarios, quia errare poteſt, ità pariter nec centri unitatis privilegio decorata dicenda foret, ſi deſinere poſſet eſſe centrum; ſi enim eò reduceretur centri privilegium Sedi Apoſtolicæ conceſſum, ut tamdiu ſit centrum, quamdiu cum Eccleſiâ univerſali concordat, & deſinat eſſe centrum, cum ab illâ diſſentit, quod evenire poteſt, quid impedit quominus quælibet alia particularis Eccleſia pari jure dicatur etiam centrum unitatis quamdiu cum univerſali concordat?

Verùm his nondum contentus es, expreſſiora à Gallicanis ipſis Epiſcopis teſtimonia deſideras? Expreſſiora proferemus; præſtò ſunt illuſtriſſimi ſcriptores: & quî non eſſent, ubi agitur de vindicandis divinis Sedis Apoſtolicæ privilegiis? Audi itaque: *Eccleſia Romæ fundata*, inquit Emin. de Rohan in loco ſuprà citato, *inſtituta eſt à Chriſto centrum eſſentiale & neceſſarium unitatis* (1). Epiſcopus Bononienſis: *Sedes Apoſtolica*, inquit, *centrum neceſſarium unitatis Catholicæ* (2). Sedem Apoſtolicam unitatis Catholicæ *neceſſarium* eſſe *centrum* cum pluribus aliis pronuntiat ſæpius laudatus Senonenſis Antiſtes in monito 3°. adversùs ſuæ olim Diœceſ. refract. num. LXXVI. pag. 94. in Epiſtolâ 3. ad Epiſcopum Bonon. pag. 41. in 8°. Docum. Paſtor. pag. 3. & pag. 178. Itèm in Epiſtolâ 5. Paſtorali parte 4. num. 32. pag. 69. Gallicanis Epiſcopis tam ſuaſum eſt Sedem Apoſtolicam, immotum, perpetuum, indeficiens ac neceſſarium eſſe centrum unitatis, ut aſſerant & propugnent Eccleſiaſticam unitatem ſinè eo centro ſervari non poſſe, ac

(1) L'Egliſe de Rome eſt ſelon l'inſtitution de Jeſus-Chriſt, le centre eſſentiel & néceſſaire de l'unité.

(2) *Docum. Paſtor. pro accep. Bullæ Unigenitus. Edito die 2. Decemb. an. 1724.* pag. 5. L'Egliſe de Rome, le Siége Apoſtolique, centre néceſſaire de l'unité Catholique.

Ecclesiæ corpus suam non posse unitatem servare nisi Sedi Apostolicæ centro semper adhæreat. ***Romana Ecclesia***, inquit, Emin. de Bissy in Docum. Pastor. an. 1728. pag. 14. ***quam Christus constituit centrum Communionis Catholicæ & caput corporis quod unum semper esse debet, quod tamen hanc unitatem servare non potest nisi cum eâ maneat unitum tùm sensuum conformitate, tùm perfectâ omnium suorum membrorum subordinatione*** (1). Illustr. Senonensis: ***sinè hoc centro*** (Sede Apostolicâ), inquit, ***nulla subsistit unitas juxta Cyprianum, sinè hâc Ecclesiâ Apostolicâ*** (Romanâ) ***ceteræ Ecclesiæ non essent veræ Ecclesiæ*** (2). Tandem Sedem Apostolicam non posse desinere esse centrum unitatis evidentissimum est, si semper ac perpetuò necesse sit ut omnis Ecclesia cum Sede Apostolicâ in Doctrinâ Fidei conveniat; porrò id docent & propugnant Antistites Gallicani, ut suprà vidimus (3); constat igitur Sedem Apostolicam seu R. Pontificem, juxta Gallicanos Episcopos, à Christo constitutum esse centrum unitatis Catholicæ immotum, essentiale ac necessarium cuï semper & necessariò adhærendum sit.

(1) *Docum Pastor. an.* 1728. *pag.* 14. *Gallica verba suprà retulimus pag.* 50.

(3) *Cap.* 3°.

§. II.

Ex eo quòd Sedes Apostolica sit centrum unitatis Catholicæ colligunt & tradunt Episcopi Gallicani eam à Fide, à veritate deviare non posse.

NIl mirum si illud colligant illustrissimi Præsules quod ex præcedenti ipsorum Doctrinâ sponte fluere nemo non videat, qui ad eam vèl leviter attenderit, ipsos igitur auscultemus. ***Ex hâc centri prærogativâ***, inquit Illustriss. de Colongue Episcopus Aptensis in Mandato sæpius laudato, ***firmissimè probatur ac evincitur, hæc duo quæ Sedi Apostolicæ seu Ecclesiæ Romæ fundatæ jam vindicavimus privilegia ipsi competere, nimirum ut omnium Fidei controversiarum arbitra sit & judex, & ut in Fide semper integra sit ac illibata*** (4); & rursus: ***si Petri Cathedra; quæ est unitatis Centrum, aliquo errore semel inficeretur, ipsius corruptio ceteris, quæ ab eo centro de-***

(2) *Monito.* 3. *num. V. pag.* 6. Sans le centre d'union (*Siége Apostolique*) il n'y a point d'unité selon Saint Cyprien, sans cette Eglise Apostolique les autres Eglises ne seroient point ces Eglises.

(4) Cette prérogative que l'Eglise Romaine a d'être le centre de l'unité, est une preuve autentique des deux précedentes que nous avons déja reconnus en Elle, sçavoir, d'être le Juge & l'Arbitre de toutes les Questions de Doctrine qui s'élévent dans le monde Chrétien, & d'être toujours pure dans la Foi.

rivant & ad ipsum tendunt, sine dubio communicaretur, sicuti fonte inquinato infecta inveniretur rivuli aqua quæ ex ipso flueret (1). Expressima sunt, ac pro re nostrâ decretoria hæc clarissimi Præsulis verba; nec obscuriùs hâc super re mentem suam aperit Emin. de Bissy, Meldensis Episcopus: *qui fieri potest*, inquit, *ut hæc Ecclesia Romæ fundata à veritate declinaret, cum à Christo constituta sit centrum Communionis Catholicæ* (2). Vides quomodo ex eo quòd Ecclesia Romana sit centrum Catholicæ Communionis colligat & contendat eruditus Cardinalis fieri non posse ut à veritate ea declinet. Illustriss. de Belsunce Massiliensis Episcopus hoc consectarium tam certum, tam Catholicum esse credit, ut sine impietate negari illud non posse tradat. *Ne timeatis*, inquit, *charissimi Fratres, nè ea Ecclesia quæ unitatis ac Catholicæ veritatis est centrum, evadere possit Sedes erroris aut profanæ novitatis, sicuti ætate nostrâ impiè nonnunquam asseritur; Romana Ecclesia semper est virgo, Fides Romana semper est Fides Ecclesiæ* (3). Consule Documenta Pastoralia tot Galliæ Antistitum qui in refractarios Constitutioni *Unigenitus* calamum strinxêre, quid frequentius apud ipsos, quàm illius decreti Orthodoxiam ex eo potissimum evincere, quòd à centro unitatis Catholicæ profectum fuerit; ferre non poterant Illustrissimi Scriptores illum qui sit centrum unitatis in erroris suspicionem venire. *Quid ergo*, Quesnelianos exclamabundus urgebat Illustriss. de Fenelon Camerac. Antistes, *si Constitutio Unigenitus Fidem pervertit, centrum puræ Fidei evasit pernitiosum erroris centrum* (4). Emin. de Bissy, *si Ecclesia Romana*, inquit, *in errorem lapsa esset, desiisset igitur esse centrum nostræ communionis, ac Cathedra unitatis* (5). Eo pariter argumento insistunt Illustrissimi de Languet, de S. Albin, de la Fare, aliique passim, quorum verba in re notissimâ referre tædet. Insanientium ac Hæreticorum est, non verò Catholicorum, juxta Gallicanos Antistites eam,

(1) Si ce Trône de Pierre, qui est le centre de l'unité, venoit à être infecté de quelques erreurs, il n'y a pas de doute que sa corruption se communiqueroit aux autres qui en derivent & qui y vont aboutir, comme l'eau d'un ruisseau se trouveroit gâtée, si la source avoit contracté quelque impureté.

(2) *Mandat. Pastor. an.* 1728. *pag.* 13. Eh comment cette Eglise de Rome s'écarteroit-elle de la verité, Elle que Jesus-Christ a établie le centre de la Communion Catholique.

(3) *Docum Pastor. super libertat. Eccl. Gallic. pag.* 31. Ne craignez pas, mes très-chers Freres, qu'une Eglise qui est le centre de l'unité & de la vérité Catholique puisse devenir le siége de l'erreur ou la source de la profane nouveauté, comme on a quelquefois l'impieté de vous le dire aujourd'hui; l'Eglise Romaine est toujours vierge, la foi Romaine est toujours la foi de l'Eglise.

(4) *In Mand. Past.* 29. *Jun.* 1714. Si la Constitution *Unigenitus* renverse la foi, le centre de la pure foi est devenu le centre contagieux de l'erreur.

(5) *Docum Pastor. an.* 1722. *pag.* 11. Cette Eglise (*de Rome*) dans la supposition qu'elle seroit tombée (*dans l'erreur*) ne feroit donc plus le centre de notre Communion, la Chaire de l'unité.

eam, quæ unitatis Catholicæ centrum est, Sedem erroris postulari; *Cathedra Apostolica*, scribebant Cardinales, Archiepiscopi, &c. Galliarum in 1°. Memoriali Libello Philippo Aurelianensium duci ac regni moderatori oblato mense Martii an. 1717. *Venerandum unitatis nostræ centrum traducitur hodie à viris istis insanientibus tanquam fons erroris & tenebrarum . . . . ità traducebatur sub imperioso Luthero à VVittembergensibus, quando eâdem indignitate Bullam Leonis X. insectabantur* (1).

Tandem nè dubium cuipiam videatur, quod pro vindicandâ Sedis Apostolicæ inerrantiâ ex centri prærogativâ desumunt argumentum, affirmant Antistites Gallicani vèl ab iis agnosci Galliæ scriptoribus qui R. Pontifici minùs impendunt: *Galli Scriptores*, inquit Emin. de Bissy, in Documento modò laudato, *Sanctæ Sedi minùs propensi credunt hanc primam Orbis Ecclesiam, cùm sit centrum unitatis Catholicæ, à Fide deficere non posse* (2). Revera fatendum est maximam quidem esse debere hujusce consectarii lucem ac perspicuitatem, cuï nec ipsimet adversarii nostri oculos claudere saltèm aliquando valuerint, ità enim habet Autor defens. declar. Cleri Gallic. supra laudatus: *Cathedra Petri si concidere posset fieretque jam Cathedra non veritatis sed erroris & pestilentiæ, Ecclesia ipsa Catholica non haberet Societatis vinculum, jam Schismatica ac dissipata esset, quod non est possibile* (3). Vides quomodo ex eo quod Petri Cathedra sit vinculum seu centrum Catholicæ Societatis, concludat vèl invitus adversarius eam concidere non posse, sicque fieri Cathedram non veritatis sed erroris; quid plura ad ostendendam assertionis nostræ veritatem?

(3) *Part.* 2. *lib.* 15. *cap. VII.*

Si placet ergo quæ sit vera, perspicua & universalis Gallorum Antististum Doctrina, cum iisdem profiteri non gravemur, quod vèl ab ipso adversariorum ore nonnunquam extorqueat vis veritatis; Sedem videlicet Apostolicam, seu Romanum Pontificem, unitatis Catholicæ centrum esse à Christo constitutum & quidem essentiale, immotum, ac necessarium, cuï semper & necessariò sit adhærendum; cum ipsis pariter credamus hujusce centri eam esse prærogativam, ut à Fide, à veritate deviare non possit. Ex his omni-

(1) La Chaire Apostolique, centre respectable de notre unité, n'est plus aujourd'hui aux yeux de ces hommes égarés, qu'une source d'erreurs & de tenebres, ainsi s'exprimoit-on sous l'imperieux Luther dans l'Université de Witemberg lorsqu'on y traita la Bulle de Leon X, avec la même indignité.

(2) *Pag.* 42. Les Auteurs François les moins portés pour le St. Siége croient que cette premiere Eglise du monde étant comme elle est le centre de l'unité de toutes les Eglises Catholiques, est indefectible dans la foi.

bus ità planè in Scholis argumentaretur licentiatus Sorbonicus : ille juxta Gallicanos Antiſtites à Fide aberrare non poteſt, qui à Chriſto conſtitutus eſt centrum unitatis Catholicæ ; atqui Sedes Apoſtolica ſeu Romanus Pontifex juxta eoſdem Antiſtites à Chriſto conſtitutus eſt centrum Catholicæ unitatis ; ergo Sedes Apoſtolica ſeu Romanus Pontifex juxta Illuſtriſſimos Eccleſiæ Gallicanæ Principes à Fide aberrare non poteſt.



CAPUT VI.

Quæ juxta Gallicanos Epiſcopos Pontifici Romano debetur obedientia, Germanam illorum de Supremâ & infallibili ſummi Pontificis autoritate ſententiam aperit atque confirmat.

QUOS hactenus vidimus Galliarum Antiſtites ex Sacris Codicibus, necnon ex Veterum Eccleſiæ Patrum Doctrinâ, ſupremam & irreformabilem dogmaticis Rom. Pontificum judiciis autoritatem vindicantes, nunc ſpectemus pro eâdem veritate militantes in his quæ circa debitam Summo Pontifici obedientiam paſſim docent, ſuiſque Fidelibus inculcant. Atque tu noſtri, quod ex hoc Gallicanæ Doctrinæ capite deſumitur, argumenti pondus ac tota vis ſentiatur ; unum præmittimus principium quod apud omnes inerrantiæ Pontificiæ & Patronos & oſores certum inconcuſſumque eſt : nimirum, eam autoritatem eſſe infallibilem, quæ ſingulis terrarum ubique Catholicis ineluctabilem imponit neceſſitatem iis aſſentiendi , quæ circa fidem ac mores determinat, cujus ſolemnibus circa Religionem decretis ſincerum & intimum mentis obſequium omnes ubique Chriſtiani præſtare tenentur ; iſtud, inquam, obſequii genus ei ſolùm autoritati quæ ſuprema ſit & infallibilis neceſſariò exhibendum eſſe partem inter utramque Theologorum univerſim convenit ; unde ſummum id genus obſequium Apoſtolicis circa Fidem Conſtitutionibus præbendum eſſe, quemadmodum conſtanter affirmant illi Theologi qui ſupremam & indeficientem RR. PP. autoritatem vindicant, ità negant aſſiduè qui eamdem autoritatem Romanis Pontificibus abjudicatam ſoli aſſerunt univerſali Eccleſiæ.

Ad quid igitur in adverſatiorum mente tenentur Fideles, cùm

Summus Pontifex solemnem emittit ejusmodi Constitutionem? Ad illud duntaxat, ut intra religiosi silenii fines se se contineant, nihilque proferant Romano judicio contrarium quando manifesta non apparet repugnandi ac palàm contradicendi necessitas; audiatur hanc in rem famosus adversariorum Coryphæus; Gersonium dico qui istam Doctrinam nitidè explicat in suo tractatu de Examin. Doctrin. Consider. 3. *concluditur*, inquit, ***duplex veritas : prima quod determinatio solius Papæ in his quæ sunt Fidei, tamen non obligat, ut præcisè est talis, ad credendum, alioquin staret in casu quòd quis obligaretur ad contradictoria vel ad falsum contra Fidem; secunda veritas est quod sententia Papæ ligat omnes Fideles ad non dogmatisandum contrarium, nisi per illos aut apud illos qui manifestum contra Fidem deprehendunt errorem & scandalum grande fieri subsilentio, si non opponerent se, cognoscunt***; idem refricat in tractatu : ***utrùm liceat in causis Fidei à Pontifice provocare***, his verbis : ***nulla determinatio judicialis Episcopi vel Papæ ligat Fideles ad credendum quòd ità sit de veritate Fidei sicut prætendit sua declaratio, quoniam tàm Papa quàm Episcopus deviabiles sunt à Fide : obligat tamen subditos sub pœnâ excommunicationis talis determinatio quòd non dogmatisent oppositum, nisi appareat manifesta ratio repugnandi.***

Itaque juxta Gersonium eò tota recidit quæ Pontificiis decretis debetur obedientia, ut liget Fideles ***ad non dogmatisandum contrarium***, nisi per illos, aut apud illos qui manifestum contra Fidem deprehendunt errorem & scandalum grande, si non contradicerent, nasciturum cognoscunt; non verò ut S. Pontificis Constitutio obliget, quà ***præcisè est talis, ad credendum.*** Quianam verò? Expeditam rationem reddit Cancellarius Parisiensis, quia videlicet tàm Papa quàm Episcopus ***deviabiles sunt à Fide.*** Ergo in illius mente internum animi obsequium Pontificiis Constitutionibus idcirco non debetur à Christianis, quia nec suprema, nec infallibilis est Rom. Pontificis autoritas.

Magistrum, ut nescit nemo, pedepresśim sequuntur discipuli, quotquot videlicet Pontificiæ inerrantiæ bellum indixerunt, ac illi quidem potisśimùm, qui de reddendâ RR. Pontificibus obedientiâ fusiori calamo & datâ operâ differuerunt. Ità inter ceteros autor libelli cuï Gallicè titulus : ***Mémoire pour servir à l'éxamen de cette maxime, que le Pape ayant la provision, on doit se soumettre à ses jugemens, au moins par provision***, editi an. 1717. nec non autor dissertationis, ***sur la Constitution du 8. Septembre*** an. 1713. ***où l'on exa-***

mine, 1°. *Si une grande Eglise, comme celle de France, est obligée d'accepter purement & simplement toutes les Constitutions dogmatiques des Papes, &c.* Typis Mandatæ an. 1714. Rem eandem expressè discutit defens. declar. Cler. Gallic. an. 1682. ac pluribus non ratiociniis solùm, sed Sanctorum etiam Virorum exemplis, comprobare nititur internum mentis obsequium Pontificiis de Fide decretis suspendi posse; ac proinde ipsis minimè esse debitum; verba subjicio: *aggredimur*, inquit parte 2. lib. 14. cap. 23. *demonstrare viros bonos sanctósque RR. Pontificum Decreta, etiam de Fide, suspenso animo mansisse quoad universalis consensus accederet.* Audiatur D. le Gros, Canonicus Remensis, in opere gallicè inscripto: *Renversement des libertés de l'Eglise Gallicane, dans l'affaire de la Constitution* Unigenitus, *Romanum*, inquit, *Pontificem infallibilem esse, & ipsum habere jus Fideles omnes obligandi ad ea credenda quæ ipse definit, duo sunt quæ separari non possunt tùm in rei veritate, tùm juxta sententiam omnium Theologorum Gallorum & Ultramontanorum* (1).

Et certè quod nullatenùs obstringantur Fideles Pontificiis circa Fidem decretis assentiri, si ea sint errori obnoxia, res est evidentissima, quid enim si ad id tenerentur, *jam staret*, ut ait Gerson, *quod quis obligaretur* vel obligari posset *ad falsum contra Fidem credendum*; porrò certissimum est neminem ad errorem credendum obligari posse: *nunquam ulla esse potest*, inquit egregiè Ruthenensis Episcopus, *erroris admittendi necessitas* (2); & rursus, si singuli ubique Fideles fallibili R. Pontificis autoritati assentiri tenerentur, singuli etiam ubique Fideles in errorem adduci possent, quod nemo dixerit Catholicorum; & iterum: ea de Fide credenda non sunt quæ de Fide non sunt, atqui de Fide non sunt quæ à Pontifice errori obnoxio definiuntur; *fundamentum* enim *quo nititur Fides nostra*, ut sæpius ac solidè ostendit Emin. de Noailles, in Docum. Pastor. an. 1719. pag. 85. pag. 171. &c. *certissimum ac infallibile esse debet*; ità planè; cum eruditissimo Cameracensium Archi-Præsule Fenelonio quisque fatebitur evidens esse principium & ab ipsis Jansenianis centies decantatum: *certam Fidem autoritati non nisi infallibili esse adhibendam* (3); nec ullus inficiabitur quod vèl ipsi recentiores,

(1) *Tom. 2. parte edit.* 1716. pag. 122. Que le Pape soit infaillible & qu'il ait droit d'obliger tous les Fidéles à croire ce qu'il décide, ce sont deux choses inséparables & dans la vérité & dans le sentiment de tous les Théologiens François & Ultramontains.

(2) *Docum toties laudato.* pag. 298. Il ne peut jamais y avoir obligation de croire l'erreur.

(3) *Docum Pastor. pro public. Constit.* vineam Domini *edito an.* 1705. *num.* 11. La premiere proposition ne contient que les principes évidens tirés des écrits du parti faits depuis 40. ans pour démontrer qu'on ne doit la croyance certaine qu'a une autorité infaillible. *V. & ip-*

Ideóque pervicaciores Quesnelianæ Factionis Scriptores disertissimè fatentur Bossuetium nimirum Meldensium Antistitem in suo cum Ministro Claudio colloquio solidè ostendisse ***absolutam ac plenam obedientiam non nisi infallibili autoritati jure deberi*** (1).

Denique nè plura dicam ubì suffecissent pauciora, si dogmaticis R. Pontificis decretis, antequam universalis Ecclesiæ consensus accesserit, deffectibilibus tamen & errori obnoxiis, animo tenùs assentiri quilibet ubique Christianus teneatur, jam omnino fatendum est illa simul ut prodierunt, non ampliùs ad incudem revocari posse; recoqui enim ac reformari nequeunt dogmatica judicia, quæ singulorum in orbe toto Catholicorum suffragiis & assensu firmata ac munita simul fuêre. Hanc consecutionem vèl ipsi admittunt Pontificiæ inerrantiæ debellatores, ac præ ceteris legitimam esse invictè demonstrat prælaudatus Autor libelli, cuï titulus: ***Mémoire pour servir, &c.*** Num. xv. sic fermè illi ratiocinantur: si semel concedatur decretis à Pontifice errori obnoxio latis certo mentis assensu etiam ***per provisionem*** credendum esse, donec suum Ecclesia ipsa judicium interposuerit, erit etiam concedendum illis decretis post latum ab Ecclesiâ qualecunque judicium semper inhærendum esse ac interiùs assentiendum. Quid ità porro? Nempe Fides immutabilis est, quod semel creditum ab universis Catholicis, hoc semper credendum est, cùm una semper & eadem veritas existat, nec in varios mutetur vultus; ergo si Pontificia de Fide decreta ab omnibus Orbis Catholici Fidelibus interno mentis assensu ac Fidei obsequio excipienda sunt, immota jam eo ipso & inconcussa fiunt. Stat igitur firmum, stat non modò Gallicanorum Antistitum ac ceterorum inerrantiæ Pontificiæ vindicum Doctrinâ, sed & ipsâ adversariorum consensione munitissimum istud principium: videlicet non teneri Fideles judicio nisi infallibili internum ac certum mentis obsequium exhibere, nec illud proinde Romanis Pontificibus de Fide pronuntiantibus esse necessariò exhibendum, si in suis circa Fidem judiciis errorem admittere ac propinare possint.

Ergo, siquidem contrariorum contrariæ sunt rationes, qui propugnat sincerum illud animi obsequium Pontificiis circa Fidem de-

sus Epistolam sic gallicè inscriptam: Lettre de Monseigneur l'Archevêque Duc de Cambrai à un Théologien au sujet de ses Instructions Pastorales, *editam an. 1706. in quâ banc ex professo propugnat Doctrinam.*

(1) *Memoire où l'on examine si la Bulle de Notre S. Pere le Pape Clement XI. qui commence par ces mots* Unigenitus Dei Filius, *est acceptée dans l'Eglise d'un consentement vraiment unanime*, 1744. *in-douze*, pag. 32. Cette déférence entière, absolue & sans réserve n'est justement dûe qu'à une autorité infaillible, comme le prouve Mr. de Meaux dans sa Conférence avec le Ministre Claude.

finitionibus ab omnibus Christianis esse omnino deferendum, is eo ipso profitetur Pontificias id genus definitiones nullis unquam cubare posse erroribus, nulli emendationi esse obnoxias, quandoquidem ex dictis, hujus obsequii tributum infallibili duntaxat autoritati reddendum esse agnoscunt cum Gallicanis Præsulibus partis utriusque Theologi. Quid igitur si posthabitâ, quam adversarii tuentur, sententiâ, cum ceteris omnibus infallibilitatis Pontificiæ defensoribus affirment laudatissimi Galliarum Antistites, propugnéntque eam inesse Pontificiis circa Religionem Constitutionibus autoritatem, cuï omnes ubique Christiani intimum illud mentis obsequium præstare teneantur? Quid si prodoceant ac undique prædicent istiusmodi Constitutionibus interiorem, absolutam, omnimodam à Fidelibus obedientiam deberi? cuïnam-ne vèl delicatissimo dubium superesse & levissimum poterit, an Gallicani Episcopi supremam R. Pontificis in ferendis de Fide judiciis autoritatem agnoscant & cum aliis orbîs Catholici Episcopis venerentur? Dubium profectò si quod in re tam apertâ, tam nitidâ remanere aut suboriri potest, propulsabit funditus ac radicitus exstirpabit eorum, quæ hactenus præmissa sunt, seria & accurata consideratio. Unum itaque nobis conficiendum superest, nempe ut quam attribuimus Gallicanis Episcopis, ipsam illorum esse genuinam & constantem sententiam demonstremus; hoc ipsum verò expressissimis eorumdem ac perspicuis verbis ostendere jam properamus.

§ I.

Prodocent Illustrissimi Galliarum Antistites eam inesse Pontificiis circa Fidem judiciis autoritatem, cuï omnes Christiani sincerum mentis obsequium præstare teneantur. Palàm prædicant iidem Præsules absolutam illis judiciis, & omnimodam à singulis æquè Episcopis & ab omnibus ubique Fidelibus obedientiam deberi.

TAmetsi illos intra fines se se continerent Gallicani Præsules ut R. Pontifici solemniter de Fide pronuntianti obedientiam à singulis tùm Fidelibus, tùm etiam Episcopis præstandam esse universim prædicarent, satis illud futurum nobis existimamus, quo debitum esse ab omnibus Pontificiæ definitioni sincerum mentis obse-

quium ostenderemus. Quid ità ? In promptu ratio est ; scilicet non id unum præcipiunt R. R. Pontifices, ut sua de Fide decreta nudo oris silentio à Fidelibus excipiantur, verùm id maximè, ut illis decretis internus mentis præbeatur assensus. Eam esse quam asserimus Summorum Pontificum voluntatem haud ignorant utique seu Gallicani Episcopi, seu quivis alii, qui Pontificias Constitutiones semel aliquando perlegerint ; ergo si dogmaticis illis Constitutionibus veram debeas obedientiam, verum quoque debes mentis obsequium, quod nî præstes, jam dees præcepto, nec præcipienti verè obtemperas. Quocirca nè cogitentur Gallicani Antistites fictitiam ac fucatam R. Pontifici obedientiam prædicare (quasi verò tam candidi, tam graves Episcopi iis accensendi sint frivolis ac planis hominibus qui obedientiam illam quam summò quandoque deprædicant ad mera obsequii verba, sensûs inania, spiritu vacua, proterviùs reducere non erubescunt) nè, inquam, tam iniqua concipiatur de Reverendissimis Episcopis opinio, omnino fatendum est illos internum Pontificiis definitionibus ac sincerum mentis obsequium exigere, dum affirmant veram R. Pontifici de Fide solemniter pronuntianti obedientiam esse ab omnibus exhibendam, ídque eò magìs quòd in publicis eorum scriptis legere nusspiam contingat, in eo positam esse illam, quæ Pontifici R. debetur, obedientiam, ut ipsius decreta mero silentio à Catholicis dignanda sint, nec interiori mentis assensu prosequenda.

Præterea quis prudens sibi persuadebit unquam Galliarum Episcopos eò usque depressam voluisse, cum Gersonio aliísque ejus asseclis, R. Pontificis dignitatem, ut cùm de Fide agitur nihil ipsi quàm Episcoporum cuilibet plus tribuatur autoritatis, nobis certè ex assiduâ Doctrinæ illorum meditatione contrarium planè perspectum est ; atqui tamen debita R. Pontifici obedientia, si nudum exigat silentii obsequium, eadem à Fideli populo Episcoporum unicuique debetur, quandoquidem tenentur Fideles mandatum ac Doctrinam sibi ab Episcopo propositam silentio saltèm venerari, nec possunt illi contradicere nisi manifesta urgeat contradicendi necessitas ; ergóne pari loco ab Episcopis Gallicanis habebuntur & Summi Pontificis, & cujusvis Episcopi solemnia circa Fidem judicia ? Ergóne par eis obedientia juxta Gallicanos Præsules à Fidelibus debebitur ? Parum certè in eorum scriptis versatus, quin & hospes omninò sit ac peregrinus, qui ità cogitaverit ; quapropter si Episcopi Franciæ, veram doceant R. Pontifici de Fide solemniter pronuntianti obe-

dientiam à Fidelibus esse exhibendam, vèl eo ipso censendi sunt sincerum mentis obsequium exigere. Porrò quod vera, uti diximus, dogmaticis Papæ judiciis obedientia, non à communi duntaxat Fidelium populo, sed ab ipsis etiam Episcopis debeatur, cùm perpetuâ suâ agendi ratione demonstrant Illustrissimi Gallicanæ Ecclesiæ Proceres, tùm innumeris testatissimum volunt scriptorum suorum monumentis. Hoc obedientiæ tributum Petri Successoribus persolvendum, tanquam certissimam Fidei nostræ ac Religionis veritatem spectant, ac suam ipsi in eo constantissimè reddendo solidiorem gloriam reponere se palàm profitentur. Unum in re vulgatissimâ, ac deinceps uberiùs confirmandâ, appellare juvat Archiepiscopum Senonensem Illustrissimum de Languet, Bossuetii Meldensium quondam Episcopi, ac totius Galliarum Ecclesiæ sensa depromentem in Epistolâ ad Enculismensem Episcopum scriptâ die 2. Februarii an. 1719. *in memoriâ tibi revocandum est*, inquit, *nos* (Episcopos) *etsi judices, Summo Pontifici tanquam Superiori ac Pastori nostro subjacere. Hanc veritatem exultantis animi sensu profitemur, inquiebat olim in publicis Cleri Gallicani 1682. comitiis Bossuetius; amamus unitatem, & quam exhibemus obedientiam gloriæ ducimus, omnes tàm Agnos quàm Oves, matres ipsas haud secùs ac natos, vel ipsos Pastores pascere ac regere proprium est, ex Christi instituto, Petri officium. Populorum Pastores, Oves Petri sumus; hæc magnus ille Meldensium Episcopus cujus suspecta tibi haudquaquam esse potest hâc super re autoritas; agnoscit ingenuè Superiorem nobis Sanctissimi Patris autoritatem cui quidem obedire nobis gloriandum. Hanc ipsi obedientiam in nostrâ consecratione sub jurisjurandi Sacramento spopondimus; hujus obedientiæ exempla Episcopi prædecessores nostri nobis imitanda reliquerunt. Quoties in suis comitiis promanatas è Sede Apostolicâ Bullas receperunt, toties easdem à se cum debitâ submissione ac reverentiâ recipi palàm protestati sunt. Verum quidem est, & pari tecum animi vigore propugnamus, Episcopos esse judices, nihilominùs tamen eorum nullus ab eâ recedere potest obedientiâ, cujus necessitatem imponit jurisdictionis ille Primatus, quem Cathedræ unitatis ipse Christus affixit* (1); *omnis quicunque Fidelis*, prosequitur eruditissimus Præsul,

(1) *In Epist. ad Enculismensem Episcopum script. die 2. Februarii 1719.* pag. 13. Il faut vous faire ressouvenir que, tout Juges que nous sommes, le Pape est notre supérieur & notre Pasteur. *Nous le publions avec joie*, disoit feu M. Bossuet dans l'Assemblée du Clergé de France en 1682. *Nous aimons l'unité & tenons à gloire notre obéissance. C'est à Pierre qu'il est ordonné de paître & de gouverner tout, & les Agneaux, & les Brebis, & les petits & les meres, & les Pasteurs même. Pasteurs à l'égard des Peuples, & Brebis à l'égard de Pierre.* Ce grand Homme ne peut vous être suspect, il reconnoit l'autorité du St. Pere sur nous, & à cette autorité

ſul, Chriſti Vicario obedientiam debet. Ità dictat illa quam tenemus, ità docet quam profitemur, fides; eandem hanc Fidem Epiſcopi in ſacrâ ſuâ inauguratione profitentur. Illam obedientiæ pollicitationem ſolemniter renovantin tremendo Altarium ſacrorum conſpectu ac ſancta ſuper Evangelia jurant ſe deinceps R. Pontifici pro tempore exiſtenti ejúſque Succeſſoribus obedituros (1).

Ex iis Illuſtriſſimi Archiepiſcopi verbis perſpicuum eſt quo animi vigore, quo ſtyli pondere debitam R. Pontificibus obedientiam viriliter urgeant Gallicani Antiſtites, ac uberrimè confirment. Hoc porrò quod ubique pollicentur, ubique commendant obſequium in merâ ſilentii obſervatione, non in internâ mentis ſubmiſſione reponendum, quis citra impactam graviſſimis Præſulibus injuriam aſſeruerit? Quanquam non eſt quòd in eo argumento prolixiùs urgendo immoremur, qui expreſſiſſima aliunde & luculentiſſima præ manibus habemus Gallorum Epiſcoporum hâc ipsâ de re teſtimonia; egregium eſt, inter cetera, quod ſubminiſtrant nobis Galliarum Antiſtites in publicis comitiis congregati datis ad ſummum Pontificem Innoc. X. literis, in quibus ſolemniter declarant *vetuſtæ ætatis Eccleſiam, ex Chriſti Domini noſtri pollicitatione Petro factâ, perſpectum habuiſſe judicia pro ſanciendâ regulâ Fidei à ſummis Pontificibus lata ſuper Epiſcoporum conſultatione (ſive ſuam in actis, relationis ſententiam ponant, ſive omittant, prout illis collibuerit) divinâ æquè ac ſummâ per univerſam Eccleſiam autoritate niti; cui Chriſtiani omnes ex officio ipſius quoque mentis obſequium præſtare teneantur* (2).

Hæc tam ſplendida eruditi Præſules, quæ paſſim exſcribunt, ut alibi adnotavimus, ſuáque faciunt hodierni Galliarum Epiſcopi, ut patriæ virtutis hæredes, ſic doctrinæ tenaciſſimi. Hæc tam magnifica adunati Præſules intimos totius Galliæ ſenſus interpretati, quibus nequeant decretoria magìs ac clariora deſiderari; ſcilicet ex conſtanti & perpetuâ Galliarum perinde ac ceterarum orbîs Catholici

(2) *Mémoir. du Clergé tom.* 1. *pag.* 235.

torité doit répondre de notre part *une obéïſſance* dont nous devons *nous faire gloire*. Vous la lui avez jurée, cette obéïſſance, à votre Sacre, & nos Prédeceſſeurs dans l'Epiſcopat nous en ont donné l'exemple, chaque fois que dans les Aſſemblées du Clergé de France ils ont reçû des Bulles du S. Siége, ils ont toujours déclaré qu'ils les reçoivent *avec reſpect & ſoumiſſion*. Les Evêques ſont Juges, & Juges dans les cauſes de la foi, il eſt vrai, nous ne le ſoutenons pas moins que vous; mais tout Juges qu'ils ſoient, aucun d'eux ne peut oublier cette obéïſſance qui doit abſolument répondre à la primauté de Juriſdiction que Jeſus-Chriſt a mis dans la Chaire d'unité.

(1) 2. *Docum Paſtor.* En faveur de Madame la Marquiſe, &c. *edito an.* 1719. *num.* VI. Tout Fidéle doit obéïſſance au Vicaire de Jeſus-Chriſt, c'eſt notre Religion qui nous l'apprend, c'eſt notre profeſſion de Foi qui nous le dit.... les Evêques la font eux-mêmes, cette profeſſion de Foi, lorſqu'ils ſont élévés à l'Epiſcopat, dans l'auguſte cérémonie de leur Sacre ils renouvellent ſolemnellement les proteſtations de leur obéïſſance; c'eſt à la face des Autels qu'ils jurent ſur les ſaints Evangiles d'obéir déſormais au Pape actuellement régnant & à ſes Succeſſeurs.

partium Fide dogmaticis R. Pontificum judiciis divina æquè ac summa inest autoritas, cuï Christiani omnes ex officio, non merum duntaxat silentii cultum, sed *ipsius quoque mentis obsequium* præstare tenentur. Juxta meritissimos Gallicanæ Ecclesiæ Principes, ex Christi Domini pollicitatione Petro factâ, perspectum habebat vetustæ ætatis Ecclesia, decreta pro sanciendâ regulâ Fidei à SS. Pontificibus lata divinâ illâ ac summâ autoritate niti, etiam omissâ Episcoporum sententiâ. Expressiora, significantiora verba non faceret vèl apertissimus Romanæ inerrantiæ propugnator. Pronuntianti igitur R. Pontifici & aliquod Fidei dogma solemni judicio definienti merum silentii obsequium exhibebunt quotquot infallibilem ejus lacessunt autoritatem, & verò non aliter se gerere stando suis principiis omninò poterunt. Gallicani Antistites certè non ità; illud præstabunt obsequium quod ubique pollicentur, quod hactenus præstiterunt, quod exigit *divina æquè ac summa autoritas*, internum dico mentis & animi obsequium, quin & eos omnes pro virili insectabuntur, quicunque hujus obsequii vel naturam temerare, vel plenitudinem extenuare, vel necessitatem elevare connitentur. *Taceat*, inquit inter alios Fenelonius, *taceat humana temeritas, ubisemèl autoritas Petri Apostolorum capitis divino confirmata oraculo locuta est, imò nec taceat solùm, sed & intellectum suum in captivitatem redigat in obsequium Christi quem repræsentat R. Pontifex* (1).

Et certè quî non prædicarent Gallicani Præsules & apertè profiterentur sincerum animi obsequium Pontificiis Constitutionibus impendendum esse, cùm iidem apprimè norint ac ubique testentur omnimodam ipsis ab omnibus deberi obedientiam; sed qualis sit omnimoda illa obedientia, quò se extendat usque, quos habeat limites ex Gallorum Episcoporum mente priùs exponere juvat, quàm luculenta eam in rem ipsorum verba recitemus. *Vox ista* (omnimoda obedientia) *duo significat*, inquit Languetius, *ac primò quidem obedientiam sonat quæ quantùm ad obediendi modum integra sit, ità ut non solùm exterior & ore tenùs, sed & interior & animo tenùs esse debeat, excludátque omnes seu actiones, seu opiniones quibus alteraretur virtutis illius natura quæ Christianis omnibus chara, quæ in Episcopo perfectior esse debet, quippè qui virtutum omnium ut*

(1) *Mandato Pastor. pro Clement.* Constit. vineam Domini *publicandâ*. N°. *XVIII*. Que la présomption humaine se taise après que l'autorité de St. Pierre Chef des Apôtres, confirmée par l'Oracle Divin, a parlé: que non-seulement elle se taise; mais encore qu'elle reduise son entendement en captivité pour le soumettre à Jesus-Christ que le Pontife Romain répresente.

Doctor, sic exemplar populis existit, necesse habet. 2°. *Significat iterum obedientiam quoad decretum cui exhibetur integram, quæ ut talis sit, omnem restrictionem, exceptionem, divisionem excludere debet* (1). Quisquis igitur omnimodam Pontificiis Constitutionibus obedientiam spondet vel exhibere tenetur, ille juxtà modò expositam Senonensis Archiepiscopi Doctrinam non exterius duntaxat & oris, sed interiùs & mentis obsequium pollicetur, non dimidiatam, ut sic loquar, & exceptionibus restrictionibusve mutilatam, sed integram, sed numeris omnibus absolutam obedientiam præstare paratus est. Talem denique Fidem debet, qualis autoritati solum infallibili debetur, ut enim suprà demonstravimus, *quòd aliqua* seu *Papæ* seu alterius *autoritas sit infallibilis, & quod jus habeat obligandi Fideles omnes ad Fidem decisionibus suis exhibendam, duo sunt omnino indivulsa, cùm in ipsâ rei veritate tùm in unanimi Theologorum seu Francorum, seu Ultramontanorum sententiâ.*

Jam verò hodierni Galliarum Antistites in uno è numerosissimis Cleri Francici comitiis congregati non tantùm agnoscunt se dogmaticis SS. Pontificum decretis omnimodam debere obedientiam, sed etiam omnimodi illius obsequii vades se ac sponsores pro totâ Galliarum Ecclesiâ præstare non verentur; ità testati sunt in Epistolâ quam an. 1714. ad Clementem XI. rescripserunt: *quod olim*, inquiunt, *unus ex Doctioribus ac Sanctioribus Episcopis, ad unum ex Illustrissimis tuis Prædecessoribus scribebat, nempe pro omnimodâ* (2) *Gallicanæ Ecclesiæ in acceptandis Sedis Apostolicæ circa Fidem decisionibus obedientiâ prædem se fieri, hoc idem hodie beatitudini tuæ scribimus, eadem venerationis ac obedientiæ testimonia lætanter renovantes*; in quibus quidem omnimodæ obedientiæ pollicitationibus nè quid recèns innovatum, vel assentatoriè confidentiúsve prolatum quispiam conjectaret, majorum se suorum ac

(1) *In laud. Epist. ad Episcop. Enculismens.* pag. 15. Le mot d'*obedientiâ omnimodâ* signifie prémiérement une obéissance qui soit entiére quant à la manière d'obéir, c'est-à-dire, que l'obéissance ne doit pas être seulement extérieure & de bouche, elle doit aussi être de l'esprit & du cœur, elle doit exclurre toutes les actions & tous les sentimens qui altéreroient la perfection d'une vertu qui doit être chère a tous les Chrétiens, & qui doit être plus parfaite dans le cœur d'un Evêque, parce qu'il faut qu'il soit lui-même le modéle de toutes les vertus qu'il doit enseigner à son Peuple. Ce mot signifie encore une obéissance entiére par rapport au Decret auquel on obéit, & cette obéissance pour être telle doit exclurre le partage, les restrictions & les reserves.

(2) *Procès-verbal de cette Assemblée*, pag. 100. Ce qu'un de nos plus pieux & de nos plus sçavans Evêques écrivoit à un de vos plus illustres Prédécesseurs, qu'il lui répondoit de la soumission entière de l'Eglise de France à accepter les décisions du Siége Apostolique sur ce qui concerne la Foi, nous l'écrivons aujourd'hui à votre Sainteté en lui renouvellant avec joie les mêmes protestations de respect & d'obéissance. *gallicè* soumission *ou* obéissance entière, *perindè est latinè ac* omnimodâ obedientiâ *juxta Illust. de Languet Senon. Archi-Præsul. in gallici Sermonis notitiâ nemini secundum. V. locum modò citatum.*

unius præſertim inter illos celeberrimi veſtigiis hâc in Fide præſtandâ inſiſtere doctiſsimi Præſules palàm ac liberò profitentur.

Quam àutem in publicis Cleri Gallicani comitiis obedientiam pollicentur Galli Præſules, eandem & ipſi in ſuis Sedibus diſperſi Pontificiis Conſtitutionibus ultrò deferunt. Vix prodiit ſolemnis Clementis XI. Conſtitutio : *vineam Domini*, cùm eam omni quo poſſunt mentis obſequio ac veneratione proſequuntur ; *eam recipimus*, inquit Bellicenſis Epiſcopus, *cum profundâ illâ veneratione &* PLENÂ OBEDIENTIÂ *quæ viſibili Eccleſiæ Capiti debentur* (1). Bellicenſi concinit Vapincenſis Præſul : *tranſmiſſâ*, inquit, *ad hanc Diœceſim ejus* (Clementis XI.) *Conſtitutione, id ipſum in prioribus curis habuimus, ut illam acceptaremus cum profundâ veneratione* PERFECTÂQUE OBEDIENTIÂ *quam communi Fidelium Parenti debemus* (2). Abſolutæ, quam ubique ſpondent Galliarum Antiſtites obedientiæ cauſam & rationem noſſe deſideras? Eam ſubminiſtrat Illuſtr. Abely Ruthenenſium Epiſcopus : *cùm S. Pontifex*, inquit vir de Eccleſiâ optimè meritus, *ſit Doctor & judex ſupremus, ſequitur omnes Chriſtianos teneri ejus Doctrinam audire, ipſiúſque judiciis* OMNIMODÂ *animi obedientiâ adhærere* (3).

Verùm quid plura ? *Deficiet enim me tempus enarrantem*, ſi omnia ſigillatim proſequor Gallicanorum Antiſtitum quæ affatim occurrunt teſtimonia : nec mirum ; quî etenim non crederent, quî non palàm profiterentur illi Præſules omnimodam, plenam, abſolutam à ſe deberi Pontificiis circa Fidem ſanctionibus obedientiam, quandoquidem iidem agnoſcunt ſe ut populorum Paſtores, ſic planè ſummi Pontificis oves eſſe dociles ; hoc plenis in comitiis anno 1682. Boſſuetius ; hoc in ſuis Documentis multoties Languetius ; hoc in ſuis ſcriptis ſæpius alii Epiſcopi pronuntiant : *agnoſco*, inquiebat olim Maſſilienſis Antiſtes, *me Fidelium quidem quorum curâ mihi incumbit Paſtorem eſſe, ſed Romani Pontificis qui non primus duntaxat verùm & unicus & ſolus eſt Chriſti in terris Vicarius, eundem me ovem, & ovem docilem eſſe debere, ac eſſe revera, profiteor* (4). Doc-

(1) *Mand. Paſt. pro publicatione conſtit.* Vineam Domini *edito an.* 1705. Nous la recevons avec le profond reſpect & la ſoumiſſion parfaite dûe au Chef viſible de l'Egliſe.

(2) *Mand. Paſt. pro ejuſdem conſtit. publicat.* Sa conſtitution (*de Clement XI.*) ayant été envoyée à cette Egliſe, notre premier ſoin en y entrant a été de la recevoir avec le profond reſpect & la ſoûmiſſion parfaite que nous devons au Pere commun des Fidéles.

(3) *Tract. de obedientiâ debita R. Pontifici* pag. 118. Comme le Pape eſt le Docteur & le Souverain Juge en ce qui regarde les vérités de la foi, il s'enſuit que tous les Chrétiens ſont obligés d'écouter ſa doctrine & d'obéïr à ſes jugemens avec une entiére ſoûmiſſion d'eſprit.

(4) *Lettre de Mr. l'Eveque de Marſeille à Mr. de *** du 14. Mars 1718.* Je reconnois que ſi je ſuis Paſteur à l'égard des Peuples confiés à mes ſoins, je dois être, & je ſuis en effet brebis, & humble brebis à l'égard du Chef viſible de l'Egliſe, non le premier, mais le ſeul & unique Vicaire de Jeſus-Chriſt ſur la terre.

vissimi Præsulis ex omnium aliorum sensu loquentis verba æquis perpende lancibus, Lector erudite quisquis es, & iis accuratè perponderatis fare age, núm clariùs, núm validiùs de debitâ ipsis etiam generalibus Ecclesiæ Conciliis obedientiâ loqui potuisset?

Et dubitabit, credo, quispiam eam esse Gallicanorum Antistitum perpetuam constantémque Doctrinam, quòd videlicet ea insit Pontificiis circa Fidem decisionibus vis & autoritas, quæ non tantùm omnes ubique Christianos obliget ad servandum silentium, ad non contradicendum, sed & ipsis Episcopis necessitatem imponat ad illas decisiones interiori, pleno, omnimodo mentis & animi obsequio recipiendas, ac suis Fidelibus, ut observentur, proponendas. Vidimus aliunde, & tàm ex ipsâ Illustrissimorum Galliæ Episcoporum Doctrinâ, quàm ex apertâ adversariorum nostrorum confessione probavimus internum istud Fidei obsequium ei duntaxat autoritati exhibendum esse quæ sit infallibilis; jurè igitur ac meritò pronuntiavimus eam sententiam, quam circa debitum Constitutionibus Pontificiis obsequium sequuntur Gallicani Antistites, infallibili ac supremæ RR. Pontificum autoritati apertissimè patrocinari.

Verùm, regeret fortassè quispiam, si quod R. Pontifex decretum Fidei contrarium emitteret, annè tùm ipsius judicio internâ mentis adhæsione & obedientiâ foret à Fidelibus omnibus obtemperandum? Itáne dôcuerunt, aut senserunt unquam Gallicani Episcopi? Ergo ad amplectendum errorem tota Christianorum multitudo ac ipsa proinde Ecclesia tenebitur? Impium utique sacrilegium! Ità ratiocinantur quotquot à recto veritatis tramite, quâ datur aut negatur viâ, recedere, sibíque & aliis ludos ac fucum facere modis omnibus enituntur. Nemo neque Gallicanorum Præsulum, neque aliorum quorumlibet tradidit unquam vel censuit parendum esse R. Pontifici eâ in occasione in quâ vel errorem Fidei contrarium propinaret; aut veritatem Catholicam anathemati subjiceret; imò verò *licèt* tota hominum multitudo, *aut Angelus de Cælo Evangelisaret nobis*, præter quàm quod ab Apostolis Evangelisatum est, ipse *Anathema sit*. Hoc omnes ab Apostolis didicimus, hoc omnes tenemus ac profitemur; nullus unquam obligari potest ad amplectendum errorem Fidei adversum. Internum mentis obsequium sola meretur inconcussa veritas, nulla unquam esse potest erroris admittendi necessitas, nec ulli autoritati certa Fides nisi infallibili debetur, ut jam cum Illustrissimis Galliarum Episcopis præmonuimus; neque verò hîc habetur quæstio utrùm Romanis PP. de Fide pro-

nuntiantibus obtemperandum ſit, ſi alienum à veritate decretum emitterent, res eſt extra controverſiam poſita, nec agitanda in utramque partem, nec ſeriò proponenda. Id unum inquirimus, utrùm videlicet Summus Pontifex, cùm pro ſuâ autoritate ſolemne edit circa Fidem judicium, poſſit errorem pro veritate, pro dogmate Catholico perverſam proponere Doctrinam, quam idcirco amplecti non teneantur Fideles; en quò tota vertitur quæſtionis moles. An Gallicanis Epiſcopis perſuaſum Romanos Pontifices in ſolemnibus ſuis de Religione Conſtitutionibus aberrare à vero nequaquam poſſe? Ità perſuaſum eſſe invictè demonſtrant quæ hactenus recitavimus eorum teſtimonia, quorum quidem omnium vim ac pondus ſic paucis contraho.

Prodocent Illuſtriſſimi Galliarum Antiſtites, ultróque fatentur ipſimet adverſarii, illam autoritatem eſſe infallibilem ac vèl minimo circa Fidem errori imperviam, ex quâ Chriſtianis omnibus indeclinabilis incumbit neceſſitas interno mentis obſequio latis ab eâdem judiciis dogmaticis adhærendi; aliàs, ut ſcitè obſervat Gerſo, *ſtaret in eo caſu quòd quis obligaretur* aut ſaltèm obligari poſſet *ad contradictoria vel ad falſum contra Fidem*; atqui clarè non minùs & nitidè tradunt iidem Præſules Pontificiis Conſtitutionibus, internâ, plenâ, omnimodâ animi obedientiâ adhærendum eſſe, profundam venerationem & perfectam obedientiam non à communi duntaxat Chriſtianorum Populo, ſed ab ipſis etiam Epiſcopis viſibili Eccleſiæ capiti rependendam; docent Epiſcopos ut ſunt Populorum Paſtores, ità R. Pontificis Oves eſſe debere, & Oves quidem dociles, &c. Ex iis omnibus quid ſequatur, concludendum adverſariis relinquimus.

Sedenim, urgebunt fortaſſe iterùm, cum aïunt Gallicani Præſules dogmaticis R. Pontificis decretis internum mentis obſequium ab omnibus Chriſtianis, ab ipſis Epiſcopis eſſe præſtandum, de iis ſolis intelligendi ſunt Fidelibus, queïs Pontificiæ Conſtitutiones Fidei conſentaneæ apparent, non verò de illis quibus erroneæ & veritati adverſæ viderentur; enimvero exiſtimarent-nè doctiſſimi Antiſtites aliquem Epiſcopum adſtringi ad conſentiendum illi decreto, quod vel erroribus infectum, vel à Fide alienum eſſe crederet ac judicaret? Prælaudata igitur illorum verba nîl vetat de illis SS. Pontificum deciſionibus intelligi, quarum evidens ac perſpecta cum receptis ab Eccleſiâ dogmatibus conſenſio, minimè verò de illis ſanctionibus quarum error vel alia quævis iniquitas aperta Fi-

delibus ac Episcopis videretur. Certè rem acu tetigerunt adversarii, si acûs nomine meram cavillationem intelligas; scilicet eâ quam hîc proponunt exceptione insulsius nihil aut inanius, nihil à genuinis Gallicanorum Episcoporum sensibus magìs alienum, cujus quidem futilitas ut sole meridiano clarior elucescat, pauca sed decretoria observari velim, quibus & antehac dicta omnino confirmentur & omne adversariis effugium præcludatur.

I°. Itaque de necessitate quâ tenentur Fideles R. Pontifici de Fide pronuntianti obsequi sæpissime disserunt Antistites Gallicani, verùm ab istâ obsequendi necessitate solutos illos esse, qui Pontificia Decreta veritati minùs consentanea judicarent, nullibi tradunt, nullibi significant illustrissimi Præsules, imo nedùm hanc obsequendi necessitatem ad eos solos arctare velint, quibus R. Pontificem rectè pronuntiasse videretur, expressisimè declarant Illustr. Præsules, ac dempto omni discrimine testantur Constitutionum Pontificiarum eam esse autoritatem, *cuï* CHRISTIANI OMNES non ex perspectæ sibi veritatis evidentiâ, sed ex conditionis suæ *officio ipsius quoque mentis obsequium præstare teneantur.* Ajunt, & quidem conceptis verbis, Episcopos esse reverà judices, *sed ex illis tamen nullum* ab eâ obedientiâ recedere posse quæ non hipotheticè, verum *absolutè S. Pontificis primatui respondere debet*: non ignorabant profectò Illustrisimi Galliarum Episcopi tot inter homines qui in Ecclesiâ Catholicâ versantur, & qui sæpius rem illam controversam habent, circa quam solemniter pronuntiat Pontifex R. nec paucos, nec raros reperiri, qui ceteris Romanum judicium acceptantibus ipsum ut veritatis inimicum existiment; istud utique noverant Gallicani Præsules quod Catholicorum nescit nemo, quod omnium retro seculorum experientia nos edocet, quod vèl præsentes in Galliis Jansenistarum turbæ sàtis supérque confirmant; quin & asserere ausim nullum aut penè nullum fuisse P. Pontificum de dogmate judicium, quod ab aliis reverenter, ut decebat, acceptatum, pars litigantium altera non à veritate alienum judicaverit; attamen palàm & apertè contendunt Pontificiæ autoritati de Fide pronuntianti internum mentis obsequium non ab istis, vel illis, non à paucis vel à multis, sed ab *omnibus* Christianis, & quidē *ex officio* præstandum esse; si igitur valeat mox delineata adversariorum argumentatio, Pontificiis de Fide Decretis haud omnes assentiri tenentur, sed illi soli quibus ea veritati consona judicabuntur. At si Galliarum Antistitum Doctrinam perspicuis expressam verbis atten-

das, Pontificiis de Fide judiciis Christiani *omnes* ipsius mentis obsequium præstare tenentur, Episcoporum *nec ullus* ab eâ obedientiâ recedere potest. Primatus R. Pontifici divinitus concessus illam obedientiam, & quidem non sub aliquâ conditione, sed *absolutè* requirit.

II. Si debita à Fidelibus Pontificiis de Fide decretis obedientia eò reducatur, ut illis assensum præstent, cùm recta sibi ea videbuntur, denegent, cùm iniqua ea judicabunt, plena jam cuilibet inerit illis assentiendi vel dissentiendi libertas, quia cuilibet liberum erit ea recta vel iniqua judicare, vel asserere; quid ergo? Illa-nè est Gallorum Antistitum mens ac sententia quæ tam amplam privato cuilibet Pontificiis de Fide sanctionibus assentiendi vel dissentiendi licentiam permittat? Ita-nè sentire se significant Antistites gravissimi, quando tam sæpè, tam disertè, integram illam, ineluctabilem, omnimodam necessitatem Christianis omnibus inesse prædicant internum Pontificiis definitionibus præstandi mentis obsequium? Cum istâ, quæso, obsequendi tam arctâ necessitate conciliari-nè potest plenissima illa, quæ, juxta pulchra adversariorum commentaria, privato cuilibet inesset non obsequendi libertas? Eant igitur adversarii, & Pontificias sanctiones quas veritati absonas esse judicant, interiori animi obsequio ac debitâ obedientiâ recipere dedignentur. Romano tribunali caducum rationis suæ tribunal opponant, at sciant: *quantùm distat ortus ab Occidente, tantùm* à privatâ illorum opinandi methodo distare Germanam Episcoporum Gallorum sententiam.

III. Expressissimè profitentur Illustrissimi Præsules non in apertis solùm & claris quæstionibus, in quibus R. Pontificem rectè judicasse autumamus, obtemperandum esse illius judicio, sed in implicatis etiam & nodosis quæstionibus, de quibus malè pronuntiasse videretur. Ità planè scribebat eruditissimus Senonensium Archi-Præsul ad alium Antistitem cui Clemens XI. in damnandis Quesnelii propositionibus à vero deviasse videbatur. Profunda & luculenta illius verba hîc recito: *In iis quæ ad decisiones Ecclesiasticas spectant, nunquid non securitas nostra dependet, ex parte saltèm, ab unione nostrâ cum visibili Ecclesiæ capite, Christique in terris Vicario? Sit, ut tibi libuerit, errori obnoxius, ipsi tamen obedientiam debemus..... in antiquâ lege morte damnabatur, qui summi Sacerdotis judicio obedire detrectabat non tantùm in quæstionibus claris & citra ambiguitatem in lege expressis, verùm & in difficilibus intricatisque*

catiſque quæſtionibus : in novâ autem lege dictum eſt Petro : quodcumque ligaveris, erit ligatum : & rursùs : confirma Fratres tuos : leges iſtæ adeò expreſſæ, nullam-ne nobis obligationem imponunt ergà eum, qui ſedet ſuper Cathedram, non Moïſis, ſed ipſius Chriſti, & qui ejuſdem autoritatis ac potentiæ Vicarius eſt (1)? Egregia illa celeberrimi ac illuſtriſsimi Scriptoris verba quanti quanti valeant ipſe æſtima, erudite Lector, noſtris minimè indigent commentariis ut tota illorum vis ac energia penetraliùs introſpiciatur. Nullum effugio poſticum, nullum denegandæ Apoſtolicis judiciis obedientiæ prætextum relinquunt; evidens eſt judicii Pontificis veritas & clara cum dogmatibus jam receptis conſonantia? Obſequium à te præſtandum eſſe certo certius eſt. Implicita, involuta quæſtio de quâ decernit R. Pontifex, ac ideo ambigua tibi videtur decreti æquitas; quin & eò ſæpis uſque, ut falſum tibi & erroneum videatur? Nihilominus obedi, & obſequere, *obedientiam debes*; ab eo obſequio *dependet ſaltèm ex parte in iis quæ deciſiones Eccleſiaſticas ſpectant, tua ſecuritas.* Si enim Sacerdotis ſuper Moïſis Cathedram ſedentis judicio de rebus etiam ambiguis & intricatis lato, ſub pœnâ capitis obedire judæus tenebatur, quantò magis Chriſtianus Petri Succeſſori ac Chriſti Vicario, ejuſdem Chriſti Cathedræ inſidenti obedire tenebitur? Si Aaronis Succeſſori non niſi ſacrilegè objectaſſet Judæus ejus judicium à veritate alienum ſibi videri, hoc idem quo jure, quâ æquitate, quâ non potius injuriâ & temeritate Chriſti Vicario Eccleſiæ capiti Chriſtianus objiceret?

IV. Contendis definienti R. Pontifici ex animo auſcultare Catholicum non teneri, niſi quatenus ſolemnis ejus definitio legitima eſſe ac veritati congrua privato judicio deprehenditur, quid aliud agis quàm totam ſubvertere debitam R. Pontifici obedientiam? ità planè, nulla in tuo ſyſtemate R. Pontifici obedientia præſtatur, quare? Quia juxta Galliarum Antiſtites, qui definienti autoritati ſubſcribit, quoniam definitionem veritati conſonam privatâ diſcuſsione reperit, ille definienti non obedit, ſed ſuo obedit judicio, non cedit auto-

(1) 2. *Docum Paſtor. Contenant les remarques ſur l'Inſtruction de Mr. le Cardinal de Noailles, edito. an. 1719. num. XXIV.* Dans l'ordre des déciſions Eccléſiaſtiques, notre ſureté ne dépend-elle pas au moins en partie de notre union avec le Chef de l'Egliſe Vicaire de Jeſus-Chriſt? Faillible tant qu'il vous plaira, nous lui ſommes redevables de l'obéiſſance .... dans l'ancienne Loi celui-là étoit puni de mort, qui n'obéiſſoit point à la déciſion du Souverain Prêtre, non-ſeulement dans les queſtions claires & exprimées ſans obſcurité dans la Loi, mais même dans les queſtions difficiles & embrouillées; dans la Loi nouvelle il eſt dit à Pierre, ce que vous lierez ſera lié, & encore, c'eſt à vous à confirmer vos freres. Ces Loix préciſes ne nous impoſent-elles point aucune obligation envers celui qui eſt aſſis ſur la Chaire, non de Moyſe, mais de Jeſus-Chriſt même, & qui eſt Vicaire de ſa puiſſance & de ſon autorité?

ritati, sed privato spiritui quem Fidei suæ regulam & normam constituit. En constans Gallorum Antistitum principium cui firmando præ ceteris incumbunt Illustr. de Fenelon, in Docum. Pastoral. pro public. Const. *vineam Domini* §. XVIII. Emin de Bissy, in Docum. Pastorali an. 1722. pag. 128. & in Docum. Pastor. an. 1725. pag. 156. atque Illustr. de Languet, in Monito 3°. Num. LXXXVI. pag. 107. & alibi passim. Atque hinc est quòd, ut posteà videbimus, Gallicani Præsules ad Romanas definitiones cum obsequio & obedientiâ recipiendas, non privatis suis circa illas judiciis, sed supremâ ex quâ prodeunt autoritate, inducantur.

V. Nonne certissima est ac perspecta Gallicanorum Antistitum Doctrina quod Rom. Pontifici tanquam communi Ecclesiæ Catholicæ centro necessario & indivulso nexu semper adhærendum sit, & quidem in Doctrinâ Fidei? Innumera quæ aliàs (1) attulimus illorum testimonia rem faciant indubiam; ergo definitis à S. Pontifice dogmatibus verum ab omnibus obsequium præstandum est, sive tandem ejus definitio veritati Evangelicæ consentanea, sive contraria privatis hominibus videatur, alioquin non semper, non necessariò foret ipsi hærendum: unde Gallicani Præsules non iis tantùm quæ sibi recta videbuntur Pontificiis de Fide sanctionibus obsequendum esse contendunt, sed dogmaticis ***omnibus illius judiciis veram à Christianis obedientiam esse præstandam*** conceptissimis verbis affirmant (2) ipsissimi declarant se Pontificiis definitionibus *semper* obsecuturos esse. ***Profundum***, Clementi XI. scribebat Bellovacensis Antistes, ***vestris decisionibus obsequium semper præstabo*** (3); & Illustr. de Languet, Senonensis Archiepiscopus: ***meam***, inquit ***cum Sede Apostolicâ unionem meo obsequio, meâque Vicario Christi obedientiâ semper conglutinabo*** (4). ***Nos*** Galliarum Episcopi, inquit Illustr. de Belsunce, ***pro nostrarum Ecclesiarum erga R. Pontificis Sedem obsequio sponsores semper erimus*** (5).

(1) *Suprà, cap. 3. & 5.*

IV. Et vero, quod & notandum maximè & ponderandum est, si Episcoporum unusquisque jus habeat Pontificiæ Constitutionis,

(2) *Illust. Abelly Episc. Ruth. in citato tractatu de obedientiâ debitâ, &c.* pag. 313. Quoique tous les jugemens qui sont rendus par les Souverains Pontifes sur les matières de foi soient d'une même force & autorité, & que tous les Chrétiens soient également obligés d'y obéir, il semble néanmoins que le Decret d'Innocent X. requiert de nous une particulière estime & vénération, &c.

(3) *Lettre de M. l'Evêque de Beauvais à Notre S. Pere le Pape Clement XI. du 14. Fevrier 1718.* J'aurai toujours une profonde vénération pour les décisions de votre Sainteté.

(4) 5. *Docum Pastor. part. 4. num. XXXIII.* L'union qui est entre le S. Siége & nous, union que je cimenterai toujours par mon respect & par mon obéissance au Vicaire de Jesus-Christ.

(5) *Docum Past. de libert. Eccl. Gallic.* pag. 85. Nous répondrons toujours au Vicaire de Jesus-Christ de la deférence de nos Eglises pour son Siége.

quam etiam minùs æquam judicaret, respuendæ ac interiùs saltèm rejiciendæ, multò magìs licitum ipsis fuerit Romanum judicium non acceptare, nisi in eo sensu quem solum legitimum esse arbitrabuntur. Poterunt igitur vel illius judicii amplitudinem restringere, vel illius ambiguitatem, si quam deprehendisse sibi videbuntur, præviis acceptationi explanationibus interpretari; res loquitur ipsa atque statim in oculos insilit; qui plus potest, ut aïunt, in eodem genere potest & minus; atqui juxta Illustrissimos Gallicanæ Ecclesiæ Principes Episcoporum nemini licet Bullas Pontificias acceptare relativè ad proprias explicationes; non possunt relativis ejusmodi interpretamentis solemne Pontificis judicium restringere, quin ejus autoritatem attentent, lædant debitam ipsi obedientiam, & omnes Ecclesiasticæ subordinationis leges infringant; seu ut Alectensis Episcopi verbis utar: *acceptare* Pontificia Decreta *relativè ad præmissas expositiones, nihil est aliud quàm ipsum Papæ judicium judicare, & Tribunal Romano superius erigere, talem autoritatem nunquam sibi arrogaverunt Episcopi* (1). Alectensis Episcopi Doctrinam hîc amplectitur Eminentissimus Cardinalis de Bissy: *veritatem æquè ac Papæ autoritatem lædit, qui asserit Episcopos sigillatim sumptos posse Pontificia Decreta quoad ipsam illorum substantiam restringere. Possunt equidem illa, postquam receptaverunt, interpretari & exponere prout in comitiis* 1714. *factitatum est ad præmuniendos Fideles contra perversas quæ afferri possent interpretationes; possunt insuper Bullarum formulis & clausulis exterioribus modificationes seu temperamenta adhibere, quibus sartæ tueantur Gallicanæ libertates; at verò quemadmodum restringi non potest judicii substantia, quin eo ipso, judicium reformetur. & quia ad reformandum aliquod judicium opus est autoritate Superiori, ideo Episcopi qui sive sigillatim sumpti, sive in comitiis congregati, sunt jure divino summo Pontifici inferiores, nullo modo possunt judicia ipsius dogmatica quantùm ad ipsam substantiam restringere* (2).

(1) *Mémoire composé pour M. le Régent, touchant les explications, &c. Par M. Maboul Evêque d'Alet.* Pag. 11. Accepter relativement à des explications, c'est juger le jugement du Pape, c'est élever un Tribunal supérieur, droit que les Evêques n'ont jamais prétendu. *Iste Alectensis memorialis legitur in Libello inscripto*, les Tocsins avec les Ecrits, &c. *Typis furtivis edito an.* 1716.

(2) *Docum. Pastor. an.* 1718. pag. 28. C'est blesser la vérité & l'autorité du Pape, de dire que les Evêques pris en particulier peuvent restraindre les jugemens du Pape, considérés dans le fonds & dans leur substance; ils peuvent bien après les avoir acceptés, les interpreter & les expliquer, à l'exemple de l'Assemblée de 1714. pour prémunir les Fidéles contre les mauvaises interpretations qu'on y donneroit: ils peuvent même, suivant les maximes de ce Royaume, étant assemblés, mettre en faveur de nos libertés des modifications à la forme & aux clauses extérieures de la Bulle; mais comme on ne peut restraindre un jugement dans sa substance qu'en le réformant, & que pour le

Fuerunt illæ quidem adversùs amplissimum Cleri Gallicani ordinem novatorum calumniæ, quòd videlicet Clementinam Constitutionem *Unigenitus*, non nisi relativo ad explicationes obsequio recepissent comitia an. 1714. atque putidas calumnias ut retudit strenuè Emin. Card. Rohaneus, illorum comitiorum magna pars; sic rem quam expendimus mirificè confirmat: *distinguendi sunt*, inquit, *explicationum ad Bullæ alicujus acceptationem respectus multiplices; sunt explicationes quæ restringunt, circumscribunt, immutà atque judicium in Bullâ prolatum..... explicationes hujus generis neutiquam admisimus in nostris comitiis, eas admittendo Tribunal Pontificio Tribunali superius erexissemus quod à mente nostrâ procul abfuit* (1). Itaque juxta apertissimam Gallicanorum Episcoporum Doctrinam Pontificiâ autoritate superiorem sibi vindicat autoritatem quisquis dogmatica RR. PP. decreta non nisi comparatè seu *respectivè* ad propria glossemata recipit, quo quidem Præsulum doctissimorum pronuntiato verius nihil & consideratius; revera ubi semel particularis alicujus Ecclesiæ, vel regni Præsules dogmaticam definitionem totam, quanta est, acceptare abnuunt, eique solùm adhærent eo intellectæ sensu quem ipsi affingunt, illi eo ipso declarant ac palàm Orbi universo faciunt Romanum judicium in totâ suâ amplitudine non videri sibi legitimum, illud proinde restringunt ad sensum peculiarem, in quo illudmetipsum acceptant. Hoc verò quid aliud est quàm solemne R. Pontificis judicium dijudicare & ad incudem revocare, seu potiùs privatam sententiam Pontificiæ sententiæ abrogare & anteferre? Procul à Catholicis Episcopis tam iniqua, tam injuriosa agendi ratio, quæ debitam Romanis Pontificibus obedientiam labefactaret, quæ autoritatis & jurisdictionis primatum legitimis Petri Successoribus jure divino concessum pessumdaret, quæ primarias subordinationis Ecclesiasticæ leges infringeret, ac omnis generis mala in Rempublicam Christianam inveheret; atque hæc ipsa causa fuit, cur Gallicani Præsules reprobaverint ac damnaverint omnem Bullæ *Unigenitus* acceptationem quæ

pouvoir réformer, il faut être supérieur de celui de qui émane le jugement, les Evêques, qui chacun en particulier, ou considerés dans des Assemblées du Clergé de France sont inférieurs de droit divin au Souverain Pontife, ne peuvent en aucune manière restraindre les Décrets Dogmatiques pris dans leur fonds & dans leur substance.

(1) *In Epistolâ ad Archiepiscopum Arelatensem.* Il y a entre l'acceptation d'une Bulle & les explications qu'on en donne plusieurs sortes de rélations; il y en a qui restraignent, qui limitent, qui changent le jugement porté par la Bulle; de telles rélations n'ont point été admises par notre Assemblée (de 1714.) nous aurions cru par là ériger un Tribunal supérieur à celui du Pape; sentiment très-éloigné de nous. *Hanc Emin. Rohannæi Epistolam refert Illustris. de Languet, tunc Suession. Episcopus post suum Monitum 2um. ad sua olim Diæcesis refractarios.*

ad prævias aliquorum expositiones esset relativa, exegerintque ab omnibus, ut purè ac simpliciter constitutionem illam, eo quo par erat, mentis obsequio reciperent, quam postea ex perspectâ sibi Summi Pontificis mente exponerent ad communiendos Fideles adversùs pravas quæ adhiberentur interpretationes, uti in comitiis anni 1714. fuisse factitatum infrà luculentiùs ostendetur.

Ex iis omnibus quæ fusiori forsan calamo hactenus à nobis observata & probata sunt, diluta utique ac in suos cineres resoluta manet adversariorum difficultas, illa videlicet quâ genuinam Gallicanorum Antistitum mentem circa debitum Pontificiis decretis obsequium sic interpretantur seu potiùs depravant, ut ab iis solis fidelibus & Episcopis, R. Pontifici de Fide solemniter pronuntianti obedientia debeatur, quibus aperta est & cognita Apostolicæ definitionis cum Catholicâ veritate consensio; ab illis verò neutiquam, qui errorem in illâ aliquem deprehendere sibi viderentur, hâc, inquam, distinctione nihil esse infirmius, nihil cogitari posse à constanti Francorum Episcoporum doctrinâ magis alienum, ex allatis hucusque momentis manifestè colligitur; unum tamen addere juvat omni exceptione majus, & cavillationi cuilibet impervium. Nempe quî existimarent illi Præsules obedientiam ab iis præstandam non esse quibus Pontificia judicia veritati opposita viderentur, apud quos fixum & ratum est tunc etiam parendum esse, & in obsequium Fidei redigendum esse intellectum, quando dogmatica Summi Pontificis decreta manifestè perversa apparent? Ità Gallicanis Antistitibus persuasum esse clarissimè evincunt, tùm apertissima illorum testimonia, tùm ipsa illorum agendi ratio.

Quæris ab Eminentissimo Card. de Bissy, utrùm Episcopis liceat dogmaticis R. Pontificis definitionibus obsistere, aut ab iis ad aliud Tribunal provocare, cùm Pontificia Doctrina perversa illis & manifestè Fidei contraria videtur? Nequaquam, respondet vir eruditione & pietate commendabilis, *imò verò*, pergit, *solâ opus est regiminis Ecclesiastici notione, ut cognoscatur minimè sufficere privatis hominibus, quod Bullam aliquam Fidei, moribus & disciplinæ contrariam esse causentur, ut de jure possint ab eâ ad futurum concilium provocare; fieri enim potest ut ignorantiâ delusi vel anticipatis opinionibus occupati judicent rem esse evidenter malam, quæ tamen haud quaquam mala est, sicque Episcopi pertinaces & veritatis umbrâ decepti legitimè possent Bullis obsistere vel maximè ortodoxis & ab iis pro-*

vocare, &c. (1). Verùm, inquies, si nec obsistere nec provocare licet, cùm Romana constitutio *evidenter mala* existimatur, quid ergo tùm temporis præstandum est? Disce ab Illustrissimo Senonensium Archi-Præsule: *doceo*, inquit eruditissimus Antistes, *proprium unius cujusque judicium, Vicarii Christi qui nobis est & Superior & Parens communis judicio modestè esse subjiciendum, atque hæc est tota Doctrinæ meæ summa & substantia.* (2) Ergo contra privatum judicium & propriam evidentiam obediendum summo Pontifici? ità planè juxta Illustrissimum Fenelonium Cameracensem Archiepiscopum: *taceat*, inquit verbis jam laudatis, *humana temeritas ubi semèl autoritas Petri Apostolorum capitis divino confirmata oraculo locuta est; immò nec taceat solùm, sed, & intellectum suum in captivitatem redigat, in obsequium Christi quem repræsentat R. Pontifex.* Ineluctabilem illam obediendi necessitatem confirmat Ruthenensis Antistes D. Abelly, exemplo divi Hieronymi qui in suâ ad Damasum Epistolâ *declarat se paratissimum esse ad sentiendum & loquendum eomodo quem illi præscriberet Summus Pontifex etiam contra proprium judicium propriàmque cognitionem, qui pollicetur se rejecturum omnes cognitiones quas de hac materiâ* (de triplici nimirum hypostasi) *in mente haberet, animóque depulsurum omne ratiocinii genus Pontificiæ decisioni contrarium* (3). Quid igitur Catholicis restat postquam Petrus Successorum suorum ore locutus est? Hæc videlicet illis reliqua pars est, non ut examinent utrùm Pontificia definitio bona maláve sit; an rectè, an secùs judicaverit R. Pontifex, sed ut illi judicanti sincero mentis obsequio pareant & obtemperent. *En tandem, Fratres dilectissimi*, ajebat olim Atrebatensis Præsul D. de Rochechouart, *en tandem Petrus meritissimi Successoris ore locutus est, quid igitur restat? Nihil nisi pendendum obedientiæ tributum* (4); quod quidem ità necessarium est, addit Are-

(1) *Docum Past. an.* 1728. pag. 30. Il ne faut qu'avoir une juste idée du gouvernement, pour juger qu'il ne suffit pas à des particuliers d'alleguer qu'une Bulle est contraire à la foi, aux mœurs & à la discipline, pour être en droit d'en appeller au futur Concile, ils peuvent par ignorance, par prévention penser qu'une chose est évidemment mauvaise sans qu'elle le soit: par là des Evêques entêtés, séduits par l'apparence de la vérité, seroient en droit de s'opposer aux Bulles les plus ortodoxes & d'en appeller.

(2) *Prima Epist. ad Ep. Bonon.* pag. 2. J'enseigne à soumettre humblement ses lumiéres à celles du Vicaire de J. C. notre Pere & notre Supérieur commun..... Voilà le fonds de ma Doctrine & l'abrégé de mes principes.

(3) *In laud. tract. de Obedientia, &c.* pag. 40. S. Jerome déclare être entierement disposé d'obéir, de croire & de parler selon ce qui lui sera prescrit par le Souverain Pontife (Damase), quoique ce fût contre ses propres lumiéres & connoissances, rejettant toutes les réfléxions qui lui venoient en la pensée sur ce sujet (*des trois Hipostases*), & interdisant à son esprit toutes sortes de raisonnement contraire.

(4) *Mand. past. pro public. Bullæ Vineam Domini.* Enfin mes freres, Pierre a parlé par

latensis Archi-Præsul, *ut nequaquam liceat nobis aliquid audire decisionibus Pontificiis contrarium* (1). Scilicet apprime noverant doctissimi Galliarum Antistites, & elapsi totius temporis experientiâ didicerant eos omnes qui privatum judicium Pontificio judicio prætulerunt, Romanóque Pontifici de Fide solemniter pronunianti obedire refragati sunt, vèl hâc ipsâ obsequii detrectarione aut Schismaticos evasisse, aut etiam Hæreticos. Enimvero ut scitè cum S. Cypriano observat Ruthenensis Præsul, *non aliunde hæreses oborta sunt aut nata schismata, quàm indè quòd Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesiâ ad tempus Sacerdos & ad tempus judex vice Christi cogitatur; quibus in verbis*, pergit D. Abelly, *notandum est hunc Sacerdotem & judicem unicum qui vices Christi gerit, in mente S. Cypriani, ipsum esse Cornelium Papam ut demonstrat series contextûs* (2).

Docent itaque Gallicani Præsules, & verbis profitentur nitidissimis, tunc etiam incumbere privatis hominibus, ipsis etiam Episcopis obediendi necessitatem nec resistentiæ nec provocationis viâ eluctabilem, quando Pontificia definitio perversa illis & *evidenter mala* videtur. Pergamus ultrà, & quod luculentissimis eruditissimorum Episcoporum testimoniis evicimus, hoc idem splendidissimis illorum factis adstruamus; ex plurimis, quæ hîc congeri possent, unum seligimus quia recens magìs & in totâ passim Galliâ celebratissimum. Librum cuï gallicè titulus: *les maximes des Saints, &c.* conscripserat ac publici juris fecerat Illustriss. Fenelonius Cameracensium Archi-Præsul. Fetus ille parenti pretiosissimus juxtà & Charissimus erat; Doctrinam è SS. Patribus haustam, à summis Pontificibus centies comprobatam ac Gallicanorum etiam Antistitum suffragio munitam, eo in opere se exposuisse planissimè credebat ac confidentissimè prædicabat eruditus Autor (3); unde nonnullorum è Galliâ Præsulum qui errores Quietistarum in eo libro propinari judicabant, precibus, monitis, suasionibus, ac refutationibus cedere nunquam voluit nec adduci unquam potuit ut erroneas propositiones ad incudem revocaret vel abnegaret; suam prædicti operis Doctrinam tanquam veram & Catholicam constanter asserit & vindicat.

(3) *In præfat. dicti Libri & in Epistola ad Innoc. XII. quæ legitur in actis Cleri Gallicani.* Tom. I. p. 389.

la bouche de son très-digne Successeur; que reste-t-il donc que le parti de l'obéissance?

(1) *Mand. Pastor. pro acceptatione Bullæ Unigenitus*: Il ne nous est pas permis de rien écouter qui soit contraire aux décisions du Souverain Pontife. *V. Recueil des Mandem.* pag. 255.

(2) *In tractatu laud.* pag. 54. Sur lesquelles paroles il faut remarquer, que par ce Prêtre & ce Juge unique qui tient la place de Jesus-Christ, S. Cyprien entend le Pape Cornelius, comme il se voit par la suite de son discours.

Verùm ubi accipit suum illud opus ab Innocentio XII. Pontifice Maximo fuisse damnatum ac supra viginti in eo contentas propositiones Apostolici censurâ judicii confictas fuisse, suum statim intellectum captivat in obsequium judicii Apostolici. Quod verum ac sanum constanter censuerat, falsum post illius damnationem ac perniciosum esse credit & publicat. Pontificiæ damnationi absolutè ac simpliciter adhæret, obedienter subscribit, ac nullum obedientiæ suæ limitem ponere voluisse & infirmâ gregis ove se dociliorem præbendum duxisse palàm declarat (1). Tam præclaro obedientiæ specimine omnibus palàm facere voluit Magnus Galliarum Archi-Præsul: eos esse nunc etiam Gallicanos Episcopos, qui sua sensa judicio R. Pontificis submittenda esse credant. Factis ipse comprobare voluit quod verbis tradebat, oportere nimirum *ut taceat humana temeritas nec taceat solùm sed suum etiam intellectum redigat in obsequium Christi quem repræsentat* ***R. Pontifex.*** Habes hîc igitur celeberrimum & eruditissimum Archi-Præsulem, qui purè & simpliciter animo pariter & ore tenus non solùm obtemperat Pontificiæ definitioni neglecto ipso proprio judicio, sed etiam R. Pontificis judicium plenissimè secutus amplexúsque, eam damnat & anathemate percutit Doctrinam, quam anteà & ad hoc usque tempus veram ac orthodoxam, nec non & SS. Patrum traditione confirmatam, & Summorum Pontificum calculis munitam existimaverat. Coëpiscoporum suorum admonitionibus cedere noluerat, rogatus non semel ut malè natum opus vel ejuraret, vel castigaret, toties utrumque detrectaverat, prodit Pontificia definitio, haud mora obtemperat Fenelonius, & ovium suarum vel infima se dociliorem R. Pontifici exhibere gestit.

(1) V. Tom. II. Lib. 1. cap. 1. pag. 45. & 46.

At enim nunquid non præfixos obedientiæ limites prætergressus est modestissimus Antistes? Ità certè si, quod volunt adversarii, errori obnoxius est Summus Pontifex; si in obsequium Fidei à R. Pontifice definitæ captivandus non est intellectus, ejus agendi ratio nullam apud adversarios excusationem habere potest; nimiùm fuit in obediendo præceps, parùm in acceptando cautus, minimè in promulgando ipso decreto circumspectus. At longè aliud fuit Gallicanorum Antistitum de illâ Fenelonii agendi ratione judicium. Non tantùm præscriptos obedientiæ fines non excessit Cameracensis Antistes, sed eum agendi modum servavit, quem ab eo exigebat Ecclesiasticæ natura subordinationis, sed eam reddidit obedientiam quam debebat R. Pontifici regendæ Christi Ecclesiæ præposito. Promptam

tam adeò & omnimodam Fenelonii obedientiam non solùm maximis laudibus commendant Galliarum Præsules, sed & sibi aliisque proponunt ad exemplum, Orbi universo ad admirationem & encomium; ullum denique vitium in illâ adeò non reperiunt Doctissimi Præsules, ut annexam ipsi à Deo gratiam fuisse fateantur. Ipsa sunt verba Cleri Gallicani in actis verbalibus comitiorum anno 1700. habitorum, ubi post descriptum illud mandatum in quo Cameracensis eam de quâ loquitur obedientiam publicè exhibebat, hæc gallicè subnectuntur, quæ noslatinè summâ Fide reddimus: *Ecclesiæ inimicos stupore perculit mutatio* Cameracensis Archiepiscopi *tam subita tàmque exemplaris. Fidem ei habere nullam maximè exoptassent, verùm Ecclesia quæ novit gratiam obedientiæ annexam agnovit in hoc Archi-Præsulis obsequio effectum naturalem Christianæ humilitatis & subordinationis Ecclesiasticæ; nempe unus est primus Episcopus, unus existit Petrus ad totum Gregem regendum à Christo præpositus; una est Mater ceterarum Ecclesia ad illas omnes docendas constituta* (1).

Quantam hûc lucem afferunt splendidissima Cleri Gallicani verba, pensa, erudite Lector, & pensando quantum potes, assequere. Vides ex unâ parte celeberrimum Galliæ Antistitem, qui proprium judicium tot confirmatum diebus, tot validis in speciem rationibus stabilitum, Pontificio judicio incunctanter devovere gestit, qui palàm facit omnibus ac confidenter asseverat redigendum esse uniuscujusque intellectum in obsequium R. Pontifici debitum, qui se gloriatur erga legitimos Petri Successores vèl infimâ sui Gregis Ove dociliorem. Habes ex alterâ parte frequentissimum Cleri Gallicani conventum in quo Gallicani Antistites promptissimam Fenelonii obedientiam magnificis laudum muneribus exornant, aliisque & sibi ad imitandum proponunt, eàmque dicunt ab omnibus juxta præscriptum Christianæ modestiæ ac Ecclesiasticæ subordinationis Romanis Pontificibus esse exhibendam; imò verò nec obedientiam illam solùm declarant ab ipsis esse Episcopis exhibendam, sed & illius exhibendæ rationes ac momenta subjiciunt, quia nempe R. Pontifex Petri Successor totius Gregis regimini à Christo præpositus est, & Romana

(1) *Procès-Verbal de* 1700. pag. 269. Les ennemis de l'Eglise parurent surpris d'un changement si soudain & si exemplaire, ils eussent bien voulu ne le pas croire, mais l'Eglise qui sçait la Grace attachée à l'obéissance reconnut dans la soumission de cet Archevêque l'effet naturel de l'humilité chrétienne, & de la subordination Ecclésiastique. Il y a un prémier Evêque, il y a un Pierre préposé par Jesus-Christ même à conduire tout le Troupeau, il y a une Mère Eglise qui est établie pour enseigner toutes les autres. *V. Memoir. du Clergé*, tom. 1. pag. 415.

cuï præest Ecclesia ceterarum Mater est & Magistra Ecclesiarum.

Eant nunc quotquot esse possunt Pontificiæ inerrantiæ osores. Gallicanorum Episcoporum autoritate glorientur, at priùs, nè quis pudor vultibus insit, frontem perfricent. Doceant ipsi tunc solùm parendum esse, & animotenus obsequendum Summo Pontifici, cùm ejus decreta Fidei ac veritati consona manifestè videntur; docebunt interim Gallicani Præsules, & quod verbis docent, agendi ratione confirmabunt, tunc etiam Pontificiis Constitutionibus esse obediendum, cùm privatis uniuscujusque judiciis *evidenter malæ* apparent. Quod ex Fenelonio Episcopis omnibus imitandum proponunt generalia Cleri Gallicani comitia exemplum sequentur ipsi Galliarum Antistites; ità planè, inquiebat olim Massiliensis Præsul (1), *si me judicium Romanum condemnaret, exemplo D. Fenelonii Cameracensium Archi-Præsulis exstimulatus errorem ipse meum statim omnium primus & agnoscerem & foràs publicarem.*

Jam verò ut eò tandem redeat sermo unde profectus est, & quæ prolixiùs forsan disputavimus, paucis contracta ob Lectoris oculos exponamus. Fatentur omnes, ipsi profitentur adversarii nostri eam autoritatem esse infallibilem ac supremam cujus dogmaticis definitionibus sincerum mentis obsequium ac internam Fidei adhæsionem exhibere tenentur omnes ubique Christiani; atqui expressissima hæc est Gallicanorum Antistitum circa debitam solemnibus SS. Pontificum decretis obedientiam Doctrina; jure igitur meritóque affirmavimus Illustrissimos Galliarum Præsules suam de Pontificiâ infallibilitate sententiam iis ipsis in locis confirmare, in quibus debitæ Rom. Pontificibus obedientiæ naturam aperiunt, amplitudinem explicant, ac necessitatem commendant. Quoniam autem omnia Gallicanorum Episcoporum testimonia hìc referre, nec sinit nimia illorum multitudo, nec passa fuisset præstituta opellæ huic nostræ brevitas, Catholicum lectorem enixè rogamus ut fontes ipse adeat, ac egregium præsertim opus consulat D. Abelly, Ruthenensium Antistitis cuï Gallicè titulus: *de l'obéïssance & soumission qui est dûë à N. S. P. le Pape, en ce qui regarde les choses de la Foi* (2); opus multis elogiis approbatum à Cæsariensi Episcopo Suessionensis Coadjutori & à D. Seguier Ecclesiæ Parisiensis Theologo; ibì videre est Episcopum masculâ & modestâ eruditione non Galliæ solùm, sed & toti

(2) *Plures sunt hujusce tractatûs editiones, præ manibus nos habuimus editionem Cadomensem an. 1686.*

(1) 3â. *Epistola ad Episcop. Mons-Pessulanensem.* pag. 30. Si le Jugement de l'Eglise de Rome me condamne, vous m'y verrez soûmis dans l instant, a l'exemple de feu M. de Fénelon, Archévêque de Cambray, & être le prémier à réconnoître & a publier hautement que je me suis trompé. *Scripta hac Epistola ann.* 1710.

Ecclesiæ venerabilem, tùm perpetuâ ſeculorum omnium traditione, tùm conſtanti Gallicanæ Eccleſiæ Doctrinâ uti, ut probet omnes Chriſtianos S. Pontifici de Fide ſolemniter pronuntianti eam præſtare debere obedientiam quam exigit autoritas illius judicis qui de rebus Fidei ultimo judicio ac definitivè pronuntiat, & ad quem Chriſtus in ipsâ Petri perſonâ hæc verba direxit: *ego rogavi pro te, ut non deficiat Fides tua*, Luc 22. v. 32.



CAPUT VII.

Illuſtriſſimi Galliarum Antiſtites divinum inerrantiæ Privilegium Sedi Apoſtolicæ ſeu R. Pontifici non modò generatim adſerunt, ſed & contra Novatores datâ operâ vindicant.

MERITISSIMOS Francorum Præſules ſupremæ & infallibili Apoſtolicæ Sedis ſeu Romanorum PP. autoritati disertè patrocinari, vèl ex iis quæ hactenus diſſertata à nobis fuerunt, oculatis omnibus perſpectum & exploratum eſſe credimus. Et ſanè rem ità ſe habere ſolus ambigat ille qui in publicis illorum ſcriptis Doctiſsimiſque Documentis Paſtoralibus hoſpes omninò ac peregrinus fuerit. Ecquid enim Gallicanos apud Epiſcopos frequentius ac uſurpatum magìs quàm celebratiſsima iſthæc effata ex totâ retro antiquitate depromptâ: *Petrus in ſuâ Cathedrâ ſemper ſedebit* (1) *in Romanis Pontificibus ſemper vivit & loquitur* (2) *R. Pontifex eſt oraculum veritatis* (3) *apud Romanos PP. & quidem ſolos incorrupta Patrum ſervatur hereditas* (4) *Sedes Apoſtolica eſt oraculum veritatis* (5) *eſt centrum veritatis* (6) *eſt Cathedra veritatis* (7) *hæreſim non agnoſcit, ſemper eſt virgo, alius Fides ſemper futura Fides Eccleſiæ* (8) *in Sede Apoſtolicâ Fides non poteſt ſentire defectum* (9) *illius reſponſa in omnibus Fidei quæſtionibus ſunt ſalutaria* (10) & alia

(3) *Archiep. Tng. & Epiſcop. Cenom. in ſuis Mandat. Paſtor. pro accept. Conſt. Unigenitus. Voyez Recueil des Mandem.*

(4) *Epiſcop. Bajocenſ. in Mand. Paſtor. 20. Julii 1720. pag. 64. poſt. S. Hieronym.* (5) *Epiſc. Ceneman. in loco modò citat. V. Recueil des Mandemens. pag. 378.* (6) *Arch. Arelat. Voyez Recueil des Mand. pag. 568.* (7) *Boſſuet. in loco citat. pag. 17.* (8) *Boſſuet. ibid. pag. 18. D. de S. Albin Camerac. Archiep. in Docum. Paſt. contra Conſultat. Advocator. pag. 9. & alii paſſim quam plures.* (9) *D. de S. Albin Camerac. Archiep. in Docum. Paſtor. 16. Januar. 1739. pag. 25. & 26. Senonenſis. Archiep. in Epiſt. ad Friſc. Engeliſm. 2. Febr. an. 1719. pag. 12. & ſeqq.* (10) *Epiſcop. Oloron. Mand. Paſt. an. 1714. V. Recueil des Mandem. pag. 214.*

(1) *Boſſuetius in Serm. habito ad Cætum an. 1682.* pag. 13. Pierre parlera toujours dans ſa Chaire. *Boſſuetum hic exſcribunt Gallicani paſſim Epiſ.*

(2) *De Fenelon Epiſt. ad Innoc. XII. R. P.* Tuum eſt Sanctiſſime Pater judicare, meum verò in te Petrum cujus Fides numquam deficit viventem & loquentem audire ac revereri. *Memoir. du Clergé. tom. 1. pag. 392.*

id genus innumera, quæ ſenſu omni & intelligentiâ prorſus careant, niſi apertiſsimè ſignificent Fidem Apoſtolicæ Sedis, Romanorúmque PP. ſolemniter pronuntiantium eſſe penitùs indeficientem.

Verùm ſuam de Sedis Apoſtolicæ, ſeu R. Pontificis inerrantiâ ſententiam ſæpius ac publicè teſtatam omnibus facere parum pro ſingulari ac ardentiſsimo erga ſedem Apoſtolicam ſtudio eſſe judicarunt Antiſtites Gallicani. Enimvero haud neſcii divinum hoc Petro ipſiúſque Succeſſoribus conceſſum privilegium ætate noſtrâ pluribus à novatoribus impugnari, & quidem irato ac impudenti calamo proſcindi, laudabili ac ſolito accenſi zelo illud ipſi ex profeſſo defendere, ac pro virili tueri ſuſcipiunt; ſuos ferè undique vidit Gallia Paſtores pro communi omnium Patre ſtrenuè decertantes, ac impetitum primarium illius privilegium ſolidè vindicantes. Non labori parcunt, non vigiliis, non ſudoribus; innumera congerunt Eccleſiaſticæ ac avitæ potiſsimùm traditionis monumenta, quibus evincant Petri Succeſſores, Petri Sedem, Romanam Eccleſiam, ceterarum Matrem & Magiſtram à veritate, à Fide deviare non poſſe; id, inquam, datâ operâ fuſiori calamo propugnant eruditiſsimi Præſules, id publicis in Mandatis ac Documentis Paſtoralibus Catholicorum animis ſæpius inculcatum volunt; tandem ut omnia verbo abſolvam: Gallia ceteras Nationes, addo confidenter, Gallia hodierna & antiquam in tuendâ Romanâ autoritate non adæquat tantùm, ſed ſuperat; nulla enim ætas, nulla Natio tot Epiſcopos pro Romanâ infallibilitate datâ operâ certantes nobis ſuppeditat, quot Gallia poſtremis hiſce temporibus numerare poſsit. Celebriores tantùm, quóſque legere conceſſum mihi fuerit, hîc appello, nec exſcribo ſingulos; plura enim volumina in illis exſcribendis nec ſufficerent; attamen in gratiam eorum, quibus legendorum hanc in rem operum copia non eſſet, ad calcem voluminis noſtri nonnulla ex illis accuratiſsimè excerpta, quæ hûc faciunt, ſubjiciemus; hujuſmodi verò Præſules ſunt.

I. Illuſtr. de Languet, Archiepiſc. Senonenſis, vir omni Doctrinæ ac pietatis laude cumulatiſsimus & pe[illegible]ile Galliarum decus, qui Sedis Apoſtolicæ ac Eccleſiæ Romanæ intra Urbis ambitum conſtitutæ inerrantiam quàm plurimis tùm veterum tùm recentiorum teſtimoniis probat ac evincit in Monito 2°. ad ſuæ olim Diœceſeos (Sueſsionenſis) refractarios num. XXIV. (1). Conſule etiam primam ipſius Epiſtolam ad Epiſcop. Antiſsiodor. pag. 64. & ſeqq. itèm Epiſtolam ad Epiſc. Bonon. pag. 14. & 15. rurſus octavum ipſius

(1) Voyez ci-après N°. III.

Pastor. Documentum, in quo passim ea Doctrina confirmatur.

II. Illustriss. de Fenelon, Cameracensis Archi-Præsul qui idem versat argumentum in Mand. ac Docum. Pastor. 19. Junii 1714. edito, num. VI. & seqq. (1). (1) *Voyez ci-après* N°. IV.

III. Eminent. de Bissy, Episcopus Meldensis pro eâdem sententiâ pugnat in Mand. Pastor. contra appellationem à Bullâ *Unigenitus* ad futurum Concilium edito die 14. Junii 1728. pag. 13. & seqq. itèm in altero Docum. Pastor. super Constit. Unigenitus 7. Junii 1722. parte 1. pag. 11 (2). (2) *Voyez* N°. V.

IV. Illustr. de Colongue, Aptensis Episcopus, qui Romanæ Cathedræ, ac in eâ Sedentis Pontificis inerrantiam, rem esse apud SS. Patres, apud Veteres Gallos vulgatissimam & certissimam fusiùs ostendit in Mand. Pastor. die 20. Octobris 1717. promulgato (3). (3) *Voyez* N°. VI.

V. Illustr. de Megrigni, Grassensis Antistes, qui typis mandari jussit quasdam Epistolas quæ hujus temporis errores detegebant; è prælo autem prodierunt Lugduni 1715. cum præfixo ejusdem Præsulis Mandato, quo Doctrinam præfatarum Epistolarum adoptat, easque omnibus suæ Diœceseos commendat Clericis. Porrò in primâ Epistolâ Autor illud annumerat inter varia capita quæ circa R. Pontificis autoritatem certa habentur, nempe : *specialem Dei, qui veritas est, gratiam semper adesse summo Pontifici nè in ferendis judiciis ac decisionibus errorem admittat ;* hanc sententiam multis confirmat SS. Patrum testimoniis, quibus relatis sic concludit : *etiamsi existimassent* (Sancti Patres quos laudaverat) *R. Pontificem tàm esse infallibilem quàm ipsummet Evangelium, clarioribus uti terminis vel expressioribus minimè, ut quidem videtur, potuissent.*

VI. Illustr. de S. Albin, Camerac. alter Archi-Præsul qui ex antiquis Patribus, ac recentioribus etiam Gallis, solidè demonstrat Ecclesiam Romæ fundatam Fidei indeficientis privilegio gaudere in Docum. Pastor. quod an. 1728. edidit adversùs Consulta Advocator. Paris. pag. 9. & seqq. (4). (4) *Voyez* N°. VII.

VII. Illustr. de la Fare, Laudunensis Episcopus qui luculentis Ecclesiasticæ traditionis monumentis Sedi Apostolicæ vindicat inerrantiam in Docum. Pastor. de obsequio debito Constitut. *Unigenitus* dato die 13. Dec. 1730. pag. 10. & seqq. Vide etiam ipsius Docum. Pastor. *contre les Réquisitoires de M. Gilbert, &c.* 1. Aprilis 1731. pag. 8. & seqq. (5). (5) *V.* N°. VIII.

VIII. Illustr. de Belsunce, Episcopus Massiliensis qui in confir-

avitæ traditionis ſtudium ardorémque nedum potiores, vix pares habeat Gallia; eos, inquam, intelligis eſſe quos, vel nullos prorſus, intimorum Eccleſiæ Gallicanæ ſenſuum plenè conſcios ac maximè tenaces jure merito judicaveris; tales demum, in quos vel ignoratæ Gallorum quà veterum, quà recentiorum ſententiæ ſuſpicionem; vel derelictæ ac proditæ crimen non niſi ridiculè ac impudentiſſimè commoveas; & revera quidem, ſi Janſenianos, ſi Queſneliſtas, alióſque hujus furfuris Ariſtarchos excipias, nullus ex Antiſtitibus, nullus ex Galliarum Theologis prælaudatos Epiſcopos tanti criminis vel reos egit, vel in ſuſpicionem vocavit.

Eos nempe laudavimus Francorum Antiſtites quorum Doctrinam, pietatem invictámque in avitâ Fide propugnandâ conſtantiam, applaudente Chriſtianorum Orbe, mirata eſt & celebravit Gallia. Eos appellavimus Epiſcopos, quibus nullos eruditione inſigniores, nullos jurium ſuorum defenſione commendabiliores Gallia recenſeat. Languetium appellavimus aliàs Sueſſionum, nunc Senonum Archi-Præſulem, cujus vèl una nominis appellatio nullam Germanos apud Gallos non vincit laudum ubertatem; tanti viri nomen cùm recitari audis, *perpetuum* intellige *ac per-illuſtrem ſanæ Doctrinæ defenſorem* (1) *cujus multiplici de Novatoribus triumpho Catholici omnes applauſerunt* (2); indomitum intellige recentiorum errorum impugnatorem, qui adverſariorum cavillationes *ſolidiſſimis reſponſis* (3) confutavit, perverſáſque illorum molitiones felicibus ſemper diſturbavit conaminibus. *Magnum* cogita *undequaque virum* (4) *cuï æternam in Eccleſia Dei memoriam Doctiſſima ipſius opera ardentiſsimi zeli & maximè eruditionis monumenta pepererunt* (5) *qui de hoc* (hodiernarum apud Gallos diſputationum) *argumento quàm eruditè tam nervosè diſſeruit* (6) *cujus denique doctiſsimis ſcriptis tota reſervabatur gloria diſsipatarum tandem illarum difficultatum quæ eo fine naſci videbantur, ut nova Illuſtriſsimo Præſuli elogia accerſerent* (7); & dubitabit, credo, quiſpiam Præſulis tot laudibus ab ipsâ Galliâ celebrati Doctrinam eam eſſe quam Galliæ toti attribuere poſsimus?

(2) *Id teſtantur plures Galliarum Epiſcopi in communi reſponſione ad Docum. Inſtr. Emin. de Biſſy vernaculé edita an. 1723. pag. 145.*

(3) *Epiſcop. Rutbenenſ. in Docum. Inſt. ſæpiſſimè citat. pag. 57. & 119.*

(4) *Epiſc. Maſſil. in loco modo citato.*

(1) *Epiſc. Maſſil. in 1. Epiſt. ad Epiſc. Montis-Peſſul. ſuo Clero communicatâ.* pag. 6. Cet Illuſtre (*en parlant de Mr. Languet Evêque de Soiſſons*) & perpetuel Défenſeur de la Saine Doctrine, ce grand Homme!

(5) *Emin. de Tencin in Docum. Paſtor. contra varia Scripta Epiſc. Montis-Peſſul. Edit. ann.* 1730. p. 49. M. l'Evêque de Soiſſons dont la mémoire ſera éternelle dans l'Egliſe de Dieu par ſes ſçavans Ouvrages, monumens ſolides de ſon zele & de ſon érudition.

(6) *Emin. de Tencin in Epiſt. Paſt. ad Archi-Presbit. ſuæ Diœceſ. Ebredun.* pag. 11. M. l'Evêque de Soiſſons qui a traité cette matiere avec autant de force que d'habileté.

(7) *Epiſcop. Andegav. in ſuis conſiderat. conſolant. edit. an.* 1719. pag. 32. Laiſſons aux doctes Ecrits d'un de nos Illuſtres Confrères (*M. de Languet*) toute la gloire d'avoir achevé de diſſiper des difficultés qui ſemblent n'avoir été formées que pour lui meriter de nouveaux éloges.

Haud equidem nos latet quot convicia, quot dicteria in Illustrissimum Antistitem effuderit ferax sycophantiarum & malè audax novatorum centuria. Verùm quis nesciat eam esse summorum virorum conditionem, ut perditissimorum calumniis sæpissime pateant. Quis non sentiat eò bonis omnibus veneratione digniorem fore semper Catholicum Præsulem, quò fuerit Hæreticis blasphemisque istorum Dogmatibus infensior? Quot igitur injurias à Novatoribus pertulit Doctissimus Languetius, tot sunt nobilissimi, queïs omnes apud Catholicos commendetur tituli. *Macte virtute*, scribebat olim ad Augustinum Hieronymus, *in orbe celebraris, Catholici te conditorem antiquæ rursum Fidei venerantur atque suspiciunt, & quod signum majoris gloriæ est, omnes Hæretici detestantur & me pari persequuntur odio* (1). Quàm jure meritóque hæc S. Doctoris verba illi Archiepiscopo accommodare possis, *quem sua eruditio & Fidei defendendæ zelus pariter & Ecclesiæ charum, & seditiosis factionibus odiosum reddunt, quia veritatem tuetur, & Ministrorum mendacii errores condemnat* (2), quem proinde *piissimos inter, sapientissimos, doctissimósque Galliarum Antistites* recensendum (3) nunquam Ecclesia non venerabitur! Facessite ergo qui constantem Senonensis Archiepiscopi de Romanâ inerrantiâ Doctrinam ipsam esse Galliarum sententiam ambigitis. *Hìc* enim ut & alibi, verba sunt Doctissimi Archi-Præsulis, *ipsam Cleri totius Gallicani causam propugno, Cleri, inquam, illius qui veneratione quàm dignus est, tàm parum à vobis colitur* (4).

(1) *Epistol. 195. inter Augustinianas.*

Meritissimo inter ceteros Regni Gallicani Antistites Archi-Præsuli (5) Illustrissimum adjunximus Cameracensem Archiepiscopum D. de Fenelon. Quanti generatim æstimentur apud Gallos *incomparabilis illius Præsulis* (6) *Scripta doctissima* (7) longiùs hic enarrare res esset operis fortasse supervacanei. Nescit nemo illum in Galliis habitum fuisse & etiamnum haberi, *ut unum inter maximos viros quos nostris temporibus Ecclesia viderit* (8). Manibus eruditorum omnium teruntur plena sacratioris

(7) *Illust. de Languet Senon. Archiep. in monitis 2. part. 2.* pag. 11.

(2) *Episcop. Massil. in Docum. Past. de libertat. Eccl. Gallic.* pag. 47. Un Archevêque (*M. de Languet*) que son érudition & son zele rendent cher à l'Eglise & odieux à un parti séditieux, parce qu'il prend la défense de la vérité & qu'il condamne les erreurs & les excès des ministres du mensonge.

(3) *Episc. Massil. in Docum. Pastor. occasione plurium propositionum &c. Edito an. 1727.* pag. 6. M. l'Evêque de Soissons un des plus sages, des plus pieux & des plus éclairés Prélats de France.

(4) *In 21. Epist. ad Episcop. Bonon. an. 1720. in fine.* Je vous prie de considerer que ce n'est plus un seul Evêque qui vous écrit pour sa propre défense, & qui dans toute autre occasion respecteroit vos lumières & vos volontés. Mais c'est du Clergé de France entier dont je soutiens la cause; Clergé aussi respectable à votre égard qu'il est peu respecté de vous.

(5) *Emin. de Bissy in Docum. Pastor. an. 1725.* pag. 223. M. l'Evêque de Soissons un des plus dignes Prélats de l'Etat.

(6) *Episcop. Massil. in 12. Epist. ad Episcop. Montispessul.* pag. 9. M. de Fenelon, cet incomparable Prélat.

(8) *Languetius ibid.* M. de Fenelon est un des plus grands hommes que l'Eglise ait vû de nos jours.

ſacratioris Doctrinæ *tanti Autoris* (1), *feracis illius ac pulcherrimi ingenii* (2), *viri egregiis dotibus ac pietate adeò commendabilis* (3) opera Theologica, quorum Lectionem Clero ſuo nominatim inter ceteros ac ſpeciatim commendavit Illuſtriſsimus Maſsilienſis Epiſcopus (4).

(4) *In* 11. *Epiſtolâ ad Epiſc. Monſpeſſul. clero ſuo communicatâ* pag. 9.

Equidem ut eſſe ſolent magnorum virorum magnæ prolapſiones, permiſit ille cujus *incomprehenſibilia* ſunt *judicia*, ut vir defendendæ Fidei ac Religioni colendæ natus, non leve ipſe circà Religionem naufragium ad tempus pateretur: verùm glorioſiùs ſurrexit quàm flebiliùs ceciderat, *vir animi demiſsione ac pietatis integritate quàm ſublimi uberrimóque ingenio major* (5). Splendidiſſimo nempe ſideri non abſimilis fuit, quod aſpectibus noſtris nube interceptâ lumen quandoque ſuum ſubducit, ut vegetiores deinceps ſerenatâ Cœlorum facie radios emittat. Errare potuit Fenelonius, quod certè humanum eſt, at citiſſimâ pœnitentiâ dilutus error perennaturam Illuſtriſſimi Præſulis gloriam adauxit, & eò quidem uſque, ut *magnus ille Archiepiſcopus omnibus ſeculis habendus ſit tanquam fulgidiſſimum Eccleſiæ lumen & Sanctiſſimos inter Epiſcopos nunquam non recenſendus* (6). Eſt igitur quod meritò confidamus maximi apud Gallos nec minoris apud extraneos ponderis fore luculentiſſima viri illius teſtimonia *qui Gallorum ſibi omnium amorem, admirationem, obſervantiam, ac venerationem conciliavit* (7).

Nec minorem certè Fidem ſibi fecit Emin. Cardin. de Biſſy, Meldenſium, dum viveret, Epiſcopus, cujus autoritatem hîc quoque interpoſuimus. Norunt Catholici omnes quantâ Doctrinæ necnon & pietatis laude, non ſolùm apud Gallos, ſed & apud ceteras nationes floruerit *Magnus ille Cardinalis* (8), *ſpectabili eruditione ac veritatis tuendæ ſtudio quàm Romanâ purpurâ venerabilior* (9). *Profundæ illius eruditionis* (10) *fama adeò percrebuit, ut columna Eccleſiæ* (11),

(11) *Languetius, ibidem.*

(1) *Clerus Gallic. in relatione actorum concertantium damnationem libri cui titulus* Maximes des Saints *approbatâ in Comitiis generalibus an.* 1700. M. de Fenelon, ce ſi grand Auteur. *V. Mémoires du Clergé tom.* 1. pag. 388.

(2) *Emin. de Tencin in Epiſt. Paſtor. ad Archi-Presbit. ſuæ Diœceſ.* pag. 33. Cet heureux & ce beau genie (*de M. Fenelon*) qui a traité ce ſujet avec tant de lumiéres.

(3) *Conventus Rotomagenſis an.* 1699. M. de Fenelon ſi recommandable par ſes talens & par ſa vertu. *V. Mém. du Clergé*, tom. 1. pag. 517.

(5) *Epiſcop. Andegavenſ. in* 14. *Epiſt. Monſpeſſul. an.* 1726. *communicatâ Parochis ſuæ Diœceſ.* pag. 5. Mr. de Fenelon plus grand encore par ſon humilité & par la ſincerité de ſa vertu, que par l'élévation & la fécondité de ſon génie.

(6) *Epiſcop. Cabilon. in Mand. Paſtor.* 3. *Maii* 1716. Ce grand Archevêque (*M. de Fenelon*) ſera regardé dans tous les ſiecles comme une des plus brillantes lumiéres de l'Egliſe & un des plus Saints Evêques qui ait gouverné le Troupeau de Jeſus-Chriſt.

(7) *Epiſ. Cabilon. ibid.* M. de Fenelon Prélat univerſellemēt aimé, admiré, reſpecté & veneré.

(8) *Epiſcop. Ruthen. in docum ſæpe citato* pag. 119. M. de Biſſy ce grand Cardinal.

(9) *Epiſcop. Andegavenſ. in ſuis conſiderationibus conſolant.* 1719. pag. 32. M. de Biſſy Cardinal plus reſpectable par la profondeur de ſes connoiſſances & par ſon zéle, que par la Pourpre qui le décore.

(10) *Languetius Senon. Archiep. in* 5°. *Docum. Paſt.* pag. 831. L'erudition profonde de ce Prélat. (*M. de Biſſy*)

illustris ac perpetuus sanæ Doctrinæ defensor (1). *studiosus & indefessus Catholicæ veritatis propugnator*, *cujus maximè veneranda autoritas*, *&c.* (2) audire in totâ passim Galliâ meruerit. Immo verò tantam sui opinionem injecit, ut qui *operum suorum soliditate appellantes ad metas redegerat*, *ipsámque Ecclesiæ causam gloriosè defenderat*, *ejus eruditioni deferre ceteri omnes haud cunctarentur* (3); hinc quoties victrices cum Quesnelianis manus conserebat *eruditus Cardinalis* (4), toties *maximo viro* (5) Victorias multiplices & plenos, de Novatoribus triumphos applaudebat Gallia. Quin & ipsi Novatores quos ad ultimum usque Spiritum debellavit *Magnus & eruditus Cardinalis*, *infatigabilis Fidei Orthodoxæ Patronus* (6) illum vèl inviti, cogente videlicet veritate, nonnunquam appellaverunt *facem præfulgidam quæ toti Galliarum Ecclesiæ collucebat* (7). Tam insigne ab adversariis elogium constanti conviciorum quæ ab iisdem sæpius expertus est, tolerantiâ mercatus fuerat vir titulis omnibus major. Nempe pluries indignata est Gallia illius Doctrinam à Novatoribus improbè sugillari, qui *unum erat è præcipuis Ecclesiæ Gallicanæ columinibus* (8). Multi hujus furfuris anónymi scriptores Eminent. Cardinalem insimulaverant, quasi *chariora violasset imperii Gallici jura*, *pretiosioréſque attentasset Ecclesiæ Gallicanæ libertates* in illo Pastorali Documento quod anno 1722. in Lucem ediderat. Quid interim Rex Christianissimus, totáque cum ipso Gallia? *Rebus accuratè perpensis necnon auditis perspicaciorum tùm Cleri Gallicani, tùm Regii sui Consilii Virorum sententiis*, furtivas illas scriptiones *nativis tenebris mancipat* tanquam *calumniosas*, *& Eminentissimo Cardinali non minùs quàm Sedi Apostolicæ injuriosas*, declatátque *nil in eo Documento* in quo Romana infallibilitas ab eru-

(1) *Episcop. Massil. in 1â. Epistolâ ad Episc. Monspessul. jam citatâ* pag. 6. M. de Billy, cet Illustre & perpetuel défenseur de la saine doctrine.

(2) *Episc. Massil. in responsione* à une Lettre qu'un de ses amis a écrit de Rome sur son Mandement contre les 12. articles *datâ mense Julio* 1728. pag. 22. M. le Cardinal de Bissy, ce zèlé & perpetuel défenseur de la saine Doctrine dont l'autorité est si respectable.

(3) *Languetius Senon. Archiep. in 5°. Docum. Past.* pag. 831. Le Cardinal de Bissy qui a confondu les Appellans par la solidité de ses Réflexions & de ses Ouvrages, mérite de ma part une deference digne des lumières que Dieu lui a départies pour la gloire de la cause de son Eglise.

(4) *Episcop. Ruthenens. in Docum. Laudat.* pag. 59. Ce sçavant Cardinal.

(5) *Episcop. Massil. in 1â. Epist. ad Episcop. Monspessul.* pag. 6. Ce grand Homme.

(6) *Episc. Bonon. in Docum. Pastor. pro acceptat. Constit. Unig. an.* 1724. pag. 7. Un grand & sçavant Cardinal, (*M. de Bissy*) défenseur infatigable de la Foi Catholique.

(7) *In libello cui Gallicè titulus*, *Addition où l'on réfute trois Ecrits*, *&c.* M. le Cardinal de Bissy, ce flambeau lumineux qui éclaire toute l'Eglise de France. *Hic libellus legitur in famoso libello Gallicè inscripto*, Tocsins avec les Ecrits & Arrêts, &c. *Typis Furtivis edito an.* 1716. *Vide* pag. 327.

(8) *Emin. de Tencin in Docum. Past. contra nonnulla scripta Episc. Monspessul. edito an.* 1730. pag. 11. Vous êtes indignés, Mes très-chers Freres, de voir ainsi traiter la Doctrine d'un Cardinal (*M. de Bissy*) qui est une des principales Colomnes de l'Eglise de France.

dito Cardinali tam apertè, tam viriliter asseritur *contineri nisi maximè consonum Regni Placitis ac Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus* (1). Et quisquam inficiabitur illam Eminentissimi Cardinalis Doctrinam ipsam esse Galliæ totius Doctrinam, quam Ecclesia ipsa Gallicana suis calculis, quam Rex ipse Christianissimus Regio diplomate communiit, & ab adversariorum calumniis sartam tectámque voluit.

Emin. Cardinali de Bissy Eminentissimum alterum Cardinalem de Tencin, aliàs Ebredunensem, nunc Lugdunensem Archiepiscopum pietate, Doctrinâ, summâque in Galliis autoritate parem esse nemo dubitat; neque aliquem fore putamus ità difficilem, ut viro illi Fidem detrahat, quem amplissimis quibusque honoribus cumulavit Gallia, quem purpuratis principibus Roma accensuit, quem fortissimos inter veritatis defensores nunquam Religio non enumeret. Christianissimi Regis apud Sedem Apostolicam Orator eam sui fecit apud omnes existimationem, quam facere solent homines ad maxima quæque nati. Mox in Gallias reduci res præclarissimè gestas universa gratulata est Francia. Multiplici auctum dignitate inter publicos Rei Gallicæ Administratores recensuit Rex Christianissimus; singula porrò quid commemorem ab Eminent. Cardinale collata in Gallicanam Ecclesiam officia? Quid Synodum illam Ebreduni celebratam Summi Pontificis approbatione firmatam, Gallicanorum Antistitum elogiis commendatam, Regis Christianissimi calculis munitam, quæ meritissimi Præsidis Doctrinam, Religionem & purissimum disciplinæ Ecclesiasticæ studium ad seros usque Nepotes transmissura est; quæque dum à Novatoribus injurioso Latrocinii nomine procaciter infamata est, Orbis Catholici ac totius præsertim Galliæ laudibus honorificè cumulata fuit? Quid ardentissimum cum Gallis omnibus deprædicem Fidei defendendæ studium, quo percitus Emin. Cardinalis infaustam dierum nostrorum hæresim feliciter haud minùs quàm eruditè insectatus est; & ità quidem ut omnium judicio inter primarios lacessitæ Fidei vindices ac debellatæ novitatis triumphatores recenseatur? Quid exarata in veritatis Catholicæ defensionem scripta laudaverim, quæ exquisitiorem ubique Religionis eruditionem, quæ tenerrimos undique pietatis affectus Lectoribus inspirent? Iterum dico; erit-ne quispiam adeò difficilis, ut tanti Præsulis tot titulis Galliæ devincti, tot laboribus de Ecclesiâ quàm optimè meriti vel abnuere testimonium, vel autoritatem declinare audeat?

Doctissimos inter Galliarum Episcopos, qui Romanam seu Pontificiam inerrantiam ex professo ac datâ operâ propugnant, Illus-

(1) *Arrêt du Conseil d'Etat du Roi qui supprime & condamne, &c. du 23. Mai 1723. Hoc Regium edictum integrè descriptum invenies ad calcem hujusce tomi infrà* No. I.

trisimum jam retulimus Cameracensium Archi-Præsulem D. de S. Albin, cujus quidem indubiam & omni majorem exceptione futuram hâc in parte genuinos apud Gallos autoritatem meritò confidimus. Ecquis enim viro maximo Fidem derogare voluerit, quem celebratioribus, quibusque Galliarum Episcopis par Fidei defendendæ zelus, par eruditionis fama, par elegantissimorum scriptorum copia, paria in Ecclesiam Gallicanam officia, pares de Novatoribus triumphi consociant? Plurima ex illis elogiis sibi quondam peperit Illustrissimus D. de Mailly Rhemensis Archiepiscopus, quem hîc quoque seu probatissimum Gallicanæ circa Romanam inerrantiam Doctrinæ testem appellavimus. Ipsa mirata est Gallia indefessam meritissimi Præsulis in avitâ Fide propugnandâ constantiam, paternam erga Novatores errorem ejurantes indulgentiam, invictam in pertinacibus expugnandis animi fortitudinem, sollicitam in omnibus ad officium revocandis diligentiam, infractam in perferendis omnium vel conviciis, vel repulsis patientiam. Harum omnium virtutum splendore clarissimus Præsul *iis certè omnibus Charissimus evasit, qui veram probitatem Illustribus Nobilitatam natalibus æstimare norunt* (1). Neque aliquem apud Gallos fore arbitramur qui *Illustrissimi Metropolitani* testimonium recusaverit, *quippe cujus zelus, firmitas ceteraque virtutes nullis non seculis venerationi omnibus futuræ sint* (2).

Neque porrò hîc omittendum est quanti Germanos apud Gallos roboris esse debeat Illustrissimi D. Abelly Rhutenensis olim Episcopi autoritas. Vixit vir ille Clarissimus iis circiter temporibus, quibus Belgica Hæresis primam in Gallias deflagrationem intulit. Quot Doctissimis operibus ceu egregiis profundæ quâ pollebat Doctrinæ simul & summæ pietatis monumentis Rempublicam Christianam ditaverit eruditissimus scriptor, quòd innumera sint, enarrare non adoriemur; scripsit autem, inter cetera, elegantissimum illud de obedientiâ & submissione Summo Pontifici in Fidei rebus debitâ opus*, in quo Romanam ac Pontificiam, uti diximus, inerrantiam exquisitioribus antiquitatis, ac Gallicanæ præsertim Doctrinæ monumentis disertissimè adstruit. Quanto autem cum applausu exceptum in Galliis fuerit illud opus judicet oculatus Lector vèl ex solâ ipsâ approbatione quam operi præfixerunt tùm Illustrissimus Cæsareensis

(1) *Emin. de Tencin in Docum. Pastor. contra varia scripta Episc. Monspessul. jam citato* pag. 37. Un Archevêque de Reims [*M. de Mailly*] si cher à ceux qui sçavent priser la vraie probité relevée d'une haute naissance.

(2) *Languetius Senon. Archiep. in Epistolâ ad ducem Aurelian. Regni moderatorem scripti die 24. Junii an.* 1719. pag. 8. M. de Mailly notre Illustre Metropolitain, dont les siécles à venir respecteront le zéle, la fermeté & les vertus.

Episcopus Suessionum Coadjutor, tùm Doctissimus D. Seguier, Ecclesiæ Parisiensis Theologus. Egregium utriusque testimonium summâ Fide refero : *quod ad aliorum librorum approbationem attinet, sufficit asserere in iis nihil deprehendi Fidei Catholicæ contrarium ; at verò non levem huïcce Libro cuï titulus* : de obedientia, &c. *injuriam faceremus, si intra terminos illos generales maneremus. Eò quippè illustrius testimonium promeretur, quòd ipsius scopus est Fidem nostram in uno è primariis suis articulis stabilire, illiúsque defendere agendi rationem, quem in his Fidei negotiis primum Ecclesiæ Pastorem, Doctorem atque judicem Deus constituit. Ipsum igitur existimamus à maximâ illâ Gallicanorum Antistitum multitudine, qui in hâc-ce occasione suum erga Religionem studium commendaverunt, approbandum fuisse, nisi Autor pro suâ animi demissione ac mentis candore viis consuetis quàm extraordinariis uti maluisset. Agnoscet lector hujus testimonii æquitatem quod & operis valori & autoris merito reddendum à nobis duximus, &c.* (1). Ex eodem illo testimonio, quod excellenti operi reddidit Illustrissimus Præsul, & cum eo insignis Ecclesiæ Parisiensis Theologus certò ominamur, maximi Germanos apud Gallos ponderis fore tot elogiis commendatam Rhutenensis Episcopi doctrinam ; ecquis enim in Galliis illam Doctrinam non susciperet, quæ in prædicto opere contenta maximæ illius Gallicanorum Episcoporum multitudinis approbationem promeruit ?

Eam certè Doctrinam præ ceteris adoptavit Illustrissimus de Colongue Aptensis Episcopus cujus in totâ passim Galliâ notior eruditio, pietas commendabilior, nobilior fama, quàm ut toties celebratas meritissimi Præsulis laudes iterum recudere necessum habeamus ; adhuc *in benedictione* est, éritque diu illius Antistitis *memoria cujus vires non tàm provectior ætas quàm juges corporis afflictationes laboréfque assidui consumpserunt* (2). Vivit etiamnum, vivétque perpetuò in

(1) C'est assez pour approuver d'autres Livres de dire qu'ils ne contiennent rien qui soit contraire a la foi ; mais ce seroit faire injustice a celui-ci qui porte pour titre : *de l'obeissance & soumission qui est dûe à Notre Saint-Pere le Pape, &c.* de se tenir dans ces termes généraux, il mérite un témoignage d'autant plus singulier, que son dessein est d'établir la foi en l'un de ses points les plus importants, & de justifier le procedé de celui que Dieu a donné à son Eglise pour premier Pere, Docteur & Juge en ces matiéres. J'estime donc qu'il mérite l'approbation même de ce grand nombre de Prélats de la France qui ont témoigné le zèle de leur Religion en cette rencontre, si l'humilité & la sincerité de l'Auteur ne lui avoient fait préferer la voye commune aux extraordinaires qui se servent de plus grandes précautions. Le Lecteur connoîtra l'équité de ce sentiment que j'ai crû être obligé de rendre au mérite de l'Ouvrage & de l'Auteur. Fait à Paris le 18. Mars 1654. Charles Evêque de Cesarée, Coadjuteur de Soissons. Seguier, Théologal de Paris. *Edit. Cadom. an.* 1686. pag. 18.

(2) *Emin. de Tencin in Docum. Pastor. contra varia scripta &c.* pag. 49. Un ancien Evêque d'Apt [*M. de Colongue*] qui a blanchi moins par son grand âge que par ses longues fatigues dans l'Episcopat.

Gallorum omnium Religionis amatorum animis Laudatiſſimus ille Præſul, *cujus vita verâ ſanctitate inclyta, Sanctiſsimorum Primitivæ Eccleſiæ Epiſcoporum mores omnium oculis repræſentat, cujus denique ingenium, eruditio, pietas, adeò ſunt omnibus perſpecta* (1).

Nec minorem ſibi pietatis ac Doctrinæ famam comparavit Illuſtriſſimus D. de Megrigni Graſſenſis Antiſtes, quem etiam Gallicanis Epiſcopis apertiſſimis inerrantiæ Pontificiæ propugnatoribus jure meritóque accenſuimus. His etiam addidimus Illuſtr. ac Reverendiſſ. D. de la Fare, Laudunenſem Epiſcopum, cujus ubique notus in vindicandis Eccleſiæ juribus & immunitatibus vigor verè Epiſcopalis, perſpecta omnes apud Gallos in conſervandâ Fidei puritate ſingularis conſtantia. Hæc obiter ac ſtrictim meminiſſe ſuffecerit; etenim infiniti eſſemus, ſi celebratas in Galliis Epiſcoporum quos appellavimus ſingulorum laudes hîc recinere ſigillatim aggrederemur. Orationem contrahere jubet ipſa laudum ubertas, quam propriis ipſi cumularemus encomiis, nî præfixi opellæ limites noſtræ erga Illuſtriſſimos Antiſtites quàm optimè de Eccleſiâ meritos obſervantiæ, impenſiſſimæque venerationis teſtimonia fuſiùs ac copioſiùs edere prohiberent.

At non poſſumus tamen quin animadvertamus ex omnibus illis Galliarum Epiſcopis, qui infallibilem Apoſtolicæ Sedis Pontificis-ve Romani autoritatem adeò diſertò vindicant, tres potiſsimùm eſſe, quos Imperium Francicum Strenuiſsimos jurium ſuorum defenſores habeat, quos Eccleſia Gallicana integerrimos libertatum ſuarum Patronos veneretur, quos & Apoſtolica Sedes declaratiſsimos inerrantiæ ſuæ cultores & aſſertores nacta fuerit; Boſſuetium dico Meldenſium Antiſtitem, D. de Belſunce Maſsilienſium Epiſcopum, & Doctiſsimum de Marca Archiepiſcopum Toloſanum. Magnum Boſſuetium appellaſſe, communi Gallorum judicio laudaſſe eſt. Boſſuetium quiſquis cogitat Antiſtitem, ſummum Eccleſiæ Gallicanæ decus & ornamentum, virum multiplici de Hæreticis triumpho inſignem, omni eruditionis genere cumulatum, celebratioribus antiquæ Galliæ Doctoribus haud imparem, &c. Ecquis porrò recenſere valeat ſumma illa elogia, quibus genuina clariſsimi viri opera, quæ vivus ipſe caſtigatiora & recognita vulgavit, ab omnibus commendantur &

(1) *Epiſc. Maſſil. in Docum. Paſtor.* Au ſujet d'un mauvais Livre intitulé, Copie d'une Lettre, &c. *edito menſe Maii* 1728. pag. 55. M. de Colongue, Evêque d'Apt, dont la vie véritablement ſainte retrace à vos yeux celle des Evêques de la primitive Egliſe.... Pontiſe auſſi reſpectable par tant de titres, & dont l'eſprit, l'erudition & la pieté vous ſont ſi parfaitement connues.

Galliarum ubique celebrantur? Profundioris Doctrinæ scriptorem Romani Pontifices, Præsules Gallicani, Christianissimi Reges, ipsi Galliarum supremi Senatus prædicare certatim, passimque laudibus efferre gestierunt. Tot præconiis addi aliquid posse quis speret, addere quis aggrediatur? Nos quidem vel illa summatim describere superfluum duximus, quia omnibus notiora; imò operosum, quoniam innumera; advertisse itaque sufficiat nemini apud Gallos esse dubium, quin genuinam Galliæ Doctrinam in iis operibus expresserit Illustrissimus Antistes quæ publici juris ipse fecit.

Ardentissimo in propugnandis Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus simul & astruendâ Romanæ Ecclesiæ inertantiâ studio haud inferiores se se Bossuetio præbuerunt Illustr. de Belsunce & de Marca. Quin & præter illos nemo unus est ex Gallicanis Præsulibus, quem de libertatibus Galliarum explicandis ac defendendis ex professo libros edidisse noverim. Nihil est igitur quod verearis nè illorum Doctrinam Gallia universa facilè non admittat; metum omnem, si quis tibi subnascitur, procul amandare jubet summa integritatis & Doctrinæ fama quam sibi Episcopus uterque veros apud Francos comparavit. Etenim esset-ne in Galliâ quispiam cu us fidem non emereretur Massiliensis Antistes *splendidissimis quibus præfulsit* haud eruditionis solùm, sed *virtutum* etiam *ornamentis conspicuus ac heroicâ præsertim quâ commissum sibi gregem prosecutus est charitate, cujus ardore succensus formidabiliora hominibus pericula peræquè ac blandiores illecebras generosè contempsit* (1)?. Ecquis tandem *Doctissimi Præsulis* D. de Marca, testimonio non assentiatur, *cujus utique autoritas Gallis veneranda homines etiam opinionibus praoccupatos potenter movere debeat* (2)? Nullus profectò qui meminerit Tolosanum illum Archi-Præsulem, *celeberrimum* in Galliis evasisse tùm summâ quâ pollebat *eruditione*, tùm ardentissimo *studio ad promovendam Ecclesiæ Gallicanæ gloriam, cujus ipse ex præcipuis ornamentis unum extitit* (3).

Leviori hactenùs penicillo inchoatam adumbravimus illorum Franciæ Præsulum imaginem, qui Romanam ac Pontificiam infallibili-

(1) *Emin. de Tencin in Docum. sæpe laud. contra varia, &c.* pag. 49. Un Evêque de Marseille [*M. de Belsunce*] si distingué par ses vertus Episcopales qui brillent en lui, & sur-tout par l'heroique tendresse qu'il a témoigné à son Troupeau. Tendresse qui lui a fait mépriser les perils les plus effrayans pour l'humanité, les traits les plus flateurs pour l'amour propre.

(2) *Emin. de Bissy in Docum. Past. an.* 1725. pag. 73. M. de Marca, ce sçavant Prélat ... son autorité certainement respectable aux François, ne doit-elle pas faire impression jusques sur ces esprits prévenus.

(3) *Episc. Massil. Docum. Past. de liber. Eccles. Gal.* pag. 66. M. de Marca cet Evêque si célèbre par son erudition & par son zèle pour la gloire de l'Eglise de France, dont il fut un des principaux ornemens.

tatem apertiùs datâ operâ vindicarunt. Equidem non tàm laudes ipsas, quibus in Galliâ celebrantur illi Episcopi, quàm summos veluti laudum apices, & delineata rudimenta erudito Lectori exhibuimus; ex iis tamen satis superque intelliget meritissimos quos hîc appellavimus, Ecclesiæ Gallicanæ Proceres eos esse queis in Galliâ nulli vel eruditione celebriores, vel spectabiliores pietate, vel Germanæ Galliarum Doctrinæ, Gallicanarúmque libertatum amantiores; alios prætereа longè plurimos Doctrinâ & integritate pares nec minùs apertos inerrantiæ Pontificiæ cultores hîc laudare nequaquam esset operosum, imò & fidenter asserere ausim, si quosdam excipias Galliarum Episcopos Constitutioni *Unigenitus* aliquandiu haud ità favorabiles, qui tamen postea omnes ferme ad meliora redeuntes scripta suo nomine seditiosis illis temporibus publicata revocarunt, neminem inter alios unquam fuisse qui infallibilem Apostolicæ Sedis seu Pontificis Romani de Fide & moribus solemniter pronuntiantis autoritatem impugnaverit. Omnes è contra vel Romanam inerrantiam ex professo vindicarunt, vel ea admiserunt Doctrinæ capita, quibuscùm illa insolubili vinculo evidenter connectitur.

Hujusce generis est Doctrina Eminentissimi Cardinalis Rohannæi Argentinensium Episcopi, cujus in toto passim operis nostri decursu frequentissima occurret, quanquam non satis fortasse pro merito frequens appellatio. Præsulis de Ecclesiâ semper optimè meriti laudes usquè & usquè celebravit & etiamnum celebrat Gallia, ipse oblatâ usus occasione libentissimè celebrarem, nisi splendorem nominis in Serenissimo Principe, purpuræ fulgorem ac summæ eruditionis famam æquaret modestia laudis impatiens, & propemodum superaret; sed esto, possit ille scriptoribus silentium de suis virtutibus imperare, quem eximiæ suæ virtutes toti Reipublicæ Christianæ commendabilem effecerunt; oderit ille laudes, de quo nihil commemorare illi possint, nisi laudabile; patiatur tamen, illa referam præconia, quæ viro de Patriâ, de Religione, de omnibus benè merito, Patriæ, Religionis, omnium nomine consecrarunt Illustriores Galliarum Episcopi. Quisquis igitur extra Galliam positus es, si qua ad te (& quò non pervenit Eminentissimi Cardinalis fama?) summum cogita *Cleri Gallicani decus & ornamentum, Religionis Præsidium & columen, virum quem maxima eximiaque dotes aliorum numero excerpunt virorum, in quo illas tamen amabiles reddit mansuetudo, cujus nomen Catholicorum omnium amore & veneratione dignissimum,*

dignissimum, omnium commovet indignationem in temerarios illos homines qui Præsuli undequaque spectatissimo detrahere non erubescunt. (1). Cogita Episcopum quem ipsimet Quesneliani (2) hâc in re nequaquam suspecti à Catholicis omnibus in Galliâ haberi testantur tanquam *unum ex fortibus Israël & ex præcipuis Ecclesiæ columninibus;* nec miraberis elegantissima ejus opera exquisitioris Doctrinæ penu locupletata, ab omnibus Galliarum Episcopis impensè laudata Romanæ inerrantiæ adeò favorabilia ab Illustrissimo speciatim Massiliensium Antistite commendari Clericis suis omnibus perlegenda (3).

(2) *L'Auteur de la Lettre à M. l'Evêque de Soissons sur la fausse apparence de paix*, p. 5.

(3) *In 12. Epistola ad Episcop. Monspessul laudata*, pag. 6.

Miraberis potiùs, ac propemodum incredibile judicabis illud non paucis suaderi potuisse, Gallicanos nimirum Antistites infallibilitati Pontificiæ refragari, nec immeritò sanè miraberis. Etenim potuerunt-nè, an debuerunt ignorari tam splendida, tam publica, tam frequentia, quæ ex Francis Præsulibus descripsimus pro infallibili Sedis Apostolicæ ac Romani Pontificis autoritate testimonia? Si verò nota erant egregia illa Gallicanæ Doctrinæ monumenta, nunquid non esse debuerunt ad falsam adeò suspicionem dispellendam sufficientia maximè, & idonea? Ità certè, & vel ipsi, quorum interesse videbatur Gallicanos Antistites aliter sentire, apertè confessi sunt pro Pontificiâ illos inerrantiâ militare. Id quidem seu volentes, seu nolentes expressè testantur. Autor libelli cuï gallicè titulus: *Considérations sur l'instruction Pastorale de la derniere assemblée du Clergé;* autor libelli alterius vernaculè inscripti: *Dénonciation de l'inst. Pastor. de M. le Cardinal de Bissy, adressée à tous les Archevêques & Evêques, &c.* pag. 29. Idem agnoscunt D. le Gros, Canonicus Remensis in opere cuï titulus: *Renversement des libertés Gallicanes, &c.* part. 2. & alii passim id genus scriptores bene multi.

Quisquis igitur extrà Galliam constitutus es, illud agnoscere ne graveris quod ipsi Galliarum incolæ dudum agnoverunt & ubique profitentur. Audi iterum Engolismensem Episcopum, qui in publico Mandato, nemine hactenùs reclamante, aut falsam Doctrinæ hâc in parte attributionem exprobrante, palàm asserit *suos Collegas* (Gallicanos Episcopos) *infallibilitatis Pontificiæ Doctrinam autoritate suâ confirmasse* (4).

Quanquam his haud indigemus testimoniis, quibus Germanam

(1) *Emin. de Tencin in Docum. Pastor. contra varia scripta Episcopi Monspessul.* p. 37. M. le Cardinal de Rohan, l'ornement du Clergé de France, l'appui de la Religion, dans lequel la douceur rend aimables les sublimes & rares qualités qui l'élevent au-dessus des autres. Son nom si digne de respect & de l'amour de tous les Catholiques, excite seul l'indignation contre la témérité qui ose l'attaquer,

(4) *Mand. Past.* 19. *Novemb.* 1718. Nos Confréres ont autorisé la Doctrine de l'infallibilité du Pape.

dignoſcamus Gallorum Antiſtitum de Romanâ infallibilitate ſententiam, ſplendidiora per ſe-ſe, & luculentiora ſunt, quæ nobisipſi ſuppeditant argumenta, quàm ut emendicatis aliundè fulcimentis ferri ac ſuſtentari opus habeant. Certum igitur & inconcuſſum maneat ex Gallicanis Epiſcopis alios inerrantiæ Pontificiæ apertiſſimè ſuffragari, alios infallibilem Apoſtolicæ Sedis ac R. Pontificis autoritatem ex profeſſo propugnare, neminem verò cujus Doctrinam approbet Gallia certiſſimæ huic veritati fuiſſe refragatum..

Sed enim opponet fortaſſe non nemo: de R. Pontificis autoritate non ità ſenſit Eminent. Cardinalis de Noailles, Pariſienſis Archiepiſcopus. Quantæ porrò eruditionis, quantæ fuerit integritatis nobiliſſimus Eccleſiæ Princeps ipſi nos edocent Galli, qui illum ceu dotibus omnibus, quæ magnos viros efficere ſolent cumulatiſſimum ubique deprædicant; an ille igitur à communi cæterorum Galliæ Præſulum Doctrinâ receſſerit? An eximiæ, queis celebratus fuit laudes deterendæ? Nequaquam verò, magnificis illis præconiis, quæ à Novatoribus congeſta ſunt, nihil omninò detractum volumus, niſi quod detrahi ipſe voluit Eminent. Cardinalis. Laudent illi ejus in inveſtigandâ veritate ſedulitatem, in detegendâ ſagacitatem, in retinendâ conſtantiam, in vindicandâ ſolertiam; laudent ad omnia pietatis officia compoſitos mores, ad benè de omnibus merendum concitatum ardorem, animum pacis conſervandæ ſollicitum, illa denique omnia prædicent ingenii animique ornamenta quæ meritiſſimum Eccleſiæ Præſulem deceant; laudantibus ultrò accinimus, modò tamen illæ laudes ejus non ſint generis, quas apud Janſenianos mereare, ſi partes eorum defendas, quibus non dignare ampliùs, ſi rebus maturè perpenſis cauſam illorum deſeras; talia præconia, quæ Religio proſcribat contemptim, ac generosè reſpuit Noallius, cum ea ſcripta, quæ ſub illius nomine in gratiam appellantium promulgata fuerant, publico ipſe Mandato menſe Octobris 1728. revocavit, eorumque uſum interdixit. (1) Fruſtrà igitur & immeritò genuinam Eminentiſſimi Cardinalis Doctrinam in iis requiras ſcriptis, quibus omnem ipſe Fidem hâc in parte derogari voluit, utpotè, quæ nubiloſis illis temporibus profecta ſunt, quibus ſubdola Novatorum & perfida Conſilia ipſum à debitâ Sedi Apoſtolicæ obedientiâ ſubtraxerant; itaque tempora diſtinguenda ſunt, alia nempè, quibus Noallius non ita favorabiliter erga Clementinam *Unigenitus* Conſtitutionem affectus, nonnulla in gratiam appellationis ſcripta ſub nomine ſuo lucem aſpicere paſſus eſt, alia verò quibus eruditus Cardinalis communem cæterorum

(1) *Quæ hic deſiderari poſſent hujuſce mandati verba referuntur in tomo ſequenti lib. 3. cap. 1.*

Galliæ Præsulum semitam ingressus, ab Novatorum partibus descivit. Equidem si Noallii Doctrinam ex iis æstimari volueris, quæ flantibus & impellentibus dissidiorum turbinibus ab eo gesta sunt, non ità Pontificiæ infallibilitati favorabilis videri possit; verùm quânam æquitatis lege eam viro maximo sententiam attribueres quam ipse deinceps ejuravit, cujus omnia fundamenta concussit imposterum, cuï nullam ipse Fidem haberi publico Mandato sancivit. Æquiores profectò & veritatis amantiores, qui genuinam doctissimi Præsulis Doctrinam ex iis dimetiuntur scriptorum monumentis, quæ ipse pacatis animis & communi cum Gallicanis Antistitibus consensu defendendæ Religioni consecravit. Eam nos erga Noallium agendi rationem observamus. Supremam & indeficientem Apostolicæ Sedis Romanorumque Pontificum autoritatem non ambiguis eruditi viri testimoniis in nostri passim operis decursu demonstramus, sed iis utique, quibus Fidem ipse maximam haberi velit.

Ex his omnibus inferre licet quàm meritò pronuntiemus Galliarum Episcopos inerrantiæ Pontificiæ non solùm non adversari, sed apertissimè etiam patrocinari; quàm verè affirmaverimus ex iis Episcopis plurimos Apostolicæ Sedi ac Romano Pontifici divinum inerrantiæ privilegium datâ operâ vindicare, illosque Episcopos Romanæ infallibilitatis vindices tales esse, quibus nullos eruditione Illustriores, pietate spectabiliores, Fide digniores, autoritate præstantiores Gallia percelebret; hæc utinam intellexissent Gentes extraneæ! nunquam apud illarum plerasque Ecclesia Gallicana tam malè audiisset. Hæc utinam intelligant illi è Galliis Novatores, qui Cleri Gallicani autoritate & Doctrinâ iniquè abutuntur, ut debitam negent Apostolicis judiciis obedientiam.



CAPUT VIII.

Illustrissimi Galliarum Antistites ostendunt suam de supremâ, & indeficiente RR. PP. autoritate sententiam ipsam esse certam, & infallibilem Ecclesiæ Catholicæ Doctrinam.

POstquam infallibilem Summi Pontificis autoritatem quà diversissimis Scripturarum Oraculis, quà firmissimis SS. Patrum monumentis stabilierunt Gallicani Antistites, eaque sive Sacrorum Co-

dicum, sive traditionis testimonia, quibus immota superstat Pontificia infallibilitas à contortis neotericorum interpretamentis strenuè vindicarunt; reliquum erat, & videlicet exigebat tùm ipsa causæ suæ æquitas, tùm generosus sacratiora Sedis Apostolicæ jura ac privilegia defendendi zelus, ut doctissimi juxta ac piissimi Præsules genuinam hodiernæ Ecclesiæ Doctrinam circa hoc caput aperirent ac palàm omnibus facerent. Etenim haud ignorabant recentes illos Theologos quos Pontificia inerrantia adversarios nanciscitur, ope omni atque operâ enixos fuisse, ut spargerent in vulgus suam sententiam ab omnibus ferè omnium nationum Doctoribus propugnari, in eandem descendere quotquot sunt terrarum ubique pietatis ac eruditionis laude commendabiles, illam ab iis solum impugnari Theologis qui vèl nullius existant ponderis, vèl omnibus curiæ Romanæ studiis serviliter mancipentur (1). Noverant, aliunde nihil esse viro Christiano tutius ac salubrius quàm ut illi Doctrinæ tenaciter adhæreat, quæ ubique traditur, quam ipsa tenet Ecclesia, columna & firmamentum veritatis. Maximè igitur intererat, ut turpis illa, quam in totum orbem Catholicum jactabant novelli dogmatistæ, calumnia refutaretur, sícque nemo Fidelium ignoraret ipsam Ecclesiam Pontificiæ inerrantiæ Patrocinari, eíque seu inconcussæ & revelatæ veritati adhærere.

(1) *Launoius part. 4. epist. 6. ad Henricum Barilloniū. Dupin de antiquâ Eccl. Discipl. dissert. V. §. VII. Anonim. Doctor Lovaniens. de locis Theolo. tom. 3. à pag. 219. usque ad pag. 270.*

Tantis officii sui partibus haud defuerunt eruditi Franciæ Præsules; & quî verò defuissent, quippè quibus intimè persuasum est, & apprimè notum suam hanc de supremâ & indeficienti Rom. PP. autoritate Doctrinam ipsam esse totius Christianæ vetustatis sententiam? Enim verò passi-nè fuissent hodiernæ Ecclesiæ opinionem protervè attribui non solùm ante-hâc ignotam, verùm etiam & majorum nostrorum opinioni prorsùs oppositam? Quasi verò Ecclesia veritatis usque & usque tenax de Doctrinâ verbo Dei quà Scripto, quà tradito stabilitâ sententiis variare potuerit; non ità est certè, neque verò agnoscunt duntaxat & testificantur Galliarum Episcopi hodiernam cum veteri Ecclesiam in asserendâ R. Pontificis inerrantiâ communibus votis consentire, sed & apertissimos infallibilitatis defensores hâc etiam in parte superare gestierunt; alias alii vias ingressi sunt, ut ad præstitutam laboribus metam pervenirent. Gloriosè illi quidem, ac feliciter omninò; at neque gloriosè minùs ac prosperè sed faciliùs & penè dixerim, persuasibilius opus idem profligandum agressi sunt Francorum Præsules.

Nimirum ostendere conati sunt (& quo non prospero successu co-

nati sunt) suam de Pontificiâ inerrantiâ sententiam infallibili ipsâ Ecclesiæ autoritate sic prorsus inniti, ut ab eâ recedere nequeat vir Christianus, quin ipsam Ecclesiæ Doctrinam nec variationibus, nec errori obnoxiam eo ipso deserat; hanc autem assertionem, ut solidè confirment tria jaciunt sententiæ suæ fundamenta, ex quibus ipsa ultrò spontéque exsurgit. Primum fundamentum est: *in majori Episcoporum Summo Pontifici adhærentium numero agnoscendam esse illam quæ vulgò docens Ecclesia dicitur, seu corpus illud Pastorum, cui annexæ sunt indeficientis judicii factæ à Christo promissiones, quòdque in errorem incidere nequit.* Secundum est: *corpus illud Pastorum aut majorem illam Episcoporum S. Pontifici conjunctorum multitudinem esse infallibilem non in suis duntaxat judiciis ac decisionibus, sed etiam in suis Documentis & Doctrinâ quomodocunque proponatur, adeò ut errorem nec publico approbare judicio, nec quomodo libet docere unquam possit.* Tertium denique est: *non solum majorem Episcoporum numerum, sed omnes propè omnium orbis Catholici Gentium Episcopos unà cum Pontifice R. sentire ac palam docere R. ipsum Pontificem esse infallibilem, imò & ab illis hanc Doctrinam tradi propugnarique ceu veritatem à Deo revelatam.*

Præjactis ac stabilitis tribus his-ce fundamentis sponte sequitur sententiam quæ S. Pontifici inerrantiæ privilegium asserit, ipsam esse illius Pastorum corporis, illius docentis Ecclesiæ cuï factæ sunt divinæ promissiones, quæque errorem circa Fidem nullum admittere potest. Indidem manifestissimum erit hanc de Pontificiâ infallibilitate sententiam adeò veram esse, ut falsa esse nequeat, quandoquidem falsa esse nequit Doctrina illius Pastorum corporis cuï annexæ sunt infallibilis Doctrinæ factæ à Christo promissiones. Hanc viam quæ, ut nemo non videt, planior est & ad propositum scopum conducibilior, inierunt Gallicani Præsules ut probarent illam sententiam quæ indeficientis autoritatis privilegium Rom. Pontificibus adjudicat, ipsam esse Ecclesiæ Doctrinam, nec errori, nec vicissitudinibus obnoxiam. Nihil me reperisse apud studiosissimos inerrantiæ Pontificiæ Patronos memini eo argumento validius ac potentius ad ostendendam hujus Doctrinæ firmitatem. Sed unum restat nobis, ut tria quæ præmisimus fundamenta, totidem ipsa esse Doctrinæ capita Gallicanos apud Antistites indubitatissima ac certissima; quod ut evincamus sit.



§ I.

Illustrissimi Gallicanæ Ecclesiæ Principes docent ac pro certo tenent majorem Episcoporum numerum Summo Pontifici adhærentium ipsum esse Pastorum corpus, ipsamque docentem Ecclesiam, cui promissa est infallibilitas, quæque errori subjacere non potest.

SI qui è Catholicis Romanis Pontificibus abjudicant infallibilis judicii privilegium, hoc saltem bonâ Fide in Papâ majoríque Episcoporum numero agnoscerent, errarent equidem, at eorum error non ità foret Christianorum Fidei noxius, neque tot hodiéque cerneremus Christianos omni Doctrinarum vento circumlatos, definitis à Summo Pontifice dogmatibus refragantes. Docuit enim jam pridem seculorum omnium experientia nullum promanasse à Sede Apostolicâ solemne circa Fidem judicium, cuï non majoris Episcoporum partis consensus accesserit, neque aliter unquam, Deo providente, futurum sperare ac certò ominari licèt: Quamobrem nullus superesset unquam denegandæ Pontificiis Constitutionibus obedientiæ prætextus, neque illæ exorirentur hominum rebelliones quàm pacis Ecclesiæ, tàm Reipublicæ tranquillitatis inimicæ. Verùm non illa est illorum Theologorum opinio. Infallibilem Ecclesiæ autoritatem admittere non videntur, nisi ut illius obtentu Pontificiis judiciis acquiescere pro libitu, vel refragari impunè queant. Quid enim requirunt ut Dogmaticum aliquod decretum infallibili Ecclesiæ autoritate fimatum censeatur? Moralem Episcoporum unanimitatem qui Pontificio decreto subscribant; at quandonam aderit moralis hæc Episcoporum unanimitas? Quot ex adversâ parte sufficient ad illam unanimitatem impediendam, abrumpendámque reluctantes Episcopi? Num sufficient 10, 20. & 30. vel 50. Episcopi? Id illi pro libitu figunt ac derminant; uni viginti, alteri vix sexaginta sufficiunt; quilibet pro datâ occasione vèl majorem refragantium, vèl minorem numerum prout nempè sua refert, ad solvendam illam moralem unanimitatem asignat ac requirit; nil certum apud illos circa infallibilia Ecclesiæ judicia, nihil constans & fixum præter nudum ***moralis unanimitatis*** vocabulum, quod suo quisque sensu intelligit, quodque, quàm multiplici patet intelligentiæ, tàm varias & inextricabiles discordias perpetuò generare natum est; tùm enim pendèbit ex arbitrio

& nutu paucorum ex adverso Episcoporum, qui vèl suis occupantur præjudiciis, vèl partibus favebunt, suo dissensu Sanctissimas ac maximè orthodoxas definitiones infringere, aut vim illarum saltem suspendere ac coërcere. Jam autem cuinam Episcoporum parti Fideles adhærebunt? An multitudini quæ juxta adversarios errare potest? An paucitati, cujus utique non major quàm multitudinis autoritas? An unicuique liberum fuerit quam voluerit sententiam amplecti vel nullam admittere? At quanta exinde rerum Catholicarum confusio? Quanti recti ordinis ac regiminis perturbatio? Tandem quorsum Fidelibus populis Ecclesiam admittere infallibilem, si nesciant quandonam & per quos se se exerat illa Ecclesiæ infallibilis autoritas? Perinde videtur inerrantiam denegare Ecclesiæ, ac illam admittere relictâ tamen unicuique licentiâ necessarium Episcoporum numerum figendi ac determinandi. Talia de Religione déque infallibili Ecclesiæ autoritate systemata eò perpetuè tendunt, ut solemniores Christi promissiones effectu penitùs evacuent, ac solidissima quæque regiminis Ecclesiastici columina funditùs concutiant.

Religiosiores profectò & paternæ traditionis tenaciores juxta & amantiores Galliarum Episcopi, quàm ut arbitrariis illis hesternorum Theologorum opinationibus non succenseant; ab iis igitur Doctissimis Præsulibus, non à recentioribus illis Dogmatistis ediscere juvat quotus requiratur Episcoporum Summo Pontifici adhærentium numerus, ut constituatur illa docens Ecclesia adversùs quam inferi non prævalebunt, formeturque corpus illud Pastorum, quibùs-cum Christus ad consummationem usque sæculi se futurum pollicitus est. Una porro & coi cordissima mens illorum atque Doctrina est Majorem Episcoporum S. Pontifici conjunctorum partem, ipsam esse Ecclesiam, quæ aut veritatem repellere vèl errorem admittere nequit; atque ut Illustrissimi de Languet, Senonensium Archiepiscopi verba loquar (1): *indubitata est & certa veritas ab omnibus Theologis universim agnita, quòd virtute divinarum Christi promissionum corpus illorum qui sunt Apostolorum Successores in nullo casu & in nullâ circumstantiâ in errorem incidere possit; atqui judicium S. Pontificis cum majori Episcoporum numero est manifestè vox istius*

(1) *In monito 3°. ad sua olim Diœces. resr.* pag. 65. C'est une vérité certaine universellement reconnue par tous nos Théologiens, qu'en vertu des promesses de Jesus-Christ le Corps des Successeurs des Apotres ne peut tomber dans l'erreur dans aucun cas & dans aucune circonstance. Or le Jugement du Pape avec le plus grand nombre des Evêques est évidemment la voix de ce Corps, selon tous ces Théologiens. Donc il n'y a aucun Théologien qui n'ait supposé ou avancé que le Pape & le plus grand nombre des Evêques unis ne peuvent dans aucun cas succomber à l'erreur.

corporis juxta eosdem Theologos ; ergo ex illis nullus est qui non supposuerit , aut protulerit S. Pontificem & conjunctum cum illo majorem Episcoporum numerum non posse in ullo casu errori succumbere. Nihil commentariis , nihil interpretamentis opus est. Expressissimam habes Senonensis Episcopi sententiam, quam & omnium esse Theologorum affirmat , illorum videlicet quibus cordi est & amori sarta tecta Ecclesiæ autoritas ; at eruditissimo Præsuli minimè satis est mentem suam clarè & nitidè palàm aperuisse ; eam deinde plurimis quà Scripturarum & traditionis , quà Patrum ac polemicorum autorum testimoniis confirmat (1) *juxta Concilia & SS. Patres* , prosequitur Doctissimus Antistes , *absurdum est & divinis legibus contrarium neglecto majori* Episcoporum *numero minorem audire* (2) & rursùs (3) *juxta illa , quæ expono Catholicæ Ecclesiæ Principia brevis & compendiaria haud difficulter invenitur semita , quæ ad veritatem ducit & ab incerto removet ; Papæ judicio major Episcoporum numerus obsequitur ne ? Istud & facili cognoscitur negotio nec ignorari potest ; jam causa pro viro Fideli finita est, fixumque est & immotum ejus obsequium.*

(1) *Ibid.* pag. 66. & *seqq.*

Hæc perpetua , hæc constans Senonensis Archiepiscopi Doctrina , quam & alibi multoties inculcat , ac præsertim 1°. In tertiâ ad Bononiensem Episcopum Epistolâ (4) 2°. in Epistolâ ad D. de la Moignon (5) , in octavo Documento Pastorali (6) ubi datâ operâ quam plurimis SS. Patrum & Ecclesiæ Gallicanæ testimoniis evincit non moralem duntaxat Episcoporum unanimitatem , sed majorem numerum Summo Pontifici conjunctum semper fuisse judicii *in Fidei rebus peremptorii* (7) privilegio potitum.

(4) *Num.* XVII.
(5) *Pag.* 19.
(6) *Nu.* LXXIII.

Illustrissimo Languetio Eminentissimum de Tencin , par ubíque Fidei defendendæ zelus , par hìc quoque Doctrina consociat ; non alium & ipse requirit quàm majorem Episcoporum numerum , ut solemne circa Fidem decretum infallibilis Ecclesiæ autoritatis pondus ac robur habeat ; quod quidem apud eruditissimum Cardinalem adeò certum est , ut *si in aliqualicunque occasione Summus Pontifex & major cum illo Episcoporum numerus cuìpiam quod errori faveret decreto subscriberent , tùm firmissimæ Christi promissiones omninò deficerent* (8) idem

(7) *Décisif en matière de Foi.*

(2) *Ibid.* Selon les Conciles & les SS. Peres , il est absurde , il est contre la Loi de Dieu , d'écouter le petit nombre au préjudice du plus grand.

(3) *Ibid* pag. 112. Selon les principes de l'Eglise Catholique que j'expose , on trouve bientôt la voie courte & abregée qui conduit à la verité qui fait éviter l'incertitude ; le jugement du Pape est-il suivi du plus grand nombre des Evêques ? Cela est bientôt connu, on ne peut l'ignorer , tout est fini pour le fidéle & il est fixé dans sa soumission.

(8) *In Docum. Pastor. quo variorum Episcopi Monspessulan. Scriptorum lectio & asservatio prohibetur ,*

idem conceptis verbis repetit ac versat prolixiùs in Epistolâ Pastorali ad Archi-Præsbiteros suæ Diœceseos datâ die 6. Novembris 1728. ubi ex veteribus Ecclesiæ Patribus, nec non & ex Bossuetio, Nicolio, Pellisionio probat, ***judicium pluralitatis Episcoporum visibili Ecclesiæ capiti conjunctorum esse Fidei regulam*** (1). Nemo autem nescit regulam Fidei infallibilem esse debere, tàmque erroris inimicam, quàm necessariò veritatis amica est nostra Fides; ergo Episcoporum Summo Pontifici conjunctorum pluralitas, quæ certè *Major* est illorum numerus, corpus illud est Pastorum, ad quos pertinet Fidem nostram certò dirigere, & ab omni erroris fece illibatam servare.

Illud ipsum luculentè tradit Bajonensis Antistes in Docum. Pastor. pro acceptatione Bullæ *Unigenitus* (2); multísque Conciliorum ac veterum Ecclesiæ Doctorum monumentis confirmat ***Christi promissiones, quibus infallibilis Ecclesiæ autoritas innititur directas esse ad numerum manifestè majorem capiti suo conjunctum. En regula***, addit Illustr. Præsul, ***à quâ nec latum unguem unquam discessero.*** Illustrissimus de Charancy Episcopus Monspessulanus ***Ecclesiæ corpus***, inquit, ***in majori numero semper esse debet*** (3). Concinit Illustriss. Poncet Andegavensis Præsul in suâ ad D. Dublineau Epistolâ (4) ***judicium dogmaticum***, inquit, ***ex Apostolicâ Sede emanatum & à majori Catholicorum Episcoporum numero seu expressè, seu tacitè acceptatum, fit judicium irreformabile;*** quod hîc Andegavensis Antistes de majori Episcoporum numero pronuntiat adeò verùm est, & Gallicanos apud Episcopos indubitatum; ***ut ex illo majoris Episcoporum suo capiti conjunctorum multitudinis testimonio efflorescat vera judicii Ecclesiæ***, ut ita dicam, ***notorietas***; verba sunt D. de Mailly, Remensium Archi-Præsulis in Documento Pastorali, quo proscribitur Libellus inscriptus gallicè; ***le témoignage de la vérité*** (5).

Audiatur tandem eruditus Ruthenensium Episcopus disertè pronuntians in Documento sæpiùs à nobis laudato (6) ***majorem numerum Summo Pontifici conjunctum semper esse sequendum;*** majorem hunc

prohibetur, pag. 30. Si dans quelque cas que-ce puisse être, il arrivoit que le Pape & le plus grand nombre des Evêques souscrivissent à un Décret favorable a l'erreur, alors les promesses de Jesus-Christ seroient anéanties.

(1) La décision de la pluralité des Evêques unis aux Chefs de l'Eglise est une régle de Foi.

(2) *Pag.* 17. *& seqq.* Les promesses de Jesus-Christ sur lesquelles l'infaillibilité de l'Eglise est fondée, sont faites au nombre notoirement le plus grand uni au Chef; voilà la regle dont je ne m'écarterai jamais.

(3) *Lettre Pastor. au sujet d'un écrit repandu, &c.* 1. *Avril* 1744. pag. 68. Le Corps de l'Eglise doit être toujours ce qui est le plus nombreux.

(4) *Pag.* 8. Un Jugement dogmatique émané du S. Siége, accepté formellement ou tacitement par le plus grand nombre des Evêques Catholiques, devient un jugement irreformable.

(5) *Pag.* 24. C'est le témoignage du plus grand nombre des Evêques unis a leur Chef qui forme la veritable notorieté d'un Jugement de l'Eglise & qui est superieur à tout autre.

(6) *Pag.* 397. Il faut toujours suivre le plus grand nombre uni au P[illegible]

Epiſcoporum numerum cum morali illorum unanimitate, ſeu totalitate ſæpè confert, & utrique infallibilis autoritatis prærogativam promiſcuè aſſerit ac ſolidè vindicat. Verba recitò (1) *ſi totalitas moralis, imò verò ſi major Epiſcoporum S. Pontifici conjunctorum numerus errorem nomine Eccleſiæ doceret, jam dici non poſſet ſuam ab Eccleſiâ infallibilitatem conſervari.* Jam anteà (2) dixerat Illuſtriſſ. Præſul ac ſolutis omnibus adverſariorum difficultatibus probaverat *judicium moralis Epiſcoporum totalitatis, aut etiam majoris eorum Papæ conjunctorum numeri eſſe ſemper vocem Eccleſiæ;* unde inferiùs (3) pronuntiat: *impoſſibile eſſe ut Eccleſia per majorem Epiſcoporum Summo Pontifici adhærentium numerum errorem doceat.*

Pluribus Gallicanorum Antiſtitum teſtimoniis in re cuïvis non imperito notiſsimâ deſcribendis ſuperſedemus. Qui plura voluerit, adeat Eminent. de Biſſy, Docum. Paſtor. an. 1722. pag. 136. conſulat Epiſcopum Catalaunenſem in ſecundâ Epiſtolâ ad D. de Grugé, videat & Bononienſem Epiſcopum in Docum. Paſtor. an. 1724. pro acceptatione Bullæ *Unigenitus* pag. 14. & alios ferè omnes Antiſtites, qui Gallicanam Eccleſiam doctiſsimis ſuis lucubrationibus illuſtrarunt; neſcítque nemo quanto ardore & impetu Novatores in Gallicanos Antiſtites idcircò vehementiùs invecti fuerint, quia propugnabant majorem Epiſcoporum S. Pontifici adhærentium numerum ipſam eſſe docentem Eccleſiam, illúdque Paſtorum eſſe corpus, cujus vox & Doctrina, eſt vox & Doctrina totius Eccleſiæ Catholicæ: ita protervè Gallicanis Præſulibus ac irreverenter inſultarunt Autores Libellorum qui gallicè inſcribuntur, 1°. *Remarques générales ſur les nouveaux Mandemens contre l'appel* pag. 93. 2°. *juſtification de l'appel* pag. 58. 3°. *Réponſes à Mr. de Soiſſons*, Tom. 5. &c. 6. pag. 183. & alii quàm plurimi hujus furfuris Scriptores.

Ex iis omnibus, quæ breviori calamo hactenus diſputavimus liquidò conſtat veram eſſe apud Illuſtriſsimos Gallicanæ Eccleſiæ Principes, Scripturarum teſtimoniis comprobatam, totius traditionis autoritate munitam, omnium Theologorum confeſsione certam & inconcuſſam illam ſententiam, quæ tenet non ſolùm moralem Epiſcoporum unanimitatem, ſed etiam majorem illorum Summo Pontifici adhærentium multitudinem eſſe illam Eccleſiam, quæ errori nunquam

(1) *Pag.* 428. Si la totalité morale, ou même ſi le plus grand nombre des Evêques joints au Pape au nom de l'Egliſe, venoit à enſeigner l'erreur, on ne pourroit pas dire que l'Egliſe conſerve ſon infaillibilité.

(2) *Pag.* 394. & *ſeqq.* Une déciſion de la totalité morale ou même du plus grand nombre des Evêques joints au Pape, eſt toujours la voix de l'Egliſe.

(3) *Pag.* 522. Si par impoſſible l'Egliſe venoit à enſeigner l'erreur par le plus grand nombre des Evêques unis au Pape, &c.

ſuccumbere poteſt, illúdque Paſtorum corpus, cuï factæ ſunt à Chriſto infallibilis autoritatis promiſsiones. Pergamus ultrà & non minùs perſpicuè demonſtremus illud Paſtorum corpus, quod in majori Epiſcoporum Summo Pontifici conjunctorum numero planè reſidet, errare non poſſe juxtà Gallicanos Epiſcopos non ſolùm quando ſolemne aliquod decretum emittit & approbat, ſed etiam quando Doctrinam ſuam publicè tradit & quomodo-libet profitetur; quocirca.

§. II.

Illud Paſtorum corpus, cuï annexa eſt infallibilitas errare non poteſt juxta Galliarum Antiſtites non tantùm cum aliquod dogma definit, ſed etiam quando aliquam Doctrinam publicè profitetur ac modo quocunque approbat.

UNum aliquem inter adverſarios noſtros præfervidum inclamantem audire mihi videor: Næ tu, quid aſſeris? Eam eſſe contendis Gallicanorum Epiſcoporum ſententiam, ut corpus Paſtorum, ſeu juxta illos major Epiſcoporum R. Pontifici conjunctorum numerus non tantùm in ſuis deciſionibus, publiciſque judiciis, verùm etiam & in ſuâ Doctrinâ quomodocunque propoſitâ vi divinarum Chriſti promiſſionum errare omninò nequeat? Eſto certè, corpori Paſtorum de Fide ſolemniter judicanti ac judicium ſuum Fidelibus populis ut certam Fidei regulam ſub anathemate proponenti competat promiſſa à Chriſto & conceſſa Eccleſiæ infallibilitas; at neque id tibi ſatis eſt, ultra progrederis, atque ex communi Gallicanorum Antiſtitum Doctrinâ demonſtrandum ſuſcipis eam eſſe corporis illius ſeu majoris Epiſcoporum numeri autoritatem, ut ne tùm quidem errare poſsit, cùm aliquam circa Religionem ſententiam publicè tuetur & quomodolibet profitetur; ſanè luculentiſsima ſint oportet hujus tuæ aſſertionis momenta, quæ quidem, *niſi videro, non credam.*

Tranquillo ſis animo erudite quiſquis es; de hoc faciam ut quietus exiſtas; *noli igitur eſſe incredulus, ſed fidelis.* Exhibebimus tibi Gallicanorum Præſulum teſtimonia hanc in rem, quæ & omni exceptione majora ſint, & Fidem nobis facillimè præſtruant; atque ut ab exſcribendis Illuſtriſsimi Senonenſium Archiepiſcopi verbis exordiamur, *certâ veritate conſtat*, inquit D. de Languet (1), *Apoſtolo-*

(1) *Monito* 3°. pag. 20. C'eſt une vérité conſtante que les Succeſſeurs des Apôtres annonceront toujours infailliblement la vérité de quelque manière qu'ils l'annoncent, ſoit en écrivant, ſoit en prêchant, Ordonnances, Conciles, Lettres, Jugemens, Déciſions, Prédi-

rum Successores veritatem semper & infallibiliter annuntiaturos quovis illam modo annuntient ; Mandata, Concilia, Epistolæ, Judicia, Decisiones, Conciones, Opera polemica, Colloquia, omnia ad Ministerium, quia omnia ad docendum inservient ; totum situm est in eorum consensu, seu ut ait Bossuetius, in communi illorum prædicatione. .... *seu eloquenter seu inconditè verba sacra faciant, opera elucubrentur orationis majestate potentia, vel stili simplicitate minùs spectabilia ; dent consilia vel decreta emittant ; quidquid publicum existit ipsum est illorum consensûs argumentum, & communis ille consensus est certa veritatis regula, quia illis adest Christus ipsa veritas. S. Augustinus*, ait Bossuetius Meldensis Antistes (1) *ipsam Ecclesiæ sententiam semper allegat ut omnimodam veritatis probationem.*

(1) *Inst. Past. sur l'Eglise, num.* XXI. pag. 57.

Luculentissimis hisce verbis nîl efficacius, potentius nihil ad Probandam Corporis Pastorum inerrantiam sive solemni judicio circa Religionem illud pronunciet, seu aliquid quovisinodo publicè doceat; decreta Pastores condant publica, vel sacras conciones ad populum habeant, componant opera polemica, vel missivas Epistolas scribant ; emittant decisiones vel colloquia misceant ; respondeant consulti vel inconsulti & pro suâ autoritate Fidem jubeant, perinde est ad Doctrinæ veritatem, ad veritatis certitudinem, dum modò circa aliquod Doctrinæ caput (in iis nempè quæ ad divinam revelationem pertinent) inter se consentiant ; hic ipse illorum consensus publicus quolibet modo expressus certissima est regula veritatis ; sentiant aliquid esse verum, hæc illorum sententia est infallibiliter vera & *omnimoda veritatis probatio.* Ita Illustrissimi Senonensium & Meldensium Antistites Languetius & Bossuetius ; quin imò, ait Senonensis Archi-Præsul (2) *non solum asseruerunt* Bossuetius & Nicolius *veritatem in Ecclesiâ semper esse docendam, sed etiam à Pastorum Corpore & Societate cui praeesset Rom. Pontifex semper docendam esse..... nec solùm ita futurum esse crediderunt, quando Apostolorum Successores decisiones ac judicia pronunciabunt, sed & cum docebunt, adeóque eorum consen-*

cations, Ouvrages polemiques, Conversations, tout servira au Ministère, parce que tout servira à enseigner. Tout consiste dans leur *consentement*, ou comme dit M. Bossuet, *dans leur commune Prédication.* ... qu'ils prêchent avec éloquence ou avec grossiereté, qu'ils composent avec force ou avec simplicité, qu'ils répondent à des Consultations, ou qu'ils rendent des Ordonnances, tout ce qui est public est la preuve de leur *Consentement*, & leur commun *Consentement* est une regle sûre parce que Jesus-Christ est avec eux. *S. Augustin*, dit M. Bossuet, *donne toujours le sentiment de l'Eglise pour une entière conviction de la vérité.*

(2) *In 1â. Epist. ad Episcop. Bonon.* pag. 55. Non seulement ils ont dit (MM. *Bossuet & Nicole*) que la vérité seroit toujours enseignée dans l'Eglise, mais qu'elle seroit toujours enseignée par le Corps & la Société ayant le Pape à la tête.... Non seulement ils ont dit que cela seroit ainsi quand les successeurs des Apôtres décideroient & prononceroient des Jugemens, mais même lorsqu'ils enseigneroient & que leur *Consentement* ou leur commune Prédication suffiroit pour manifester la vérité.

ſum ſeu communem illorum prædicationem manifeſtandæ veritati ſatìs eſſe futuram. Iterùm tradit Illuſtriſſ. Antiſtes veritatem ſemper à Paſtorum corpore retinendam, non ſolùm in publicis judiciis ac deciſionibus, ſed etiam in communi Doctrinâ, quæ quocunque modo proponatur manifeſtandæ veritati nunquam non ſatis futura eſt; quale autem illud ſit Paſtorum corpus, in quorum communi conſenſu errori ſemper veritas prævalebit, alibi explicat doctiſsimus Præſul (1) *in omnibus occaſionibus & circumſtantiis*, inquit Senonenſis, *in eorum corpore, qui Apoſtolorum Succeſſores exiſtunt ſana Doctrina prævalebit. Iſtud porrò corpus ibi ſemper futurum eſt, ubì erit caput & major numerus. Parvus numerus capite deſtitutus nullo in caſu corpus illud eſſe poteſt. In eorum Paſtorum corpore, communique eorum prædicatione prævalebit veritas, idque vi divinarum Chriſti promiſſionum: hæc ipſa eſt Boſſuetii Doctrina* omnium imò Catholicorum, ita ut qui ſecùs ſentiat ipſam Hæreticorum ſententiam ſequi ex D. Languetio convincatur. Hinc objicentibus ſibi *fore quidem ſemper in Eccleſiâ Paſtores qui veritatem doceant, at illos non fore ſemper aliis numero Superiores*, reſpondet eruditus Antiſtes, *hoc ipſum eſſe ſyſtema (2) quod propugnabat Claudius pſeudo-Miniſter, quodque Boſſuetius tantâ virtute impugnabat;* atque hinc eſt quod Illuſtr. Epiſcopus aſſerat ac firmiſsimè probet in tertiâ ad Bononienſem Epiſtolâ divinis promiſsionibus contrarium eſſe quòd R. Pontifex & major cum illo Epiſcoporum numerus formulam Hæreticam, erroneam, aut captioſam non publicâ ſolùm definitione, ſed publico quovis monumento adoptent; adeò verum eſt & Gallicanos apud Epiſcopos certiſſimum, quod jam affirmavit, & alibi rursùs multoties affirmat Senonenſis Præſul: *Chriſtum*, nempe, *Dei filium promiſiſſe ſe primorum Paſtorum corpori (3) affuturum, non tantùm quando deciderent ut judices, ſed etiam cùm ut Patres edocerent populos, qui ipſis in filios & diſcipulos dati ſunt.*

Perſpicuis his omnibus Doctiſſimi Archi-Præſulis teſtimoniis, quæ omnes cavillationes prorsùs excludunt, novum addet pondus perce-

(1) *In Monito* 3ᵉ. pag. 68. Dans tous les cas & dans toutes les circonſtances la Doctrine ſaine prévaudra dans le corps des Succeſſeurs des Apôtres. Or ce Corps ſera toujours où eſt le Chef & le plus grand nombre, un petit nombre ſans Chef ne peut être le Corps en aucun cas. La vérité prévaudra dans ce corps de Paſteurs par leur *commune Prédication*, & cela en vertu des promeſſes. Voila la Doctrine de M. Boſſuet.

(2) *In* 8. *Docum. Paſt.* pag. 119. Il y aura toujours dans l'Egliſe des Paſteurs qui enſeigneront la vérité, mais ce ne ſera pas toujours le plus grand nombre (*voilà l'objection & voici la réponſe*) N'eſt-ce pas là en propres termes le même ſiſtème que ſoutenoit le Miniſtre Claude & que M. Boſſuet réfutoit avec tant de force.

(3) *Ibid.* pag. 68. Le Fils de Dieu a promis d'aſſiſter le corps des premiers Paſteurs, non ſeulement quand ils décideroient en Juges, mais même lorſqu'ils ne feroient qu'enſeigner en Peres les Nations qui leur ſont données pour Enfans & pour Diſciples.

lebre aliud ejuſdem Antiſtitis teſtimonium quod hîc (1) coronidis ad inſtar exſcribimus : *ſemper diximus*, ait Doctiſſimus Archi-Præſul, *divino hoc-ce oraculo infallibilitatem aſſeri corporis Epiſcoporum documento, &, ut loquebatur Boſſuetius, communi illorum prædicationi & conſequenter eorum judiciis ac deciſionibus. . . . . concluſimus iſtud Epiſcoporum corpus, cui ſemper aſſiſtit Chriſtus nullo tempore & occaſione nullâ, poſſe errorem docere, & conſequenter ſubſcribere decreto, quo error firmaretur.* Epiſcoporum Doctrinam ab illorum judicio, communem eorum prædicationem ab eorumdem deciſionibus hîc & ubique diſtinguit eruditiſsimus Eccleſiæ princeps & utriſque tamen infallibilitatem perinde aſſerit ex divinis Chriſti promiſsionibus & oraculis. Liquet igitur Paſtorum corpus viſibili Eccleſiæ capiti conjunctum, ſeu majorem Epiſcoporum Romano Pontifici adhærentium multitudinem quocunque modo ſuam ſententiam in rebus à Deo revelatis exprimat ſive judiciis ac deciſionibus pro ſuâ autoritate, ſive Documentis, Epiſtolis, concionibus, colloquiis pro ſuâ prudentiâ Doctrinam de Religione aliquam propugnet ac publicè tueatur, eſſe ſemper infallibilis judicii ac Doctrinæ privilegio potituram. Patet communem Epiſcoporum conſenſionem quolibet expreſſam modo & publicam, nunquam non fore *certiſſimam veritatis regulam.* Perſpicuum eſt *communem illorum prædicationem* uſque & uſque futuram eſſe veram doctrinam viciſsitudinibus, aut errori minimè obnoxiam; atque hæc totidem ſunt placita Senonenſem apud Antiſtitem inconcuſſa, immotis Chriſti promiſsionibus innixa, ab antiquis Patribus & potiſsimùm ab Auguſtino admiſſa, ab omnibus Theologis & ſpeciatim à Boſſuetio & Nicolio adversùs hodiernos novatores propugnata, ab omnibus denique Galliarum Epiſcopis comprobata ac multoties tradita. Neque enim ſuſpicari fas eſt Præſules Gallicanos ab eâ recedere ſententiâ, eíque doctrinæ non adhærere quam ut certam & inconcuſſam propugnavit Archi-Præſul inter Illuſtriſsimos Gallicanæ Eccleſiæ Proceres Nobiliſsimus. Præterea verò quoties pro datâ occaſione idem verſant argumentum, toties mentem ſuam eo aperiunt modo, qui aſſertionis noſtræ veritatem ac ſummam illarum in eâ comprobandâ cum erudito Senonenſium Archiepiſcopo conſenſionem diſertiſsimè exprimat. Ita certè, inquit, Emin.

(1) *Ibid.* pag. 28. Nous avons toujours dit que cette parole divine aſſuroit l'infaillibilité à l'enſeignement du corps des Evêques, & comme le diſoit M. Boſſuet *à leur commune Prédication*, & par conſéquent à leur Jugement & à leur Déciſion . . . . Nous avons conclu que ce corps des Evêques toujours aſſiſté ne pouvoit en aucun tems ni en aucun cas enſeigner l'erreur, ni par conſéquent ſouſcrire à un Decret qui l'autoriſeroit.

Cardin. de Biſſy (1) *credendum eſt Spiritum Sanctum ſemper ore Epiſcoporum loqui, quando cum ſuo capite decidunt, vel deciſionem ab eo latam amplectuntur, vel etiam cùm invicem conſentiunt in iis, quæ populos ſuos edocent ac prædicant.*

Brevis quidem hæc Meldenſis Epiſcopi ſententia, ſed quâ in aſſertionis noſtræ confirmationem diſertius nihil atque efficacius deſiderari poſſit; tria nempe hîc ſecernit eruditiſsimus Cardinalis, 1°. Deciſionem ab Epiſcopis cum ſuo capite latam. 2°. Romanam deciſionem ab illis acceptatam. 3°. Concordem Epiſcoporum doctrinam ac prædicationem, tùm aſſerit ac *credendum* pronuntiat Epiſcoporum ore loqui Spiritum Sanctum, ideóque illos errare non poſſe, non ſolùm quando ſuo cum capite aliquid definiunt ac decidunt, aut Pontificiam definitionem amplexantur, verùm etiam cùm in doctrinâ & prædicatione invicem conſentiunt; quid pro re noſtrâ vel efficacius, vel expreſſius, luculentiuſve deſideraveris?

Meldenſi Epiſcopo adſtipulatur Ruthenenſis Antiſtes, quem multoties paſsim laudavimus, quem pro merito ſatis nunquam laudabimus. Mentem ſuam & noſtram aſſertionem diſertè exponit in appellato ſæpius Documento, ubì nervosè probat corpus Paſtorum Romano Pontifici conjunctum *eſſe infallibile tùm in ſuis definitionibus tùm etiam in ſuâ Doctrinâ, proindéque non poſſe errorem docere, quemadmodum erroneam Fidelibus definitionem proponere nequit*: ipſiſsima ſunt eruditi Præſulis verba (2) ex quibus infert (3) *fieri non poſſe ut Eccleſia per majorem Epiſcoporum S. Pontifici conjunctorum numerum errorem* non ſolùm definiat, ſed etiam *doceat*. Clariùs non potuiſſet Doctiſsimus Præſul propoſitionem noſtram exprimere; nullæ hîc ambages, obſcuritas nulla. Sicut major Epiſcoporum numerus R. Pontifici conjunctus errorem definiendo, ita & docendo admittere & approbare non poteſt. Congerendis ejuſmodi Gallicanorum Epiſcoporum teſtimoniis diutiùs non immorabimur. Innumera quæ hîc omittimus iis omnibus obvia ſunt & notiſsima, quibus doctiſſima Præſulum illorum mandata, vel Documenta Paſtoralia perlegere datum eſt; ab iis tamen prolixiùs recenſendis ità ſuperſedebimus, ut nec omittamus mo-

(1) *In Docum. Paſt. an.* 1722. pag. 36. On doit croire que quand les Evêques décident avec leur Chef, ou qu'ils embraſſent une déciſion qu'il a porté, ou qu'ils s'accordent dans ce qu'ils enſeignent & prêchent à leurs Peuples, le S. Eſprit parle toujours par leur bouche.

(2) *Pag.* 404. Eſt infaillible & dans ſes Déciſions & dans l'Enſeignement, & ainſi Elle ne peut pas enſeigner l'erreur de même qu'Elle ne peut pas propoſer aux Fidelles une Déciſion erronée.

(3) *Pag.* 521. Si par impoſſible l'Egliſe venoit à enſeigner l'erreur par le plus grand nombre de ſes Evêques unis au Pape, Elle &c.

menta, quibus sententiam suam adstruunt Illustrissimi Antistites & quæ ejus sunt ponderis, ut nullam prorsùs exceptionem patiantur.

Enim verò certum est & omnes apud Catholicos indubitatum revelatas veritates tàm verbo traditas, quàm literis exaratas perpetuò & nusquam interrupto traditionis filo illibatas in Ecclesiâ hactenus perseverasse, & ad mundi finem usque permansuras. Non minus manifestum est & indubitabile perpetuam illam Ecclesiæ traditionem nunquam non fore certissimam veritatis regulam. Porrò illa principia quàm vera sunt & inconcussa, tàm labilia evadunt & falsa si corpus Pastorum Summo Pontifici adhærentium erroneam Doctrinam in iis quæ Religionem spectant quolibet modo admittere ac publicè profiteri queat, ut enim optimè passim demonstrat Eminent. Cardinalis de Tencin in quartâ ad Sanitiensem Episcopum epistolâ (1) non aliundè cognoscitur Ecclesiæ traditio, quàm ex Doctrinâ, quam profitetur; nec dicas aliquoties accidisse, ut ea Doctrina quæ à majori Theologorum numero mox propugnabatur, ab iisdem posteà reprobaretur, ac desereretur; ut enim apposité respondet eruditus Cardinalis: ***Doctrina Theologorum non est traditio Ecclesiæ, nisi quatenus ea ab Episcopis adoptatur*** (2) non Theologorum Collegio, sed Episcoporum corpori commissum est Fidei depositum; non Theologis, sed Petro, ejúsque Successoribus dictum est, ***ego rogavi pro te, ut non deficiat Fides tua, &c.*** non Theologis, sed Apostolis ejúsque Successoribus promisit Christus se cum iis futurum usque ad consummationem sæculi; eam igitur Doctrinam profiteri censenda est Ecclesia, non quam profitetur Theologorum Schola, sed quam publicè docet Episcoporum Summo Pontifici conjunctorum numerus divinarum Christi promissionum hæres & Fidei Catholicæ custos ac depositarius. Porrò si Summus Pontifex & major cum illo Pastorum numerus falsam aliquam de Religione Doctrinam etiam propugnando admittere ac publicè profiteri possit; quæso! quò abibit sacrum istud Fidei depositum? Ubi perpetuus ille ac nunquam interruptus divinæ traditionis filus, quem locum habituræ sunt juges illæ ac toties iteratæ à Christo promissiones? Quinam præter illos erunt Fidei veritatis Catholicæ nec non & traditionis custodes? Quâ viâ Hæresis detegi ac reprobari, Fides affirmari ac defendi in Ecclesiâ poterunt? hinc pridem observaverunt Gallicani Præsules nunquam contigisse, ut major Episcoporum

(1) *Quatrième Lettre à M. l'Evêque de Senez, communiquée aux Ecclesiastiques de son Diocèse, dattée du premier Juillet 1729.*

(2) *Ibid.* pag. 23. La Doctrine des Théologiens ne fait pas la tradition de l'Eglise qu'autant qu'elle est adoptée par les Evêques.

Episcoporum numerus eam Doctrinam deseruerit, quam antea professus fuerat ac quolibet modo docuerat.

Et verò si major ille Episcoporum Summo Pontifici adhærentium numerus in suâ Doctrinâ quovis modo propositâ & publicè professâ perinde ac in solemnibus suis de Fide judiciis non sit infallibilis; cùm Ecclesia veritates tùm definitas, tùm nondum definitas perpetuâ traditione nunquam non conservatura sit, assignent adversarii, apud quos infallibiliter illæ conservarentur, eâ in hypothesi in quâ à veritate recessisset S. Pontifex & cum illo simul numerosior Episcoporum multitudo. An apud Episcopos numero pauciores? At istud veritati non minùs quàm unanimi Gallicanorum Antistitum sententiæ prorsus repugnat; quippe ibì conservantur & illibatæ traduntur divinæ veritates ubì est Ecclesia cuï commissum est Sacrum Fidei depositum; at ubique docent Galliarum Episcopi ibì esse Ecclesiam Fidei custodem ubì reperitur major numerus Episcoporum Romano Pontifici conjunctus (1); ergo alterutrum necessariò confitendum est, aut veritates Catholicas tàm non definitas quàm definitas à majori Episcoporum R. Pontifici adhærentium numero illibatas semper & integras conservari, quod ex Gallicanorum Episcoporum sententiâ contendimus, aut nec illas quidem omnes ab ipsâ Ecclesiâ absque ullo erroris contagio puras & sinceras custodiri, quod ex omnium Catholicorum mente falsum est & impium.

(1) *Vide suprà.*

Certum igitur ac demonstratum maneat Corpus Pastorum suo capiti conjunctorum seu majorem illorum Summo Pontifici adhærentium multitudinem non posse juxta Gallicanos Antistites nec errorem definire, nec falsam de Religione Doctrinam quolibet modo tradere ac publicè profiteri, adeò ut ubì compertum fuerit aliquam Doctrinam ab illo Pastorum corpore, majori-ve Episcoporum numero teneri ac propugnari, certum statim futurum sit & indubium eam Doctrinam veram esse & nullis vicissitudinum circulis obnoxiam, quam proinde sequi debeat quisquis à vero deviare noluerit; ergo statim atque compertum fuerit & ex luculentissimis Gallicanorum Episcoporum testimoniis comprobatum majorem Episcoporum multitudinem unà cum R. Pontifice docere palàm, & apertè propugnare supremam & infallibilem R. ipsius Pontificis autoritatem ceu veritatem à Deo revelatam, eo ipso demonstratum manebit hanc illorum Doctrinam certam esse ipsius Ecclesiæ Doctrinam, à quâ salvo veritatis jure discedere nemo valeat. Pars ista est hujus nostri laboris ultima, quam ut impleamus, sit

§. III.

Non major duntaxat Episcoporum S. Pontifici adhærentium numerus sed omnes propemodum orbis Catholici Præsules & Catholicæ Academiæ Pontificiam infallibilitatem tanquam veritatem à Deo revelatam publicè docent juxta Gallicanos Antistites & apertissimè profitentur.

NOn hîc ab universis ipsis orbis Catholici Episcopis inquirimus quænam sit etiamnum circa supremam R. Pontificis autoritatem publica illorum sententia doctrinaque unanimis. Nulli dubium esse potest quin interrogantibus essent communi voce cum Illustrissimo Granatensium Archiepiscopo (1) responsuri *infallibilitatem Vicarii Jesu Christi Domini nostri asserendam & defendendam esse etiam proprio sanguine à cordatis & verè sentientibus Catholicis;* verùm omissis illis omnibus ceterarum omnium Gentium testimoniis, quæ non ità pridem in unum volumen congesta sunt; ab ipsissimis Galliarum Præsulibus impræsentiarum addiscere juvat, non quæ sit ipsorum circa Pontificiam inerrantiam Doctrina; hanc enim non uno vel altero capite; non uno vel altero Documento firmatam esse volumus, sed innumeris quæ toto hoc in opere suppeditabimus ipsorum testimoniis ac perspicuis monumentis notam omnibus ac exploratissimam facere contendimus; sed dicant nobis Illustrissimi Galliarum Antistites quid Romana & Italica, quid Hispaniensis & Lusitana, quid Germana & Belgica, quid Polonica & Hungarica, quid reliquæ demum orbis Catholici Ecclesiæ de Pontificiâ autoritate palàm sentiant ac ex professo attestentur? *omnes*, Respondet Emin. Card. de Bissy Meldensis Episcopus, *omnes extraneæ nationes Pontificiam infallibilitatem constantissimè agnoscunt* (2) & rursus: *in aliis omnibus regnis sicut & in Hispaniâ Summi Pontificis infallibilitas ex professo creditur* (3) & iterum: *Catholici Episcopi in aliis regnis S. Pontificem in rebus Fidei infallibilem esse credunt* (4) denuò: *nudo oculorum conjectu opus est ut in impressis exterorum Episcoporum Epistolis deprehendatur ipsis esse persuasum Pontificias decisiones omnibus Fidelibus missas ad dirigen-*

(1) *Témoignage de l'Eglise universelle.* pag. 222.

(2) *Docum. Past. an.* 1722. pag. 140. Comment peut-on aprè cela contester que la Bulle *Unigenitus* ne soit pas adoptée dans tous les Etats étrangers où l'infaillibilité du Pape est constamment reconnue.

(3) *Ibid.* pag. 117. Les Evêques de tous les autres Etats où l'on fait profession de croire comme en Espagne l'infaillibilité du Souverain Pontife.

(4) *Ibid.* pag. 115. Les Evêques Catholiques dans les autres Etats (*hors de la France*) croyent le S. Pere infaillible dans les matières de la Foi.

dam ipsorum Fidem esse per se ipsas & independenter ab Episcoporum tùm examine, tùm acceptatione infallibiles (1); tandem ut plurima ejus generis missa faciamus, affirmat Emin. Card. *ex luculentissimis & certis exterorum Episcoporum testimoniis evidens esse Romanum Pontificem ab illis infallibilem existimari* (2).

(2) *Gallica verba refero.* pag. 154.

Num propositæ jam quæstioni plenè satisfecerit Meldensis Episcopus, ipse judex esto. Quærebamus utrùm major Episcoporum numerus supremam & infallibilem R. Pontificis in rebus Fidei componendis autoritatem palàm admittat ac publicè profiteatur; respondet purpuratus Ecclesiæ Princeps: infallibilitatem R. Pontificis certissimam esse & vulgatissimam sententiam non Episcoporum duntaxat exterorum, sed & omnium extra Galliam regionum. Factum istud nec obscurè, nec semel, sed sæpissimè, sed disertissimè testatur amplissimus Cardinalis; nec dubium istud esse concedit aut ambiguum, sed certissimum esse contendit & notissimum; & undenam porrò? Ex luculentissimis, apertissimísque omnium undique Episcoporum, Academiarum literis ac monumentis quæ in unum collecta leges in libro cuï gallicè titulus est : *Témoignage de l'Eglise universelle*; quem librum ad marginem indicat D. de Bissy, in locis mox recensitis. Ex hoc porrò vèl solius Emin. Præsulis testimonio meritò concluderes aliam non esse ceterorum Galliæ Antistitum sententiam.

Quod enim hîc asseverat eruditus Meldensium Antistes, istud non clanculùm sed apertè; non dubitanter sed intrepidè; non in furtivis quibusdam & obscurioribus chartis, sed in publico & solemni monumento sæpius testatur & toti Galliæ declarat. Quid plura? Rem tanti momenti ac Religioni, si falsa esset, tam periculosam testanti Episcoporum nullus obaudit, nullus obloquitur; quod hîc recitat Meldensis, in eâ percelebri elucubratione pronuntiat quam Gallia tota tanti fecit ut illam iteratis paucos intra annos editionibus illustratam desideraverit ac confecerit, in eo Documento Pastorali pronuntiat quod Gallicani passim Episcopi tot laudibus, tot encomiis cumularunt ac celebrare non desinunt, quódque Rex ipse Christianissimus suo calculo munitum solemni edicto voluit.

Et verò dum asserit Emin. Cardinalis exteras omnes regiones pro supremâ & infaillibili R. Pontificis autoritate militare, non

(1) *Ibid.* Il n'y à qu'à jetter les yeux sur les Lettres imprimées des Evêques des Pays étrangers pour voir qu'ils sont persuadés que les décisions des Souverains Pontifes adressées à tous les Fidéles pour regler leur croyance, sont infaillibles par elles-mêmes, & independemment non seulement de l'examen, mais de l'acceptation des Evêques.

ſuis ipſe verbis ſed apertiſſimis regionum illarum teſtimoniis in libro mox laudato collectis Fidem adhibere poſtulat, imò & affirmare non veretur ex autenticis illis teſtimoniis perſpicuum eſſe Pontificiam infallibilitatem illic ubique unde profecta ſunt, defendi ac publicè propugnari, quod quidem adeò clarum eſt & obvium inquit D. de Biſſy, *ut vèl levi oculorum conjectu iſtud deprehendi poſſit*. Quid ergo, ſi hæc teſtimonia Gallicanis omnibus Epiſcopis apprime nota ſint ac exploratiſſima, imò ſæpiſſime lecta, accuratè perpenſa, necnon paſſim laudata ac exſcripta in ſuis elucubrationibus ab ipſis fuerint? Eóſne putabimus adeò obtuſos qui illud non viderint quod in legentium oculos inſiliat, quod eò uſque ſit clarum ut lumine ipſo evidentius appareat; Conſtabit igitur apud ceteros Galliarum Antiſtites ſicut apud Emin. de Biſſy, ſicut apud oculatos omnes, regiones extra Galliam univerſas Pontificiæ infallibilitati conſtantiſſimè ſuffragari. Porrò nemo neſcit ea omnia Epiſcoporum & Academiarum teſtimonia in laudato libro cumulata non aliorum quàm Gallorum ipſorum Antiſtitum petitionibus fuiſſe conceſſa, Gallorum Antiſtitum operâ ſtudióque publicæ luci dedita ac Gallis omnibus vulgata, ab Emin. de Noailles (1), ab Illuſtr. de Languet (2), ab Illuſtr. de S. Albin (3), aliiſque paſsim Gallicanis Epiſcopis laudata exſcripta ac relata fuiſſe; nullum igitur eſt dubium Gallicanis Epiſcopis perſpectum iſtud eſſe ac exploratiſsimum quod nemine contradicente plaudentibus omnibus evidens eſſe teſtatur Emin. de Biſſy, Epiſcopos nimirum & Catholicos omnes extrà Galliam degentes ſupremam & infallibilem in Fidei cauſis definiendis R. Pontificis autoritatem conſtanter credere ac publicè profiteri.

(1) *In Docum Paſtor. an. 1719.*
(2) *Monito 2°. & alibi paſſim.*
(3) *Ad calcem Docum. Paſtor. contra Conſultat. Advocatorum Pariſ. &c.*

Cùm hæc ità ſint, facilè perſpicitur vèl hoc unum tanti Præſulis à nobis laudatum hàc in re teſtimonium ad exhibendam ceterorum Galliæ Antiſtitum ſententiam ſufficere, nè minori tàmen quàm par erat teſtimoniorum numero firmata cuïquam videatur aſſertio noſtra. Emin. de Biſſy Meldenſi Epiſcopo, alios adhuc adjungere placet: *in ceteris extra Galliam regionibus*, inquit Epiſcopus Ruthenenſis, *propugnatur Rom. Pontificem concilio œcumenico Superiorem eſſe* (4) & rurſus: *Major Epiſcoporum numerus R. Pontifici junctus ſententiam infallibilitatis R. Pontificis ſpectat ut veritatem revelatam* (5), &

(4) *In Docum. Paſtor. Toties laudato*, pag. 317. Dans les autres Pays [*hors de la France*] on ſoutient que le Pape eſt ſupérieur au Concile œcumenique.

(5) *Ibid.* pag. 412. Le plus grand nombre des Evêques joints au Pape, regarde le ſentiment de l'infaillibilité du Pape comme une vérité revélée.

iterum : *major Episcoporum numerus simul cum R. Pontifice tenet Rom. Pontificem concilio generali Superiorem esse* (1).

Illustrissimus Petrus de Marca nominatus Archiepiscopus Parisiensis in suis observationibus super Theses Claromontanas (quas ultimum ejus opus fuisse Balusius testatur) Num. 31. ità scribit : *hæc opinio* (quæ videlicet infallibilitatem Pontifici Romano asserit) *est illa quam unicè Hispania, Italia, aliæque omnes Christianitatis Provinciæ docent, ità ut illa quam sententiam Parisiensium Doctorum vocant ad classem earum opinionum revocanda sit quæ solùm tolerantur ..... autoritas infallibilem sententiam in causis Fidei pronuntiandi est Romanis Pontificibus omnium universitatum consensu acquisita* (2).

Illustr. le Norman Episcopus Lixiovensis affirmat *Episcopos extra Galliam constitutos suam de infallibilitate R. Pontificis sententiam nec in Concilio generali mutaturos esse* (3), *pro infallibilitate R. Pontificis militare Episcopos Italos, Germanos, Hispanos, Lusitanos, Hungaros, Polonos, Dalmaticos*, testantur Emin. de Noailles in Doc. Pastor. ann. 1719. pag. 169. & Illustr. de S. Albin Camerac. Archi-Præsul in Docum. Pastor. contra Consultat. Advocat. pag. 34. idem pariter de Florentissimis studiorum universitatibus *Hispanis, Lusitanis, Belgicis, Germanis* testatum ac probatum fecit Emin. de Noailles in Docum. Laudato à pag. 161. usque ad 168. sex alii Galliarum Episcopi tradunt (4) & luculentis exterorum Antistitum testimoniis evincunt eos omnes *Polonos* videlicet, *Illiricos, Hungaros, Germanos, Belgicos, Helveticos, Italos, Hispanos, & Lusitanos* pro infallibilitate Pontificiâ pugnare.

Tandem nonne Quesneliani ipsi, ut acceptationem Clementinæ Constitutionis ab Ecclesiâ universali factam infirmarent, ostendebant exteros omnes Episcopos Pontificiæ infallibilitatis Patronos esse, proindéque illorum suffragium pro nihilo habendum esse ; quid autem respondent Gallicani undique Episcopi ? Hanc Doctrinam illis exteris Episcopis affingi ? Nequaquam; facilis tamen hæc fuisset ac peremptoria responsio ; verùm agnita veritas obstabat : respondent igitur ceteros Episcopos ex solo Pontificiæ inerrantiæ motivo permotos non fuisse ad acceptandam Clementinam Constitutionem, sed

(4) *Réponse à l'Instruction Pastorale de M. le Cardinal de Bissy du mois de Février an. 1722. à pag. 45. usque ad pag. 56.*

(1) *Pag.* 402. La supériorité du Pape au-dessus des Conciles généraux, quoique tenue par le plus grand nombre des Evêques joints au Pape, ne doit, &c.

(2) *Hæc Petri de Marca verba referuntur ab Emi. Sfondrat.* In Gallià vindicatà. *Dissert. IV.* §. 11. *num.* 12. pag. 784. *edit.* 1702.

(3) *Docum. Pastor. contra Consultationem Advocat. Paris. edito. an.* 1730. pag. 79. Nulle apparence que les Evêques des Eglises étrangeres changeassent [dans un Concile général] de sentiment sur l'infaillibilité du Pape .... ce sentiment ou sont ces Evêques n'est pas une raison pour oser prétendre les priver de donner leur suffrage.

etiam ex motivo agnitæ illius decreti æquitatis; respondent ac variis argumentis evincunt acceptationem Clementinæ Constitutionis ab illis exteris Episcopis factam infirmari indè non posse, quòd R. Pontificis infallibilitatem illi propugnent, ità Senonensis Archiepiscopus (1), ità Cameracensis loco modò citato, ità Episcopus Lixioviensis (2), ità Episcopus Sagiensis (3), ità Emin. de Bissy (4) ità ceteri passim Gallicani Præsules veritatis amatores & defensores; porrò ità respondere quid est aliud nisi palàm agnoscere certissimam esse Præsulum exterorum Doctrinam quòd Romanus Pontifex supremâ in rebus Fidei & infallibili polleat autoritate?

(1) *Monito* 3°. *num. LXXIX.*
(2) *In Docum. Pastor. contra Consultationem Advocat. Paris.* pag. 78.
(3) *In Docum. Pastor. pro accept. Bullæ* Unigenitus, *edito an.* 1729. pag. 7. & *seq.*
(4) *In Docum. Pastor. an.* 1725. pag. 174.

Ex his omnibus constat eos esse Gallicanos Episcopos, qui palàm agnoscunt ac testantur exteros undique Episcopos ac Nationes omnes Catholicas extra Galliam constitutas Pontificiæ inerrantiæ constantissimè ac publicè suffragari; id non solum affirmant Antistites Gallicani, sed & certissimum & evidens esse pronuntiant.

Nec minùs certum est apud Antistites Gallicanos hanc de inerrantiâ Pontificiâ sententiam ab illis omnibus Episcopis ac Doctoribus Catholicis propugnari non velut meram aliquam Scholæ opinionem, sed tanquam veritatem sacris in scripturis expressam ac totius Ecclesiæ universalis traditione firmatam, uno verbo tanquam veritatem revelatam. Enimvero unde habent Antistites Gallicani hanc esse universalem exterarum nationum Doctrinam? Ex publicis ac authenticis, ut ipsi declarant, illarum testimoniis collectis in libro inscripto: *testimonium Ecclesiæ universalis*, ex iis testimoniis quæ ipsi passim exscribunt dignoscendam esse volunt Episcoporum & Academiarum circa Pontificiam inerrantiam mentem atque Doctrinam. Porrò in iis ipsissimis testimoniis legimus hanc Doctrinam ab ipsis haberi & propugnari tanquam *præcipuam* (Capitale) *Religionis veritatem* (5) tanquam *veritatem quæ semper habita fuerit ut fundamentum Catholicæ Religionis* (6) tanquam *veritatem quam Catholici credere debent* (7) tanquam *veritatem non nisi ab hæreticis in dubium revocatam* (8) tanquam *veritatem pro cujus defensione Catholicus omnis suum etiam sanguinem fundere debeat* (9); tandem nè ea refricem quæ omnibus obvia sint, verbóque absolvâ, in iis ipsissimis testimoniis nec unum Episcopum nec unum Doctorem legimus qui hanc de Pontificiâ infallibilitate Doctrinam tanquam meram Scholæ opinionem propugnet. Omnes illi adhærere se profitentur tanquam certissimæ veritati Christi oraculis stabilitæ ac totius Ecclesiæ traditione confirmatæ, ità ut contrariam

(5) *Témoignage de l'Eglise Universelle. Tom.* 2. pag. 210.
(6) *Ibidem.* pag. 90.
(7) *Ibid.* pag. 191. 179. 112. 110.
(8) *Ibid.* pag. 266.
(9) *Ibid.* pag. 200.

ſententiam ***Catholicis omnibus*** , ***paucis è Galliâ exceptis*** , ***horrori eſſe*** teſtetur Archiepiſcopus Meklinienſis (1). En quo pacto creditur ac propugnatur ab Epiſcopis, ab Academiis extra Galliam conſtitutis R. Pontificis infallibilitas ; id ſicuti optimè noverant Antiſtites Gallicani ac plus ceteris intellexerunt ex laudatis Eccleſiæ univerſalis teſtimoniis, ità nobis etiam exploratum illud eſſe voluerunt, dum nos ad ea Eccleſiæ teſtimonia paſſim remittunt ut ex illis potiſſimùm de communi exterorum Epiſcoporum ac Doctorum circa Pontificiam inerrantiam Doctrinâ pleniùs erudiamur.

Si hæc nondum ſufficiant, audiatur adhuc Epiſcopus Ruthenenſis, ***major*** , inquit , ***Epiſcoporum numerus R. Pontifici conjunctus ſententiam infallibilitatis R. Pontificis habet ut veritatem revelatam*** (2) Epiſcopus Sanitienſis in Docum. Paſtor. circa Eccleſ. autorit. edito an. 1727. parte 4. artic. 10. num. 4. ***le plus grand nombre*** , inquit, ***des Evêques joints au Pape regarde l'infallibilité du Pape comme une vérité revelée.*** Audiatur adhuc teſtis omni exceptione Superior Emin. de Biſſy in celebri Docum. Paſtor. an. 1722. ***ex teſtimoniis*** , inquit pag. 221. (3) ***exterorum Epiſcoporum in libro inſcripto :*** Eccleſiæ univerſalis teſtimonium , ***collectis quæ Germanos ipſorum ſenſus tutiùs quàm quævis altera probatio exhibere valeant evidens eſt ipſos hanc de infallibilitate R. Pontificis Fidem ſimpliciter amplecti veiuti veritatem revelatam.*** & pag. 122. ejuſd. Docum. cùm Autor aliquis ***Conſtit. Unigenitus*** refractarius dixiſſet exteros Epiſcopos Papæ infallibilitatem propugnare ***tanquam opinionem probabiliorem***, ***non tanquam Fidei caput***, ſic reſpondet Emin. Antiſtes (5) : ***minimè operoſum foret excerptis Epiſtolarum typis editarum laciniis oſtendere exteros Præſules Pontificiam infallibilitatem amplecti non .ut probabiliorem opinionem ,ſed tanquam articulum à Deo revelatum*** , nec plura , nec luculentiora deſiderari poſſunt.

(2) *In Docum. Sæpiùs laud.* pag. 412. *Gallica verba ſupra retulimus.*

Etſi igitur daretur, quod falſiſſimum eſſe innumeris hoc in opere demonſtrabimus argumentis , Gallicanos nimirum Epiſcopos Pontificiæ innerrantiæ adverſari ; certiſſimum ſaltèm erit ac expreſſâ Gallorum Antiſtitum declaratione firmum , ceteras Catholici Orbis na-

(1) *In ſuo Mandato operi* , Témoignage de l'Egliſe Univerſelle. *Præfixo.*

(3) Quant aux Bulles qui pourront être publiées à l'avenir , qui peut douter qu'elles ſeront reçues par les Evêques étrangers comme la derniére ; car il eſt évident (4) par leurs témoignages leſquels ſont plus propres à nous aſſûrer de leurs ſentimens que toute autre preuve qu'ils embraſſent cette croyance comme une vérité ſimplement révelée.

(4) *Voyez le témoignage de l'Egliſe Univerſelle.*

(5) Il nous ſeroit aiſé de montrer M. F. par des extraits tirés des Lettres imprimées des Evêques étrangers qu'ils embraſſent le ſentiment de l'infallibilité du Pape , non comme une opinion la plus probable, mais comme un article révelé.

tiones, Episcopos, Academias extra Galliam constitutas pro supremâ & infallibili Rom. Pontificis autoritate veluti pro veritate revelatâ militare; verùm tot nec indigemus Episcoporum suffragiis, sufficit nobis ut constet apud ipsos Gallicanos Episcopos (quod nemo negabit) majorem Episcoporum numerum Romano Pontifici junctum infallibilitati Romani Pontificis suffragari; sic enim incedit ac invictum jam manet nostrum argumentum. Juxtà Gallicanos Episcopos quæ Doctrina à majori Episcoporum Romano Pontifici conjunctorum numero publicè traditur, Doctrina est ipsius Ecclesiæ cuï divinæ infallibilitatis promissiones factæ sunt, quæque errare non potest nec in suis definitionibus nec in suâ Doctrinâ; atqui juxta Gallicanos eosdem Episcopos major certè Episcoporum numerus Romano Pontifici junctus constanter profitetur, & quidem tanquam veritatem revelatam publicè docet Romanum Pontificem in suis decretis Dogmaticis infallibilem esse; ergo juxta Gallicanos Episcopos infallibilis est Ecclesiæ Doctrina, quòd R. Pontifex supremam & irreformabilem in dirimendis Fidei controversiis autoritatem habeat; quò quidem collineabat omnis nostra disputatio, ex quâ jam manifestum est quod superiùs affirmavimus, Illustrissinos, videlicet, Galliarum Antistites facillimam omnium ac paucioribus præpeditam difficultatibus viam elegisse, quâ innotesceret tàm hodiernam quàm veterem Ecclesiam supremæ ac indeficienti Romanorum Pontificum autoritati non favere solùm sed etiam firmissimè adhærere.

Ecquæ enim ad demonstrandam hujus Doctrinæ veritatem expeditior via aut efficacior esse poterat quàm ostendere ipsissimam illam esse Ecclesiæ Doctrinam illiúsque Pastorum corporis quod juxta omnes etiam Galliarum Theologos aberrare à vero neutiquam potest quod juxta Gallicanos Antistites tàm in Doctrinâ suâ publicâ quolibet modo propositâ quàm in suis judiciis solemnirer latis vel acceptatis divino infallibilitatis privilegio usquè potiturum est?

Ex illâ tamen Gallicanorum Antistitum sententiâ cave nè concludas Hæreticos illos à Doctissimis Præsulibus haberi, quotquot hodiernum Pontificiæ infallibilitati bellum indicunt. Non ità est utique, támque falsa consecutio Franciæ Episcopis non nisi per summam calumniam affingi potest, etenim ut sit aliquis & haberi jure queat *formaliter*, ut aïunt, Hæreticus, minimè sufficit ut infallibili cuilibet Ecclesiæ Doctrinæ seu traditioni repugnet; aliàs quot viros tulisset antiquitas Hæreticos, quos tamen ut sanctos Ecclesia colit,

vel

vel saltèm ut Catholicos habet. Sic Papias, Justinus, Irenæus, Theophilus Antiochenus, Lactantius, Severus Sulpitius, ipse aliquando S. Augustinus, &c. defoecatioris Millenarismi propugnatores nunquam pro Hæreticis habiti sunt, licèt hæc eorum Doctrina certissimæ & infallibili Ecclesiæ traditioni adversaretur; sic S. Cyprianum, Firmilianum, &c. Hæreticos fuisse nemo dixerit, quamvìs infallibilem Ecclesiæ Doctrinam sive traditionem circa Baptismum ab Hæreticis collatum impugnaverint. Quid ità porrò? quia licèt Ecclesia seu major Episcoporum Summis adhærentium Pontificibus multitudo Catholicam Doctrinam tùm circa concedendam justis Dei visionem, tùm circa validum Hæreticorum Baptisma illis temporibus certò infallibilitérque conservaret ac traderet, Catholicæ tamen illæ veritates ultimo Ecclesiæ judicio nondum fuerant definitæ ac tanquam necessarium Fidei Christianæ objectum Fidelibus omnibus propositæ; egregiè S. Augustinus (1) ait: ***qui sententiam suam quamvis falsam atque perversam nullâ pertinaci animositate defendunt. . . . nequaquam sunt inter Hæreticos deputandi.*** Ex quibus S. Doctoris verbis omnino liquet posse ab aliquo falsam atque perversam Doctrinam propugnari quin is illico inter Hæreticos computari mereatur. Ille solus itaque formaliter Hæreticus est, qui Doctrinæ vel traditioni Ecclesiæ non solùm infallibili sed etiam certò definitæ, seu velut necessarium Fidei objectum Christianis omnibus ab Ecclesiâ propositæ ***pertinaci***, ut ait S. Augustinus, ***animositate*** & contumaciâ refragatur aut contrariam sententiam supremâ Ecclesiæ autoritate reprobatam rebellis amplectitur. Jam verò sæpius observant Gallicani Præsules (2) à majori Episcoporum Romano Pontifici adhærentium multitudine Pontificiam infallibilitatem publicè tradi quidem ac velut revelatam à Deo veritatem propugnari, nondum tamen publicâ Ecclesiæ autoritate definitam fuisse, & tanquam necessarium Fidei objectum propositam, cuï adhærere teneantur quotquot Hæreseos notam evadere voluerint. Hinc Bossuetius Pseudo-ministrum Calvinistam alloquens, ***novit minister***, inquiebat, ***Pontificiam infallibilitatem ut Fidei caput nusquam à nobis fuisse propositam***(3); igitur ex certissimâ illâ quam hactenus exposuimus Gallicanorum Antistitum circa Pontificiam infallibilitatem sententiâ immeritò prorsus inferres illos omnes in Doctissimorum Episcoporum principiis esse Hæreticos quotquot Pontificiæ inerrantiæ adversantur.

(1) *Epist.* 43. *aliàs* 162. *cap.* 1. *num.* 1. *tom.* 2. pag. 88.

(2) *Emin. de Bissy Episc. Meld. Docum. Past. an.* 1722. pag. 121. 123. & *alii.*

(3) 2. *Instruction Pastor. sur les promesses de l'Eglise, num. xj.* pag. 13. Le Ministre sçait bien que nous n'avons jamais fait un point de foi de l'infaillibilite des Papes.

N°. I.

ARREST DU CONSEIL D'ÉTAT DU ROY.

Qui supprime & condamne deux Ecrits anonymes, portant pour titres, l'un : Dénonciation à Monsieur le Procureur Général, de l'Instruction Pastorale de Mr. le Cardinal de Bissy ; *l'autre :* Consultation d'un Avocat de Bordeaux au sujet de ladite dénonciation.

Du 23. May 1723.

Extrait des Registres du Conseil d'Etat.

L*E Roy ayant été informé qu'il s'est répandu dans le Public deux Ecrits anonymes, portant pour titres, l'un :* Dénonciation à Mr. le Procureur Général, de l'Instruction Pastorale de Mr. le Cardinal de Bissy ; *l'autre :* Consultation d'un Avocat de Bordeaux, au sujet de ladite dénonciation, *dans lesquels Ecrits ce Cardinal est accusé d'avoir, en plusieurs endroits de ladite Instruction, donné atteinte aux droits les plus sacrés de la Couronne, & établi des maximes contraires aux libertés de l'Eglise de France ; Sa Majesté auroit jugé à propos de prendre connoissance par elle-même d'une matière aussi importante, & auroit pour cet effet fait choix de personnes des plus éclairées, tant du Clergé que de son Conseil, pour, après avoir examiné avec tout le soin &*

DECRETUM REGII CONSILII.

Quo supprimuntur ac damnantur Scripta duo anonyma, quorum uni titulus : *Delatio Documenti Pastor. Emin. Card. de Bissy, ad D. Procuratorem Generalem* ; alteri verò : *Consultatio causidici unius Burdigalensis circa eandē delationē.*

Die Maii 23â. an. 1723.

Excerptum ex actis publicis Consilii Regii.

CUm Regis ad notitiam pervenisset in Vulgus disseminari Scripta duo anonyma, quorum uni titulus est : *Delatio Pastoralis Instructionis D. Cardinalis de Bissy, Summo Regiarum Causarum Procuratori facta*, Alteri : *Burdigalensis Advocati Consultatio super dictam delationem*, quibus in scriptis hicce Cardinalis in crimen vocatur, quòd in pluribus dictæ Instructionis locis sacratiora Regni jura profligaverit ac placita libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ contraria tradiderit. E re esse judicavit Regia Majestas de negotio tam gravi per se semetipsam cognoscere. Hanc ob causam plures tùm è Clero, tùm è suo Consilio viros perspicacissimos selegit ut examinatis cum omni curâ & attentione

necessariâ prædictis duobus scriptis, simul & perlecto præfato Pastorali Documento, suam de iis relationem ac opinionem suæ Majestati proponerent, quibus quidem partibus implendis postquam plures sessiones insumpserunt, mentem suam aperuerunt Regi, non tantùm circa ea capita quæ in præfatis duobus scriptis objiciebantur, sed etiam circa Doctrinam in prædicto Pastorali Documento contentam, quantùm videlicet ad Regni jura & libertates attinet, ex quibus quidem suffragiis in Regio Consilio relatis; compertum Rex habuit prædicta duo scripta, non nisi calumniarum ac mendaciorum esse contextum nec non invectionum in memoratum non modò Cardinalem sed etiam in Sedem Apostolicam & in Episcopatûs ordinem, quæ ad novas in Ecclesiâ ac Regno Gallicano turbas concitandas unicè tendunt. Compertum pariter habuit nedum dicta Pastoralis instructio quidquam contineat quod intentatis à duobus scriptis in eam accusationibus vèl levissimum suppeditare potuerit fundamentum, eam è contra sæpius ac clarissimè placitis quæ Regni juribus ac Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus maximè sunt consentanea suffragari. Unde Rex talium libellorum abusum & licentiam retundere volens, simúlque debitum prædictæ D. Cardinalis de Bissy instructioni testimonium reddere, auditâ relatione atque omnibus expensis, sua Majestas Sedens pro tribunali damnavit & damnat prædicta duo anonyma scripta quorum uni titulus: *Delatio Pastoralis Instructionis D. Cardinalis de Bissy, Summo Regiarum Causarum Procuratori facta.* Alteri: *Burdigalensis Advocati Consultatio super dictam delationem*, tanquam

l'application nécessaire lesdits deux Ecrits, & lû avec la même attention ladite Instruction Pastorale, en faire leur rapport, & en donner leurs avis à Sa Majesté; à quoi lesdits Commissaires ayant vacqué pendant plusieurs séances, ils auroient en conséquence fait leur rapport, & donné avis à Sa Majesté, non-seulement sur tous les chefs d'accusation renfermés dans lesdits deux Ecrits, mais encore sur-tout le contenu en ladite Instruction Pastorale, par rapport aux droits de la Couronne, & aux libertés du Royaume; lequel avis Sa Majesté s'étant fait réprésenter en son Conseil, elle auroit reconnu que lesdits deux Ecrits anonymes ne sont qu'un tissu de calomnies & de mensonges, & ne contiennent que des déclamations injurieuses, non seulement à la personne dudit sieur Cardinal de Bissy, mais au saint Siége & à l'ordre Episcopal; qu'ils ne tendent qu'à exciter de nouveaux troubles dans l'Eglise de France & dans l'Etat, & que bien loin que ladite Instruction Pastorale contienne rien qui puisse donner le moindre fondement aux accusations formées par lesdits Ecrits, elle s'explique au contraire en plusieurs endroits très-clairement pour les maximes les plus conformes aux droits de la Couronne, & aux libertés de l'Eglise de France; & Sa Majesté voulant réprimer l'abus, & la licence de semblables libelles, & rendre en même tems à l'Instruction dudit sieur Cardinal de Bissy le témoignage qu'elle mérite. Oüi le rapport & tout considéré. Sa Majesté étant en son Conseil a condamné & condamne ces deux Ecrits anonymes, ayant pour titres l'un : Dénonciation à Mr. le Procureur Général, de l'Instruction Pastorale de Mr. le Cardinal de Bissy; *l'autre :* Consultation d'un Avocat de Bordeaux au sujet de ladite dénonciation, *comme libelles diffamatoires, calomnieux, & remplis de déclamations injurieuses à la personne du sieur Cardinal*

de Bissy, & même au S. Siége & à l'Ordre Episcopal, séditieux, tendans à la révolte, &c.

Fait au Conseil d'Etat du Roy, Sa Majesté y étant, tenu à Versailles le vingt-trois May, mil sept cent vingt-trois.

Signé, PHELIPPEAUX.

A Paris, chez la veuve Mazières, *rue saint Jacques.*

libellos probrosos, calumniosos ac invectionibus refertos quæ personæ D. Cardinalis de Bissy atque etiam Apostolicæ Sedi ac ordini Episcopali contumeliosæ sint, factiosos, ad rebellionem conducentes, &c.

Datum in Sanctiori Regis Consilio, Rege præsente, Versaliis habito die 23. Maii an. 1723.

Subscripsi, PHELIPPEAUX.

Parisiis, apud viduam *Mazières*, viâ Jacobeâ.

N°. II.

Extrait du Mandement & Instruction Pastorale de Monseigneur l'Archevêque Duc de Cambrai, portant condamnation de trois Ecrits, dont le premier a pour titre : Consultation de Messieurs les Avocats du Parlement de Paris, au sujet de la Bulle de N. S. Pere le Pape en dâte du 16. Juin 1737. &c. ***Donnée à Paris ce 16. Janvier*** 1739.

Excerptum è Mandato ac Documento Pastorali D. de S. Albin, Archiepiscopi Ducis Cameracensis, in quo damnantur tria scripta quorum primum inscribitur : ***Consultatio causidicorum Parisiensis Senatûs super Bullam à R. Pontifice publicatam die 16. Junii ann. 1737. &c.*** Dato Parisiis die 17. Januarii an. 1739.

pag. 26. *ENfin, M. T. C. F. voici d'autres expressions que les oreilles Françoises de nos Avocats ne peuvent soutenir, & qui, selon eux, dévoilent encore plus clairement le dessein que le Pape a formé de renverser le principe fondamental des libertés de l'Eglise Gallicane :* Aussi-tôt, *dit la Bulle de Canonisation*, que la réponse fut venue de Rome, Vincent reçut avec un profond respect le décret du Successeur de Pierre, & se réjouissant dans le Seigneur de voir l'affaire finie par la décision du Siége Apostolique, il travailla avec tout le zèle possible à faire finir aussi l'erreur.

pag. 26. EN aliæ tandem, Fratres charissimi, elocutiones, quæ Gallicas Advocatorum nostrorum aures offendunt, quæque juxta ipsos conceptum à Romano Pontifice Consilium, fundamentale Gallicanarum libertatum principium evertendi clariùs adhuc detegunt ; *ubi verò*, refert Bulla Canonisationis, *responsum Româ venit Decretum Successoris Petri submissâ animi veneratione suscepit Vincentius, & exultans in Domino sententiâ Apostolicæ Sedis causam finitam esse, ut tandem finiretur error Summo studio allaboravit.*

Quis unquam credidisset, Fratres Charissimi, verba illa iis Jurisconsultis bilem permotura fuisse, qui Catholicos se se profitentur? Ignorarunt procul dubio eadem ista verba quibus censuræ labem temere inusserunt, ipsissimam continere S. Augustini sententiam, qui & eodem modo locutus est, postquam Romanorum Pontificum adversùs Pelagianam Hæresim rescripta recepit. *Jam enim*, inquiebat S. Doctor, *de hâc causâ duo Concilia missa sunt ad Sedem Apostolicam; indè etiam rescripta venerunt; causa finita est, utinam aliquando finiatur error!* Nemo non videt eandem hanc S. Augustini sententiam à S. Pontifice adhiberi, atque in suâ Bullâ inseri. Ergóne crimini vertetur Christi Vicario, quod usurpatam à celeberrimo Doctore loquendi rationem, suam ille fecerit, quæ loquendi ratio juxta Bossuetium, *rectè atque omnino ex Ecclesiasticâ disciplinâ* ab Augustino celebrata est? Centies eodem modo locuti sunt Franci Præsules, quoties nempe cum Jansenii discipulis manus conseruerunt: *causa finita est*, aiebant inter ceteros Episcopi anno 1656. congregati, in Epistolâ ad Alexandrum VII; *causa finita est rescriptis Apostolicis, error utinam, ut eadem cum S. Augustino vota emittamus, tandem aliquando finiatur*.

Nihil ridiculum magìs, quàm, quod faciunt decem causidici, voci huic *ubi* insistere, quæ in Bullâ continetur, & quâ ostenditur S. Vincentium à Paulo Apostolicæ definitioni, cùm, vel statim atque apparuit, maximo cum obsequio adhæsisse. Ergóne juxta illos homini privato crimen erit decreta Apostolica reverenter amplecti, atque tùm imprimis, cùm & ab Episcopis illa efflagitata fuerunt,

Qui auroit jamais cru, M. T. C. F. que de pareilles expressions eussent été capables de révolter des Jurisconsultes qui veulent se donner pour Catholiques? Ils ont ignoré sans doute que ces paroles qui font l'objet de leur téméraire censure, ne sont que le propre texte de saint Augustin, qui s'exprima dans ces mêmes termes, lorsqu'il eut reçu les rescrits des Souverains Pontifes contre l'hérésie de Pelage. Jam enim, *disoit le saint Docteur*, de hâc causâ duo concilia missa sunt ad Sedem Apostolicam; indè etiam rescripta venerunt; causa finita est: utinam aliquando finiatur error! *Il n'y a personne qui ne s'apperçoive que c'est ce texte même de S. Augustin que le Souverain Pontife a employé, & qu'il n'a fait qu'insérer dans la Bulle. Fera-t'on donc un crime au Vicaire de Jesus-Christ d'avoir adopté le langage d'un si célèbre Docteur, qui, selon M. Bossuet, n'a fait en cela que suivre la discipline de l'Eglise*, rectè atque omnino ex Ecclesiasticâ disciplinâ: *cent fois les Evêques de France ont employé ces mêmes expressions dans les combats qu'ils ont eu à soutenir contre les Disciples de Jansenius.* La cause est finie, *disoient en particulier les Prélats de l'assemblée de 1656. en écrivant au Pape Alexandre VII, la cause est finie par les rescripts Apostoliques, plaise à Dieu que l'erreur aussi prenne fin, s'il nous est permis de former nos vœux sur ceux de S. Augustin.*

Rien n'est plus ridicule que d'insister, comme font les dix Avocats, sur le terme ubi *qui se trouve dans la Bulle de Canonisation, & par où elle marque que saint Vincent de Paul se soumit avec beaucoup de respect à la décision du saint Siége lorsque, ou, aussi-tôt qu'elle parut. Veulent-ils donc faire un crime à un particulier de se soumettre aux décrets du saint Siége, lors sur tout qu'ils ont été sollicités par les Evêques, & que c'est de la main même,*

& par le canal des Evêques qu'il les reçoit ?

Il n'y a pas un mot ici dans la Bulle de Canonisation qui ne se trouve d'une manière encore plus forte & plus énergique dans la lettre que trente Evêques de France écrivirent au Pape Innocent X. en 1653. pour lui rendre compte du respect avec lequel ils avoient reçu la Constitution : voici, disoient ces Prélats, ce qui est arrivé de remarquable dans cette affaire, comme Innocent I. condamna autrefois l'hérésie de Pélage, sur la rélation des Evêques d'Afrique : de même Innocent X. a condamné l'hérésie opposée à la Pélagienne, sur la consultation des Evêques de France. En effet, dans cette antiquité l'Eglise Catholique s'appuyant sur la seule *Communion & autorité de la Chaire de Pierre, qui éclatoit dans l'Epître décretale d'Innocent aux Evêques d'Afrique, & qui fut suivie de celle de Zozime aux Evêques du monde entier, souscrivit, sans hésitation & sans retardement,* absque cunctatione, *à la condamnation de l'hérésie Pélagienne. Cette ancienne Eglise sçavoit clairement, non-seulement par la promesse de Jesus-Christ faite à S. Pierre, mais encore par les actes des Pontifes précédens, & par les anathèmes prononcés un peu auparavant contre Apollinaire & contre Macedonius par le Pape Damase, quoiqu'ils n'eussent été condamnés par aucun Concile Ecumenique, que les jugement des souverains Pontifes, publiés pour servir de régle à la foi sur la consultation des Evêques (soit que les Evêques expliquent ou n'expliquent point leurs sentimens dans la rélation, comme il leur plaît d'en user) sont fondez sur une autorité qui est également divine & suprême dans l'Eglise. De façon que tous les Chrétiens sont obligez par leur devoir, à leur rendre une soumission d'esprit même, comme nous sommes remplis de la même pensée & créance, nous respectons, selon notre de-*

& ipsis Episcoporum manibus porrecta recipiuntur ?

In Bullâ Canonisationis nec sententiam, nec verbum quidem legere est, quod non validiùs expressum reperiatur in Epistolâ quam triginta Galliarum Episcopi ad S. P. Innocentium X. scripserunt anno 1653, ut ipsi rationem redderent illius obsequii quo ejus Constitutionem acceptaverant. Ipsorum verba recito; hæc, inquiunt, notatu digna in præsenti negotio acciderunt; quemadmodum Innocentius I. Pelagianum errorem ab Africanis Præsulibus ad Sedem Apostolicam delatum proscripsit, sic Hæresim Pelagianæ oppositam ab Episcopis Gallicanis delatam damnavit Innocentius X. Enimvero vetustæ illius ætatis Ecclesia Catholica solâ Cathedræ Petri innixa communione & autoritate quæ in Innocentii Epistolâ ad Africanos Antistites eminebat, & quam excepit altera Zozimi ad universos Orbis Episcopos decretalis Epistola, omni sepositâ hæsitatione vel cunctatione, Pelagiani erroris damnationi subscripsit. Noverat enim antiqua Ecclesia atque non solùm ex pollicitatione Christi Petro factâ, sed & ex præcedentium Pontificum agendi-ratione, necnon & ex damnatoriis sententiis in Apollinarem & Macedonium à S. P. Damaso latis, nullâ-dum congregatâ Synodo œcumenicâ, judicia pro sanciendâ regulâ Fidei à Summis Pontificibus lata super Episcoporum consultatione (sive suam in actis relationis sententiam ponant, sive omittant, prout illis collibuerit) divinam & supremam in Ecclesiâ autoritatem habere; ità ut omnes Christiani ex officio teneantur interno mentis obsequio iis adhærere. Nos itaque eodem Spiritu, eâdémque Fide im-

buti, prout officii nostri ratio postulat, Ecclesiæ Romanæ veneramur autoritatem quæ nunc in Summo Pontifice Innocentio X. elucet. Constitutionem à vestrâ sanctitate, assistente spiritu sancto emissam acceptamus.... Illam in Ecclesiis ac diœcesibus nostris promulgari curabimus. Ipsius etiã executionem populos apud Christianos urgebimus; & eos omnes qui violare illam attentaverint, juxta Constitutionis ipsius tenorem & Brevis Apostolici per vestram sanctitatem ad nos directi præscriptum debitis pœnis perstringemus; pœnis videlicet contra Hæreticos latis, nullâ habitâ statûs aut conditionis ratione in eos animadvertemus.

voir, l'autorité de l'Eglise Romaine, qui éclate maintenant dans le Souverain Pontife Innocent X. Nous recevons la Constitution que votre Sainteté a faite avec l'assistance du S. Esprit. . . . . Nous aurons soin de la publier dans nos Eglises & Dioceses, nous en presserons même l'exécution, à l'égard du peuple fidéle. Ceux qui auront la temérité de la violer, ne manqueront pas d'être punis suivant les termes de la Constitution même, & du Bref que votre Sainteté nous a écrit : ensorte qu'ils souffriront les peines que le droit établit contre les Hérétiques, sans avoir égard ni à l'état, ni à la condition du coupable.

De eâ ipsâ agitur hîc, Fratres Charissimi, Innocentii X. contra Jansenii errores Constitutione, de quâ loquitur objectata Canonisationis Bulla. In hâc Summus Pontifex declarat Innocentii decretum à Vincentio à Paulo submissâ animi veneratione susceptum fuisse statim ac illud prodiit: *ubi verò*. Triginta verò Galliarum Episcopi prædicant totam Ecclesiam illi sine hæsitatione, sine morâ subscripsisse: *absque cunctatione*; quid est hoc nisi de totâ Ecclesiâ prædicare, quod Bulla Canonisationis de simplici privato unicè dicit? Addit Summus Pontifex servum Dei qui in Domino exultabat sententiâ Apostolicæ Sedis causam finitam esse, ut tandem finiretur error summo studio allaborasse. Verùm annon validiora ac expressiora proferunt triginta Episcopi circa ejusdem Constitutionis autoritatem, circa obsequium quo illam recipiunt atque ab omnibus fidelibus ex officio recipiendam esse testantur; circa suum in illius executione urgendâ ac refractariis puniendis studium?

Il s'agit ici, M. T. C. F. de la même Constitution d'Innocent X. contre les erreurs de Jansenius, dont il est parlé dans la derniere Bulle de Canonisation. Dans celle-ci le Souverain Pontife marque que dès que le Décret d'Innocent X. parut, Vincent de Paul le reçut avec un profond respect : ubi verò, *& les trente Evêques de France publient que toute l'Eglise y souscrivit sans hésitation, sans retardement,* absque cunctatione. *N'est-ce pas équivalemment dire de toute l'Eglise, ce que la Bulle de Canonisation ne dit que d'un simple particulier ? Le Pape ajoute que le serviteur de Dieu se réjouissant dans le Seigneur, de voir l'affaire finie par la décision du saint Siége, travailla avec tout le zèle possible à faire finir aussi l'erreur. Les trente Evêques ne s'expriment-ils pas en termes encore plus forts & plus énergiques sur l'autorité de la même Constitution, sur le respect avec lequel ils la reçoivent, & témoignent que tous les Fidéles sont obligez de la recevoir, sur le zèle avec lequel ils se proposent d'en procurer l'exécution, & de punir ceux qui refuseroient de s'y soumettre ? Les assemblées suivantes du Clergé*

ont cent fois parlé de la même sorte. N'est-il donc pas surprenant que des Avocats s'élevent avec la dernière hauteur contre de semblables expressions, & qu'ils trouvent ce langage étrange pour des oreilles Françoises; lorsqu'il est de notorieté publique que ce même langage est ordinaire dans les plus respectables assemblées du Clergé de France, que ce langage est approuvé par M. Bossuet, comme conforme à la tradition commune de tous les siécles, & que les Evêques qui ont usé si fréquemment de ces expressions, les ont puisées dans S. Augustin, & dans les sources de la plus pure antiquité?

Posteriores Cleri Gallicani conventus centies ità locuti sunt. An non igitur mirum quod isti causidici contra hujusmodi elocutiones arroganter insurgant, atque has loquendi formulas Gallicis auribus peregrinas inveniant! Cùm omnibus notum sit hunc loquendi modum in celebrioribus Cleri Gallicani cœtibus esse consuetum, quin & ab ipso Bossuetio approbatum tanquam communi seculorum omnium traditioni consentaneum, atque Episcopos qui istis elocutionibus tam frequenter usi sunt, eas non nisi ex Augustino ac purioris antiquitatis fontibus deprompsisse?

Nº. III.

Extrait du second Avertissement de Mr. de Languet Archevêque de Sens, alors Evêque de Soissons, à ceux qui dans son Diocèse se sont déclarés appellans de la Constitution* Unigenitus. *Donné à Soissons le quinziéme Juin mil sept cent dix-huit.

Excerptum è secundo D. de Languet nunc Senonensis Archiepiscopi, tunc Suessionensis Episcopi monito ad eos è suâ Diœcesi viros qui à Bullâ *Unigenitus* appellationem ad futurum Concilium interjecerant. Dato Suessionum augustæ die 15. Junii an. 1718.

p. 44. R*Efléchissez un moment, mes C. F. sur l'autorité du siége Apostolique, de cette Eglise, que nous sommes obligés de reconnoître par notre profession de foy pour* la Mère & la Maîtresse des autres Eglises, *& dont on s'efforce néanmoins de vous détacher peu-à-peu, par le moyen de ces libelles insolents, qui sous le nom* de la Cour de Rome, *font de cette Eglise des peintures odieuses, qu'ils ont empruntés des Calvinistes.*

p. 44. POnderate aliquantulùm, Fratres Charissimi, quæ sit autoritas Sedis Apostolicæ, illius Ecclesiæ quam nostrâ Fidei professione agnoscere tenemur tanquam *ceterarum Ecclesiarum Matrem & Magistram*. A quâ tamen vos divellere plures conantur tot protervis libellis qui sub aulæ Romanæ nomine hanc Ecclesiam depromptis è Calvinianâ officinâ atrioribus quibusque coloribus depingunt.

Il n'est pas question ici, mes T. C. F.

Non hîc quærimus an Papa sit errori

rori obnoxius nec ne? Non mihi est animus Doctorum ultra montes consistentium opinionibus suffragari neque à regni Doctrinâ deviare. Verùm id unum quærimus quid nos traditio doceat circa ineluctabilem autoritatem hujus Apostolicæ Ecclesiæ quam unicum & necessarium esse fatemur Catholicæ unitatis centrum. Operæ pretium erit vobis ob oculos ponere non quidem ea quæ Patres hoc de argumento disseruerunt. Hæc vobis ignota esse non possunt, cùm obviæ sint eorum textuum collectiones, sed quæ ipsimet autores qui tenaciùs nostris libertatibus adhæserunt, quique maximè alienum ab opinionibus quæ ultra montes obtinent animum demonstrarunt, pro certis & inconcussis dogmatibus habuerunt de quibus nulla nobis cum exteris Theologis concertatio esset.

Primum è recentioribus adduco Nicolium qui certè suspectus non erit. Contra Romani Pontificis infallibilitatem se nitidè satis declarat; hæc tamen de Ecclesiâ Romanâ intra urbis ambitum constitutâ tradit. *Quæres utrùm Papâ in aliquo errore circa Fidem lapso (quod fieri posse supponit Clerus Gallic.) licitum ac justum esse posset à Romana Sedis communione recedere, an tunc Ecclesia Romana posset evadere hæretica quemadmodum evaserunt Ecclesiæ Constantinopolitana, Antiochena, Alexandrina?*

Respondeo, nequaquam. Eorum enim hæc est Doctrina qui personalem Papæ infallibilitatem rejiciunt, quòd nempè Deus nunquam permissurus sit Sanctam Sedem seu Ecclesiam Romæ constitutam in aliquem errorem labi qui sit contra Fidem & ob quem ab Ecclesiæ communione sit resecanda. Cùm enim Ecclesia caput

de la faillibilité ou infaillibilité du Pape. Je ne prétends pas nullement favoriser les sentimens des Docteurs ultramontains, ni m'écarter de la Doctrine de ce Royaume. Il n'est question aujourd'hui que de ce que la tradition nous apprend de l'autorité incontestable de cette Eglise Apostolique, que nous reconnoissons tous pour le centre nécessaire de l'unité Catholique. Il est question de ce ministère perpétuel confié à Pierre & à ses Successeurs, que M. Bossuet reconnoît être un ministére principal & fondamental dans toute Eglise. *Il est juste de vous remettre devant les yeux, non pas ce que les Saints Pères en ont dit : Pouvez-vous l'ignorer? Le recueil de leurs textes se trouve partout ; mais de vous montrer ce que les Auteurs les plus attachés à nos libertés, les plus déclarés contre les sentimens des ultramontains, ont reconnus comme des vérités constantes, & qui n'étoient point contestées entre eux & nous.*

Je commence par M. Nicole, un des plus récens, il ne sera pas suspect sans doute, il s'explique assez nettement contre l'infaillibilité des Papes ; voici cependant ce qu'il dit de l'Eglise de Rome. D. Si le Pape étoit tombé dans quelque erreur touchant la foi (ce que le Clergé de France suppose possible) s'ensuit-il qu'il pourroit arriver qu'on se séparât avec justice de la communion du Siége de Rome, & que l'Eglise de Rome pourroit devenir hérétique, comme les Eglises de Constantinople, d'Antioche, d'Alexandrie, le sont devenues.

R. Non, la Doctrine de ceux qui rejettent l'infaillibilité personelle du Pape, est que Dieu ne permettra jamais que le saint Siége ou l'Eglise de Rome tombe dans aucune erreur, qui leur fasse perdre la foi, & qui la fasse retrancher de la communion de l'Eglise. La raison en est, que l'Eglise devant toûjours avoir un Chef, & n'en pouvant avoir d'autre que

le S. Siége & l'Eglise de Rome, qui est le centre de l'unité, il s'ensuit que le S. Siége ne sera jamais dans un état qu'il ne puisse plus être reconnu pour Chef. C'est pourquoi, *continue ce même Auteur*, on voit que lorsque Liberius consentit à l'arianisme, Felix prit sa place, & l'Eglise de Rome ne suivir point l'erreur de Libere, *& un peu après il conclut ainsi*. Quoique la qualité de Pape n'empêche pas celui qui la possede de tomber dans l'erreur, elle empêche néanmoins cette sorte d'erreur, qui entraîneroit avec soi l'Eglise de Rome, & la feroit retrancher de la communion du reste du corps, ce qui ne peut jamais arriver.

semper habere debeat, & aliunde caput istud, aliud esse non possit nisi sancta Sedes & Ecclesia Romana quæ unitatis est centrum, indè sequitur sanctam Sedem nunquam non agnoscendam esse Ecclesiæ caput. Hinc est quòd cùm Liberius Arianismo consensit, Felix in ipsius locum suffectus est atque Liberii errorem secuta non sit Ecclesia Roma constituta. Et paulò post sic concludit idem Autor: *Etsi Papa dignitas minimè impediat quòminus in errorem labatur qui eam possidet; impedit tamen nè in eum incidat errorem qui Romanam Ecclesiam abduceret, eámque ab reliqui corporis communione rescindi faceret, quod nunquam accire potest.*

Le célébre M. Bossuet le plus profond & le plus exact des Théologiens du siécle dernier, n'est ni plus suspect ni moins précis que M. Nicole. On sçait la part qu'il eut à la fameuse assemblée du Clergé de France de 1682. & aux propositions qui y furent arrêtées. Ce fut cependant dans cette même Assemblée qu'il s'expliqua ainsi dans son Sermon, qui a été imprimé par ordre de cette Assemblée. Qu'on ne dise point que ce ministère de S. Pierre finisse avec lui; ce qui doit servir de fondement à une Eglise éternelle ne peut avoir jamais de fin. Pierre parlera toûjours dans sa Chaire; c'est ce que confirment six cens trente Evêques au Concile de Calcédoine.

Celebris Bossuetius omnium postremi seculi Theologorum profundissimus atque accuratissimus ut nobis perinde atque Nicolius suspectus esse non debet, ità non minùs apertè niridéque suos hâc de re sensus exponit. Nemo ignorat quæ illius fuerint partes in celebri Cleri Gallicani conventu an. 1682. & in promovendo propositionum negotio, quæ in eo sancitæ fuerunt. In eo tamen ipso Sermone quem ad hunc Cleri conventum habuit, quique illius ejusdem conventûs jussu publici juris factus est suam his verbis mentem aperit *nec quisquam dicat hoc Petri ministerium* (ut sit Ecclesiæ fundamentum) *cum ipso finitum fuisse. Æterna enim Ecclesia fundamentum æternum & ipsum esse debet. Petrus in suâ Cathedrâ semper loquetur. Id in Concilio Chalcedonensi sexcenti & triginta Episcopi confirmarunt.*

S. Paul, *dit encore au même lieu ce sçavant Prélat*, S. Paul étant revenu du troisiéme Ciel, vint voir Pierre, afin de donner la forme aux siècles futurs, & qu'il demeurât établi à jamais, que quelque docte, quelque saint qu'on soit, fût-on un autre S. Paul, il faut voir

S. Paulus, pergit eodem loco eruditus Antistes, *redux è tertio cœlo ad Petrum accessit, ut secuturis temporibus exemplum præberet, útque certum istud maneret, nempe sis quamlibèt doctus & sanctus, sis Paulus alter, ad Petrum accedere debes. . . . . . Roma*

in caput Religionis & Ecclesiæ prælecta, hâc ratione evadere debet propria sancti Petri Ecclesia. Sic Roma stabilita ac constituta fuit Cathedra æterna. Hæc Romana Ecclesia à Petro ejúsque Successoribus edocta hæresim non agnoscit. . . . sic Ecclesia Romana semper est Virgo. Fides Romana semper est Fides Ecclesiæ. Semper in eâ creditur quod creditum fuit. Id omnes ubique publicant; Petrúsque manet in suis Successoribus fidelium fundamentum. Id Christus ipse dixit, & immotâ Christi sententiâ, cœlum & terra transibunt.

Pierre. . . . Rome prédestinée à être le chef de la Réligion & de l'Eglise, doit devenir par cette raison la propre Eglise de S. Pierre; ainsi fût établie & fixée à Rome la Chaire éternelle. C'est cette Eglise Romaine, qui enseignée par S. Pierre & ses Successeurs, ne connoît point d'hérésie. . . . ainsi l'Eglise Romaine est toûjours vierge, la foi Romaine est toûjours la foi de l'Eglise. On croit toûjours ce qu'on a crû, la même voix retentit partout, & Pierre demeure dans ses Successeurs le fondement des Fidéles, c'est Jesus-Christ qui l'a dit. Le ciel & la terre passeront plûtôt que sa parole.

Itâ loquebatur egregius ille vir & divinam Cathedræ Petri perpetuitatem ipsis Christi verbis stabilitam demonstrando vobis annuntiabat, vobis, inquam, qui contra illam rebellatis, vos minimè alteratâ ejus soliditate, nec ejus duratione unquam interruptâ excessuros. Docebat vobis abeuntibus æternam illam Ecclesiam nullas in Fide suâ vices esse experturam, immotam eam futuram vos damnando; immotam eámque futuram post vestram etiam damnationem, ut ausûs vestri memoriam è terrâ deletam videat, de illóque triumphet, sicuti de novitatibus omnibus hactenus triumphare non cessavit.

Ainsi parloit ce grand homme, & en établissant la perpétuité divine de la Chaire de Pierre, fondée sur la parole de Jesus-Christ même, il vous annonçoit que vous, qui vous révoltez contre elle, vous passerez sans altérer sa solidité, & sans interrompre sa durée. Que vous passerez malgré les appuis qui vous soutiennent; que vous passerez sans que cette Eglise éternelle souffre la moindre variation dans sa foi: qu'elle subsistera en vous condamnant: qu'elle subsistera assez après votre condamnation, pour voir le souvenir de votre entreprise effacé de dessus la terre, & pour en triompher comme elle l'a fait jusqu'ici de toutes les nouveautés.

Tertius Autor de quo pariter nulla esse potest suspicio est celebris ille Launoius qui in unâ ex suis Epistolis in quâ Bellarmini de Romanorum Pontificum inerrantiâ opinionem exagitat, agnoscit tamen debitas Ecclesiæ Romæ fundatæ prærogativas & Cathedræ Apostolicæ indeficientem autoritatem. Plures pro suâ opinione Bellarminus sanctorum Patrum textus produxerat qui Eminentissimo Autori decretorii visi fuerant. Launoius singulis respondet eos esse non de Ro-

Troisiéme Auteur qu'on ne peut encore soupçonner, c'est le célébre M. de Launoy; dans une de ses lettres, où il combat l'opinion de Bellarmin de l'infaillibilité des Papes; il reconnoît les justes prérogatives de l'Eglise de Rome, & l'autorité perpétuelle de la Chaire Apostolique. Bellarmin avoit cité pour son sentiment plusieurs textes des Saints Péres qui lui paroissoient décisifs. M. de Launoy répond à chaque texte en particulier, qu'ils doivent être entendus, non du Pape, mais de l'Eglise de Rome & du Siége Apostolique.

mano Pontifice, sed de Ecclesiâ Romæ constitutâ & Sede Apostolicâ intelligendos.

Ainsi c'est de la foi du Siége Apostolique & de l'Eglise de Rome, qu'il explique ces paroles attribuées à S. Luce Pape & Martyr, qu'en vertu de la prière de Jesus-Christ pour Pierre, elle n'a jamais succombé aux hérésies.

C'est de l'Eglise de Rome, selon M. de Launoy, que Leon IX. a dit que la prière de Jesus-Christ pour Pierre a été si efficace, que sa foi n'a jamais manqué, & ne manquera jamais dans son trone.

C'est de l'Eglise de Rome, selon M. de Launoy, que le sçavant Pape Innocent III. a dit : qu'en vertu de la prière de Jesus-Christ, pour que la foi de Pierre ne manquât point, on porte au Siége de Pierre les causes majeures, & principalement celles qui touchent les articles de foi.

C'est de l'Eglise de Rome, selon M. de Launoy, que S. Bernard a dit : qu'il faut porter au Pape les causes de la foi ; parce que la foi doit être reparée dans le lieu même, où elle ne peut défaillir ; car à qui est-ce qu'il est dit, *continue le même Pere*, j'ai prié pour toi afin que ta foi ne défaille point.

Tous ces passages ne suffisent pas pour prouver l'infaillibilité du Pape, dit M. de Launoy ; mais il accorde que ces saints Docteurs ont parlez de l'Eglise Romaine & du saint Siége Apostolique, où par conséquent la foi ne manquera jamais, selon la Doctrine des saints Peres, commentés par ce Docteur François.

Ces réponses de M. de Launoy ont été adoptées par plusieurs de ceux qui ont écrit après lui, & qui ont traité la même matiére. On peut citer pour exemple le P. Alexandre & le Docteur Dupin, en par-

Sic de Sedis Apostolicæ & Ecclesiæ Romæ constitutæ fide intelligenda esse vult illa quæ S. Lucio Pontifici & Martyri tribuuntur verba *quod* nimirum *vi divinæ Christi pollicitationis dicentis : Ego* rogavi pro te, &c. *Ecclesia Romana hæreticis pravitatibus nunquam succubuerit.*

De Ecclesiâ Romæ constitutâ Leo IX, interprete Launoio, dixit : *eam Christi orationem* : Ego rogavi pro te Petre, &c. *adeò efficacem fuisse* ut *Petri fides nunquam defecerit neque unquam defectura sit in throno illius.*

De Ecclesiâ Romæ constitutâ, Launoio interprete, dixit Innocentius III. Pontifex Doctrinâ conspicuus : *virtute illius Christi orationis* : Ego rogavi pro te Petre, *majores causas & eas præsertim quæ articulos Fidei spectant ad Petri Sedem esse referendas.*

Ad Ecclesiam Romæ constitutam Launoius pariter refert hæc S. Bernardi verba : *oportet ad Summum Pontificem causas Fidei referri ut ibi fides resarciatur, ubi ea non potest sentire defectum : cui enim alteri dictum est*, prosequitur idem S. Doctor, *ego rogavi pro te, ut non deficiat Fides tua.*

Hæc omnia testimonia, inquit Launoius, ad stabiliendam Summi Pontificis inerrantiam minimè sufficiunt, sed ipse tamen fatetur hos sanctos Doctores de Ecclesiâ Romanâ ac Sede Apostolicâ locutos fuisse in quâ proinde Fides nunquam deficiet juxta sanctorum Patrum Doctrinam prout hanc Gallus iste Doctor interpretatur.

Has Launoii responsiones plures qui post ipsum in eodem argumento versati sunt adoptarunt, quos inter ex. gr. laudari possunt Nat. Alexander & Dupinius. Hic potissimum in

tractatu, ubi probare contendit errori obnoxios esse Pontifices, objectis respondens quæ ex S. Bernardi, Nicolai I. & Leonis IX. testimoniis eliciuntur, hæc habet notatu digna: *licèt Ecclesiam Romæ constitutam semper subsistere & à Fide non deficere necessarium sit, haud indè sequitur ejus Episcopum in errorem cadere non posse.* Et rursum *non loquitur Bernardus de personâ Papæ Romani sed de Sede Petri; ac proindè ex isto loco probari tantùm potest totam Ecclesiam Romæ constitutam non posse deficere; at immeritò concluditur Romano Pontifici idem competere privilegium.*

At non aliunde tutiùs quàm ex Gallicanis Episcopis accipere possumus legitimos sensus quos erga Sedem Apostolicam induere ac fovere debemus: quos certè ductores sequendo verendum non est nè præfixos limites transiliamus. Compertum est quam illi curam & vigilantiam in Cleri comitiis adhibuerint ut nostras libertates & principia quibus illæ nituntur defenderent ac tuerentur, ut sacra Episcopatûs jura sarcta tectáque servarent, & nè quid illis excideret quod ad sanctorum Patrum constantem omnium seculorum traditionem non omnino congrueret. Hæc me cogitatio compulit ad eorum hîc verba repræsentanda quibus sæpe in pluribus ejusmodi comitiis suam & quidem æquam erga Romanam Ecclesiam & Sedem Apostolicam venerationem testatam esse voluerunt.

ticulier le Docteur Dupin dans un traité, où il prouve la faillibilité des Papes, en répondant aux objections tirées de S. Bernard, de Nicolas I, de Leon IX, &c. il dit ces mots remarquables. Quoiqu'il soit nécessaire que l'Eglise de Rome subsiste toujours, & qu'elle ne perde point la foi, il ne s'ensuit pas delà que son Evêque ne puisse tomber dans l'erreur. *Et encore* S. Bernard ne parle point de la personne du Pape, mais du siége de Pierre; ainsi on peut prouver par ses paroles que toute l'Eglise de Rome ne peut périr, mais il n'en faut pas conclurre que le Souverain Pontife ait le même privilége.

C'est de la bouche des Evêques de France, que nous pouvons apprendre encore plus sûrement, mes T. C. F. les sentimens légitimes, que nous devons avoir pour le siége Apostolique, sans craindre que des guides si éclairés nous conduisent trop loin. On sçait qu'elle a été leur attention dans les assemblées du Clergé, à soutenir nos libertés & les principes qui leur servent d'appui, à conserver le droit sacré de l'Episcopat, & à parler toûjours sur des matières si importantes, en conformité des Saints Pères de tous les siècles. C'est ce qui m'engage à vous présenter ici, les termes dont ils ont exprimé plusieurs fois dans ces différentes assemblées, leur juste respect pour l'Eglise Romaine & pour le siége Apostolique

Conventus Melodunensis an. 1579. hanc Fidelibus omnibus credendi regulam proponit: *apertâ professione eam Fidem pronuntient quam sancta Romana Ecclesia Magistra, columna & firmamentum veritatis profitetur & colit; ad hanc enim propter suam principalitatem necessum est omnem convenire Ecclesiam.*

L'assemblée tenue à Melun en 1579. *propose à tous les Fidèles pour règle de leur croyance*, ce que croit & professe la sainte Eglise de Rome, qui est la maîtresse, & la colomne & l'appui de la vérité, parce que toute autre Eglise doit s'accorder avec celle-là, à cause de sa principauté.

En 1653. les Evêques de France au nombre de trente & un, écrivant au Pape Innocent X. rappellent en ces termes les sentimens de l'Eglise des prémiers siècles sur le même sujet : elle sçavoit bien que les jugemens rendus par les Papes, pour affermir la règle de la foi sur la consultation des Evêques (soit que leurs avis y soient inserés, soit qu'ils ne le soient pas, comme ils le jugent plus à propos) sont emanés de l'autorité souveraine que Dieu leur a donnée dans toute l'Eglise, de cette autorité à laquelle tous les Chrétiens sont obligés par le devoir que leur impose leur conscience, de soumettre leur esprit ; & cette connoissance ne lui venoit pas seulement de la promesse que Jesus-Christ a faite à S. Pierre, mais aussi de ce qu'avoient ordonné les Papes précédens, &c.

Anno 1653. triginta & unus regni Præsules in suis ad Innocentium X. literis primævæ Ecclesiæ hoc de argumento sensus in hæc verba cogunt : *perspectum enim habebat* (vetustæ ætatis Ecclesia) *non solùm ex Christi Domini nostri pollicitatione Petro factâ, sed etiam ex actis priorum Pontificum judicia pro sanciendâ regulâ Fidei à Summis Pontificibus lata super Episcoporum consultatione (sive suam in actis relationis sententiam ponant, sive omittant, prout illis libuerit) divinâ æquè ac Summâ per universam Ecclesiam autoritate niti, cui Christiani omnes ex officio ipsum quoque mentis obsequium præstare teneantur.*

L'assemblée de 1660. tient un langage conforme dans une lettre qu'elle écrit au Pape Alexandre VII. Les Prélats qui composoient cette Assemblée, parlent du siége Apostolique sous le nom de la montaigne Sainte, vers laquelle tous les Fidèles doivent tourner leurs yeux. C'est sur cette montagne, *ajoûtent-ils*, que, comme l'a dit saint Augustin parlant à son peuple, nous vous donnons la pâture, & nous la recevons nous-mêmes, & puisque c'est en ce lieu que le Seigneur enseigne, c'est-là aussi que nous avons résolus, selon le langage de Tertullien, de fixer notre croyance, de finir nos recherches, sans vouloir rien trouver au-delà.

Consona his sunt quæ conventus anni 1660. ad Alexandrum VII. scripsit. Hujus cœtùs Episcopi de Sede Apostolicâ loquuntur tanquam de monte ad quem omnes Fideles convertere oculos debeant ; addúntque : *in hoc monte nos ipsi pascimur (ut ait divus Augustinus ad populum suum) pascimur vobiscum & quia in eo Dominus docet, statuimus ibi secundùm verba Tertulliani finem quærendi, stationem credendi, expunctionem inveniendi.*

En 1663. on voit le même langage & le même esprit, dans la lettre circulaire que les Evêques assemblés adressérent à tous les Archevêques & Evêques du Royaume, on lit ces paroles : la soumission que nous avons accoûtumé de rendre au saint Père, est comme l'héritage des Evêques de France.... c'est le point solide de notre

Anno 1663. perspicere est easdem loquendi formulas ex eodem spiritu profectas in encyclicis literis quas Episcopi in unum coacti ad regni totius Archiepiscopos direxerunt. In eis hæc verba leguntur : *obedientia quam sanctissimo Patri* (R. Pontifici) *pro more nostro exhibemus, est veluti avita*

Gallicanorum Antistitum hereditas... Eadem est solidum gloria nostra caput quo & Fides nostra invicta, & nostra autoritas infallibilis efficitur (loquuntur de infallibilitate quæ ex Episcoporum cum Sede Apostolicâ consensione resultat) *cùm utramque* (Fidem & autoritatem nostram) *religionis centro indivulsè annexam retinemus, cúmque Petri Cathedra tùm Fide tùm disciplinâ in unitate Spiritûs Ecclesiastici adhæremus, tunc portæ inferi prævalere nequeunt adversùs autoritatem omnibus tenebrarum potestatibus adeò formidandam.*

gloire, qui rend notre foi invincible & notre autorité infaillible (*ils parlent de l'infallibilité qui résulte du concert des Evêques avec le saint Siége.*) Lorsque nous tenons l'une & l'autre inséparablement attachées au centre de la Réligion, en nous liant au siége de saint Pierre pour la croyance & la discipline dans l'unité de l'esprit de l'Eglise, les portes de l'enfer ne sçauroient prévaloir contre une force si rédoutable à toutes les puissances des ténébres.

Cœtus an. 1682. licèt eas statuerit propositiones pro quibus partim habitus est, ab iis tamen non recessit æquis erga Sedem Apostolicam obsequii sensibus quorum cœtus anteriores tam splendida dederant testimonia. imò congregati Præsules de hominibus illis amarè conqueruntur qui *sacrarum Ecclesiæ Gallicanæ libertatum obtentu primatum B. Petri ejúsque Successorum Romanorum Pontificum à Christo institutum, iisque debitam ab omnibus Christianis obedientiam Sedísque Apostolicæ in quâ Fides prædicatur & unitas servatur Ecclesiæ reverendam omnibus gentibus majestatem imminuere non verentur.*

L'Assemblée de 1682. en établissant les propositions qui en firent en partie le sujet, n'oublia point ces justes sentimens de respect pour le siége Apostolique, dont les assemblées précédentes avoient donné de si illustres témoignages ; les Evêques se plaignent même de ceux qui abusant des libertés légitimes de l'Eglise Gallicane, affoiblissent, sous prétexte de les défendre, la primauté donnée par Jesus-Christ à S. Pierre, & aux souverains Pontifes ses Successeurs, & l'obéïssance qui leur est dûë par tous les Chrétiens, & qui diminuent la majesté du siége Apostolique, par lequel l'unité de l'Eglise se conserve, & dans laquelle la foi est annoncée.

Comitia Cleri an. 1700. è re esse judicarunt in acta referre narrationem rerum quæ in damnatione libri *des maximes des Saints* acciderant. In eâ narratione post Archiepiscopi Cameracensis Mandatum quod integrum ibi refertur hæc verba leguntur : *Ecclesiæ inimicos stupore perculsit mutatio Cameracensis Archiepiscopi tam subita.... verùm Ecclesia quæ novit gratiam obedientiæ annexam, agnovit in hoc Archi-Præsulis obsequio naturalem Christianæ humilitatis ac subordinatio-*

L'assemblée du Clergé tenue en 1700. jugea à propos d'insérer dans le Procès-verbal, une rélation de ce qui s'étoit passé auparavant dans la condamnation du livre des maximes des Saints. C'est dans cette rélation, où après le Mandement de feu M. l'Archevêque de Cambray, qui est rapporté, on lit ces paroles : Les ennemis de l'Eglise parurent surpris d'un changement si soudain.... mais l'Eglise qui sçait la grace attachée à l'obéïssance, reconnut dans la soumission de cet Archevêque un effet de l'humilité Chré-

tienne, & de la subordination Ecclésiastique. Il y a un premier Evêque, il y a un Pierre préposé par Jesus-Christ même à conduire tout le troupeau. Il y a une Mère Eglise, qui est établie pour enseigner les autres, & l'Eglise de J. C. fondée sur cette unité, comme sur un roc immobile, est inébranlable.

nis Ecclesiastica effectum; nempè unus est primus Episcopus, unus adest Petrus toti gregi regendo à Christo ipso prapositus. Una est Mater Ecclesia ceteris docendis instituta, atque Jesu Christi Ecclesia super hanc unitatem fundata tanquam super Petram immotam est inconcussa.

En remontant de siécles en siécles, on trouve dans l'Eglise de France, & dans les Auteurs les plus attachés à nos libertés, les mêmes principes & le même langage. On en trouve même qui paroissent avoir été peut-être trop loin, & dont j'omets à dessein les témoignages. Tel est celui des Seigneurs François écrivans à Clement V. pour lui demander la condamnation de la mémoire de Boniface VIII. Celui de Jean de Paris, Théologien du même siécle, si célébre pour avoir soutenu les droits de Philippe le Bel, contre les entreprises du Pape Boniface. Celui de l'Evêque de Meaux parlant au Consistoire à Eugéne IV. au tems du Concile de Florence, au nom du Roi Charles VII. dont il étoit Ambassadeur. Ces témoignages pourroient paroitre trop forts, en ce qu'ils semblent attribuer au Pape même ce que les autres que nous avons cités, disent si expressément de l'Eglise de Rome & du siége Apostolique, je passe aux deux célébres Cardinaux Pierre d'Ailly & Nicolas de Cusa.

Si gradatim præcedentia secula decurramus Ecclesiam Gallicanam comperiemus, Autoresque juribus nostris & libertatibus in primis addictos eadem passim inculcare principia, iisdemque verborum formulis uti. Occurrent etiam qui ultra fortè quam par est progredi videntur, quorum propterea testimonia datâ operâ omittimus. Ejusmodi est illud Gallorum procerum in Epistolâ ad Clementem V. pro eliciendâ ab eo Bonifacii VIII. damnatione : illud Joannis Parisiensis ejusdem ævi Theologi cujus celebre est nomen ob propugnata jura Philippi Regis adversùs ejusdem Bonifacii ausus : illud Meldensis Episcopi in oratione ad Eugenium quartum habitâ Caroli VII. nomine cujus erat orator, cùm Florentina Synodus celebraretur. Hæc testimonia ultra quam par est efferri videntur quoniam id ipsis Romanis Pontificibus adserere ac vindicare videntur quod alia nobis exscripta tam disertè de Ecclesiâ Romæ constitutâ & Sede Apostolicâ adfirmant (*hoc est ejus in retinendâ Fide indeficientem & immobilem firmitatem*). Duorum ergo celebrium Cardinalium Petri Alliacensis & Nicolai Cusani testimonia subjicio.

Celui-ci dans l'ouvrage de la Concordance Catholique, qu'il dédie au Concile de Bâle, & qu'il soumet à la censure de ce Concile, soutient avec force la supériorité du Concile général sur les Papes. Il soutient de même, que ceux-ci sont faillibles, & que quelques-uns d'entre-eux sont tombés dans l'erreur, comme Liberius & Honorius. Mais il enseigne en même tems que

Hic in opere concordantiæ Catholicæ quod Basileensi Synodo obtulit & ejusdem Synodi censuræ, subjecit, Concilii generalis supra PontificemR. autoritatem propugnat. Quin & Pontifices ab errore tutos non esse docet, imò & eorum aliquos uti Liberium & Honorium in errores incidisse. At simul docet Cathedram Romanam,

Cathedram

Cathedram Petri nunquam posse deficere.

Statim ait *unam è dotibus Ecclesiæ esse ut primam Cathedram habeat, istam verò esse Petri Cathedram*, addit quòd licèt aliqui ut Liberius & Honorius in Cathedrâ Petri aliquandiù Sedentes in errorem & Schisma seducti cecidetint, Sedes tamen absque vitio *remansit*. Et tandem concludit *Cathedram hanc indefectibiliter duraturam esse usque ad consummationem seculi*.

Cardinalis Petrus Alliacensis fuit, ut omnibus notum est, unus è celebetiotibus nostrarum libertatum defensoribus tempore Concilii Constantiensis, sictamen loquitur in suo contra ettores Montesoni scripto: *ad primam Sedem Apostolicam pertinet autoritate judiciali supremâ circa ea quæ sunt Fidei judicialiter* (id est, interprete Languetio, deffinitivè & ultimo judicio: *en dernier ressort.*) *Definire, quia Fides primæ Sedis nunquam deficit. De hâc sanctâ Sede in personâ Petri in eâ Sedentis dictum est*: Ego rogavi pro te, ut non deficiat Fides tua.

Si in anteriotibus seculis solidæ pariter non desunt libertatũ nostrarũ probationes, in his eumdem inveniemus etiam spiritum eadémque principia ut ex testimoniis quæ nobis suppeditat ævum Caroli Magni atque Hincmari facilè percipitur. Primus ità loquitur in libris ipsius nomen præseferentibus: *Ecclesia Romana ceteris Ecclesiis à Domino prælata ab omnibus Fidelibus consulenda est, præsertim cùm non ab aliis scripturis nisi ab his quas illa inter Canonicas recipit testimonia sint sumenda: nec aliorum Doctorum nisi eorum qui à Gelasio vel aliis illius sanctæ Sedis Pontificibus suscepti sunt dogmata sunt amplectenda. Hæc sancta Fidei spiritualibus munita armis horren-*

la Chaire Romaine, la Chaire de Pierre ne peut manquer.

Il dit d'adord que c'est *une des proprietés de l'Eglise, d'avoir une Chaire première, & que c'est celle de Pierre.* Il ajoûte, *qu'encore que quelques-uns assis dans cette Chaire de Pierre, comme Liberius & Honorius, soient tombés dans l'erreur & dans le schisme, toutefois la Chaire est demeurée sans tache.* Enfin il conclud, *que cette Chaire doit durer immanquablement jusqu'à la consommation des siécles.*

Le Cardinal Pierre d'Ailly a été, comme tout le monde sçait, un des plus célébres défenseurs de nos libertés, au tems du Concile de Constance. Voici cependant comment il parle dans son écrit contre les erreurs de Montesson : Il appartient au premiet Siége Apostolique de prononcet en dernier ressort sur les points qui regardent la foi, parce que la foi du premier Siége ne manque jamais; c'est de ce Siége saint dont il a été dit en la personne de saint Pierre, qui y présidoit: *j'ai prié pour toi, afin que ta foi ne défaille point.*

Si dans les siécles antérieurs nous trouvons encore des preuves solides de nos libertés, nous y trouvons aussi le même esprit & les mêmes principes; le siécle de Charlemagne & d'Hincmar, nous en fournit des témoignages. Le premier parle ainsi dans les livres qui portent son nom : L'Eglise Romaine, élevée au-dessus de toutes les autres Eglises, doit être consultée par tous les autres Fidéles, d'autant plus qu'on ne reconnoit pour écriture Canonique que celle que cette Eglise reçoit, & qu'on ne connoit de Docteurs, que ceux dont les ouvrages ont été reçus par Gelase & par les autres Souverains Pontifes. C'est elle qui munie des armes de la foi, a résisté aux monstres de l'hérésie, & présente à toutes les Eglises Catholiques la coupe sa-

lutaire de la Doctrine, par le ministère de la Prédication. C'est de cette Eglise que toutes les autres Eglises Catholiques doivent attendre du secours pour fortifier leur foi, puisqu'elle n'a ni tâche, ni ride, qu'elle foule aux pieds l'erreur, & qu'elle fortifie la foi dans l'esprit des Fidèles; si beaucoup se sont séparés de sa Communion, notre Eglise (*de France*) ne s'en est jamais écartée, &c.

dis atrocibúsque Heresum obstitit monstris & mellifiua Prædicationis pocula Catholicis per orbem ministrat Ecclesiis. Omnes Catholicæ debent observare Ecclesia ut ab eâ post Christum ad muniendam Fidem adjutorium petant quæ non habens maculam nec rugam portentosa heresum capita calcat & Fidelium mentes in Fide corroborat, à cujus sanctâ Communione multis recedentibus nostra tamen partis nunquam recessit Ecclesia (Hoc est Ecclesia Gallicana) &c.

Hincmar, ce défenseur zélé de la Souveraineté de nos Rois, de leur indépendance, & de nos libertés, n'est pas moins précis. Il suffit, *dit-il*, aux personnes pieuses & Catholiques de s'en tenir à ce qu'enseigne l'Eglise de Rome, Eglise Sainte, Catholique, Apostolique & la Mère des autres Eglises. *Un peu plus haut il avoit dit :* Nous suivons ce qu'enseigne la sainte Eglise de Rome, c'est Elle qui nous a engendré dans la foy, qui nous a nourris du lait de la Catholicité, qui nous a fortifiés par cette solide nourriture qui vient du Ciel, qui nous a perfectionnés par sa discipline salutaire, qui nous a formés à instruire les autres, & qui avec l'aide de Dieu nous a élevés au ministère de la parole, & sur la Chaire de la vérité.

Hincmarus, studiosus ille defensor supremæ nullique subditæ in temporalibus Regum nostrorum autoritatis atque libertatum nostrarum, suam non minùs clarè hâc in re mentem aperit : *Piis* inquit *devotis atque Catholicis hoc debet sufficere quod omnium Ecclesiarum Mater Sancta Catholica atque Apostolica docet Romana Ecclesia.* Paulò suprà dixerat *: Nos sequimur quæ Catholica & Apostolica nos docet sancta Romana Ecclesia quæ nos in Fide genuit, Catholico lacte aluit, uberibus Cœlo plenis ad solidum cibum nutrivit, disciplinâ orthodoxâ ad perfectum virum perduxit & ad alios instruendos suâ probatione instituit, atque in doctrinali Cathedrâ fautore & adjutore Domino, sublimando Constituit.*

Je n'ai cité jusqu'ici que des Auteurs François, & des Auteurs déclarés pour nos libertés, & des Auteurs, qui la plûpart ont parlez si nettement sur l'autorité de cette Eglise Apostolique, & sur la pureté de sa foi, dans le tems & dans les ouvrages mêmes où ils défendoient expressément ce que nos écoles soutiennent depuis si long-tems contre les Théologiens Ultramontains.

Haud alios hactenus laudavi scriptores quàm Gallos & ex Gallis eos ferè qui tam nitidè de hujus Ecclesiæ Apostolicæ autoritate ejúsque Fidei puritate loquuti sunt in eis ipsis operibus, in quibus datâ operâ propugnabant quæ Scholæ nostræ à multo tempore adversùs Theologos ultra montes positos tuentur. Non est opus ut ad superiora secula recurrendo vetustioris ævi monumenta executiamus quibus sanctorum Patrum cum nostrorum autorum testimoniis concentum demostremus. Nam Patrum textus hùc pertinentes nullus ignorat.

Si je m'abstiens de chercher en remontant plus haut, dans les monumens des prémiers

Non aliorum ergo veterum Patrum textus producam, quàm Tertulliani

& Irenæi, prout eos ipse Quesnelius refert & interpretatur in aliquo è sui operis, quod in sui defensionem elucubravit; ut nostrorum certitudinem principiorum ex iis ipsis intelligatis quorum profectò è re esset ea prorsus convellere aut saltèm elevare. Quis ambigat, inquit Quesnelius de Sede Apostolicâ loquens, quin Apostolica traditio in his Ecclesiis matricibus & originalibus reperiatur: *constat proinde*, inquit Tertullianus, *omnem Doctrinam, quæ cum illis Ecclesiis Apostolicis, matricibus & originalibus Fidei conspiret, veritati deputandam, quippè quæ exprimat quod Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo accepit.* Et quoniam Ecclesia Romana ab Apostolorum Principibus condita est; constat juxta S. Irenæi verba, qui ad nos vigentem in Ecclesiis Orientis matricibus & originalibus traditionem adtulit, quòd *ad Romanam Ecclesiam propter potiorem principatum, necesse est* in Doctrinâ Fidei *omnem convenire Ecclesiam.* Ipsa est dubio procùl harum Ecclesiarum Principes, quas Matrices & Originales Fidei Tertullianus appellat; *à quibus*, ut idem ait, *traducem Fidei & semina Doctrinæ ceteræ Ecclesiæ exinde mutuata sunt, & quotidie mutuantur, ut Ecclesiæ fiant.*

siècles, de quoi montrer la concorde des saints Pères, avec les témoignages des Auteurs de notre Nation, c'est que ces textes des saints Pères ne sont ignorés de personne.

Je me borne seulement à rapporter ici les textes de Tertullien & de S. Irénée, tels que le P. Quesnel les rapporte, & les paraphrase lui-même dans un des Ouvrages qu'il a écrit pour sa défense; vous reconnoîtrez la certitude des principes par l'aveu même de ceux qui ont le plus d'intérêt de les combattre: Qui doute, dit Quesnel, en parlant du saint Siége, qu'on ne trouve la tradition Apostolique dans ces Eglises Primitives? Il ne faut pas douter, *dit Tertullien*, que toute Doctrine qui s'accorde avec ces Eglises Apostoliques, qui sont les Eglises Matrices & Originales de la foi, ne doive être cruë véritable, *comme contenant ce que les Eglises ont reçû des Apôtres, les Apôtres de Jesus-Christ, & Jesus-Christ de Dieu son Père, & comme l'Eglise Romaine a été fondée par les deux prémiers Apôtres; il est certain, selon ces paroles si respectables du grand S. Irénée, qui nous a apporté la tradition des Eglises Matrices & Originales de l'Orient*, que toute l'Eglise doit convenir avec l'Eglise Romaine, (*dans la Doctrine de la foi*) à cause de l'excellence de l'autorité, de la grandeur de son origine au-dessus des autres Eglises. *Ad quam Romanam Ecclesiam propter potiorem principatum, necesse est omnem convenire Ecclesiam. Elle est sans doute la principale des Eglises Matrices & Originales de la foi, fondée par les Apôtres, d'où les vaisseaux de la foi & les sémences de la vraye Doctrine, sont venuës aux autres Eglises, & d'où les autres les reçoivent de jour en jour pour devenir des Eglises*, à quibus traducem Fidei, & semina Doctrinæ ceteræ exinde mutuatæ sunt, & quotidie mutuantur, ut Ecclesiæ fiant.

En ipse Quesnelius, qui vestram, & suam damnationem pronuntiat; sententiámque ab ipso pronuntiatam omnium seculorum Patres, omnésque Gallici auctores, de quibus nulla potest esse suspicio, unanimi calculo

Voilà Quesnel lui-même qui vient de prononcer votre condamnation & la sienne; qui la prononce en conformité de tous les siècles, de tous les saints Pères, de tous les Auteurs François les moins suspects. Entendez ce qu'il vous plaira sous le nom du saint Siége Apos-

tolique, de l'Eglise de Rome, de cette Eglise Mère qui a enfanté les autres Eglises, & qui est leur première Maitresse, qui les a instruites dans la foi : il faut convenir aujourd'hui, qu'en quelque sens que vous preniez ces mots, tous dans cette Eglise est contre vous. Les Cardinaux unis à leur Chef prononcent contre le livre, & les 101. propositions que vous défendés, le même Anathème que le S. Père ; la Constitution devient leur ouvrage, pour ainsi dire, aussi bien que celui du Vicaire de J. C. les divers témoignages qu'ils rendent, tantôt en corps, & tantôt separément, vous sont connus. Tous les Ordres de l'Eglise qui sont dans cette Capitale du monde Chrétien, souscrivent avec respect au jugement du S. Père, aucun ne réclame, ne proteste, n'appelle avec vous. Un seul de ses membres l'a fait, & tous les autres en gemissent. Reste à vous demander à présent à vous, qui dites si hardiment que cette Constitution renverse la Foy, la Morale & la Discipline *à vous qui y trouvés, dites vous*, des erreurs *intolérables*, *à vous qui dites* qu'elle excite les gémissemens des gens de bien,& les insultes des Hérétiques; *reste, dis-je, à vous demander, comment vous accorderez ces prétentions, avec ce que la tradition nous apprend de la pureté perpétuelle de cette Eglise? Le siége Apostolique* où la foi ne défaillit point, *a donc accepté ce qui détruit la foi? Cette Eglise* qui ne tombe dans aucune erreur, *est donc devenuë l'Evangeliste même de l'erreur? Cette Eglise* qui ne s'écarte point de la foi, quand même son Evêque s'en écarteroit, *a donc adhéré au renversement de la Foi?*

confirmant, quæcumque à vobis adimplendâ horumce nominum ideam, *sancta Sedes, Sedes Apostolica, Ecclesia Romana, Ecclesia quæ ceterarum Mater eas genuit, & veluti Magistra eas imbuit*, excogitentur; omnia proinde vobis adversantur. Sacer purpuratorum Patrum Senatus suo capiti adhærens, idem adversùs librum & 101. Propositiones, quas vos præfractè defenditis, quod S. Pater Anathema intorquet : Constitutio perinde ad eos pertinet, ut ità loquar, atque ad ipsum Jesu Christi Vicarium : testimonia, quæ tùm conjunctim, tùm singulatim ab eis identidem reddita sunt, vobis optimè comperta sunt atque explorata. Omnes Ecclesiæ ordines, qui in hâcce Christiani Orbis Metropoli resident, Pontificis judicio debitâ veneratione subscribunt, nemo reclamat, nemo protestatur, nemo vobiscum appellat, dempto uno, qui aliorum gemitus provocavit. Superest ergo ut à vobis petam, qui tàm audacter pronuntiatis, Constitutione *Unigenitus* Fidem, Doctrinam moralem, ac disciplinam everti, errores in eâ intolerabiles contineri, eamque ciere tùm proborum gemitus, tùm contumelias Hæreticorum; superest, inquam, ut à vobis petam, qua ratione quæ tam furiosè à vobis jactantur, cum iis concilietis, quæ de Ecclesiæ Romanæ perpetuâ puritate constans traditio docet? Ergóne Sedes Apostolica, *in quâ nunquam Fides deficit?* Id recipit & amplectitur, quo Fides evertitur? Ergóne Ecclesia illa quæ *in nullum unquam errorem incidit*, erroris promulgatrix effecta est? Ergóne Ecclesia illa *quæ à Fide nunquam declinat*, aberrante ipso ejus Episcopo; Fidei jacturæ consensit?

Cette Chaire où Pierre parlera toujours, & dont le ministère est éternel, *est donc aujourd'hui une Chaire d'erreur, où l'on prêche avec applaudissement la ruine* du

Ergòne Cathedra illa, *in quâ semper Apostolorum Princeps loquitur, & cujus æternum est ministerium*, in Cathedram erroris evasit, in quâ liberè

prædicetur, quo primum divinæ legis præceptum fundirus labefactatur? Quid ad hæc, quæso, vobis responsi suppetit?

Sed præterea petere à vobis debemus, quî cum hâc Ecclesiâ *conveniatis*, cujus errores ut dicitis *proborum omnium gemitus excitant*? demum enim, ut ex Irenæo accepistis, *ad hanc Ecclesiam necesse est omnem Ecclesiam*, & quidem ut ipse Quesnelius interpretatur, *in Doctrinâ Fidei convenire.* Necesse est ut aliæ omnes Ecclesiæ *ex eâ quotidie vera Doctrina semina mutuentur, ut Ecclesiæ fiant.* Ab eâ vos tamen veram Doctrinam minimè hauritis, qui eam, quam vobis exhibet, erroris & falsitatis insimulatis. *Neque in Fidei Doctrinâ cum illâ convenitis*, quoniam decretum, quod illa suscipit ac tuetur, veram Fidem destruere, obscurare & evertere dictitatis; enimvero quæ tandem *conventio Christi ad Belial*, vel erroris cum veritate? Demonstratum igitur manet quod statim asseruimus. Pro vobis non stat centrum unitatis Catholicæ, autoritas Apostolicæ Cathedræ sinè quâ tamen nulla unquam societas veram Ecclesiam se meritò dicere, aut veræ Ecclesiæ membrum esse poterit.

prémier Commandement de Dieu? *Répondez, si vous le pouvez?*

Mais il faut vous demander encore, comment vous convenez *avec cette Eglise, dont les* égarémens, *dites-vous*, font gémir tous les gens de bien; *car enfin, vous venez de l'entendre. S. Irénée l'a dit, & Quesnel après lui.* Il faut que toute l'Eglise convienne avec cette Eglise Romaine, *& qu'elle y convienne, comme le P. Quesnel l'a dit lui-même*, dans la Doctrine de la Foi. *Il faut que toute autre Eglise reçoive de celle-là* de jour en jour la vraye Doctrine, pour être de la véritable Eglise; *cependant vous ne la recevez pas d'elle, cette vraye Doctrine, puisque vous accusez de fausseté & d'erreur la Doctrine qu'elle vous présente;* vous ne convenez pas avec elle dans la Doctrine de la Foi, *puisque vous dites que le décret qu'elle reçoit, détruit, obscurcit & renverse la vraye Foi. Car enfin*, quelle convention de Jesus-Christ & de Bélial, *& de l'erreur avec la vérité? Voilà donc la démonstration de ce que j'ai avancé d'abord, vous n'avez point pour vous le centre de l'unité Catholique, l'autorité de la Chaire Apostolique, sans laquelle néanmoins jamais aucune Société ne pourra se dire, ni la vraye Eglise, ni même être de la vraye Eglise, & en faire partie.*



N°. IV.

Extrait de l'Instruction Pastorale de M. de Fenelon, Archevêque & Duc de Cambrai, pour l'acceptation de la Bulle Unigenitus, *donnée le 29. Juin* 1714.

Excerptum ex Documento Pastorali D. Fenelonii, Archiepiscopi & Ducis Cameracensis, pro acceptatione Bullæ *Unigenitus*, dato die 29. Junii an. 1714.

N°. VI.

Pendant que S. Augustin parloit ainsi à tout le puissant parti de Pélage, comment est-ce que le saint Pontife Zozime écrivoit aux très-nombreux Evêques de l'Eglise d'Afrique? Quoique la tradition des Pères, *disoit-il*, ait attribué au siége Apostolique une si grande autorité que personne ne dispute sur son jugement.... vous ne l'ignorez pas, mes très-chers Frères, & vous devez, comme Evêques le sçavoir; cependant quoique nous ayons tant d'autorité, que personne ne puisse retoucher notre jugement, nous n'avons néanmoins rien fait, qu'en vous le communicant volontiers par nos Lettres. C'est ce que nous avons bien voulu donner à la fraternité, &c. *De quels anathèmes ce Pontife n'eût-il pas foudroyé le P. Quesnel & tout son parti, s'il leur avoit oui dire :* la Constitution renverse de fond en comble la vraye foi. Recevrons-nous les définitions fausses? Feronsnous des hérésies, de peur qu'il n'arrive un schisme, & anéantirons-nous la vérité, c'est-à-dire, Jesus-Christ même? ... Lorsque nous ne voudions point accepter les décisions (*du Pape*). Il n'a ni le droit, ni le pouvoir de nous les faire accepter.

Dum S. Augustinus formidandam Pelagii factionem ità alloquebatur; quibus nam verbis Zozimus Pontifex Maximus ad numerosos Africanorum Episcoporum cœtus scribebat? *Quamvis*, inquiebat, *Patrum traditio tantam Sedi Apostolicæ autoritatem tribuerit, ut nullus de ipsius judicio disputare audeat.... id vos certè non ignoratis, Fratres Charissimi, nec idem vos, cùm sitis Episcopi, latere debet; licet inquam tantam nos autoritatem habeamus, ut nullus, judicium nostrum retractare possit, tamen nil hâc in re statuere voluimus quod per Epistolas nostras vobis libenter non communicaverimus Cupientes in eo fraternitatibus vestris dare specimina nostra, &c.* Quibus non igitur anathematibus Quesnelium ipsiúsque sectatores onerasset Pontifex iste, si illos sic loquentes audisset : *Constitutio* (Pontificia) *veram Fidem funditus evertit ac profundat. An falsas admittemus definitiones? Hæreses-ne procreabimus, nè schisma adoriatur? An ne veritatem, id est, Jesum Christum ipsum delebimus? ... Cum decisiones Summi Pontificis acceptare nolemus, neque jus neque potestatem habet ille nos ad eas acceptandas adigendi.*

C'est suivant ce principe que le saint Pontife Hormisdas ne croyoit point excéder les

Eo nixus Doctrinæ capite (nimirum judicia R. Pontificis à nemine

retractari posse) sanctus Hormisdas R. Pontifex suæ potestatis limites transilire non arbitrabatur cùm Schismaticos ut ad Ecclesiæ communionem admitterentur, atque alios etiam Episcopos, ne excepto quidem Constantinopolitano, ut de illorum orthodoxiâ sibi constaret, subscribere cogebat huic formulario. *Prima salus est recta Fidei regulam custodire & à Patrum traditione nullatenus deviare; quia non potest Domini nostri Jesu Christi prætermitti sententia dicentis :* Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. *Hæc quæ dicta sunt rerum probantur effectibus, quia in Sede Apostolicâ immaculatâ est semper servata Religio. Unde sequentes in omnibus Apostolicam Sedem & prædicantes ejus omnia Constituta, spero ut in unâ communione vobiscum quam Sedes Apostolica exigit esse merear, in quâ est integra & verax Christianæ Religionis soliditas. Promitto etiam sequestratos à Communione Ecclesiæ Catholicæ, id est, non in omnibus consentientes Sedi Apostolicæ, eorum nomina inter sacra me non recitaturum esse mysteria. Si autem mihi contingat aliquid dubium & incertum aggredi quod huic meæ declarationi non congruat, jam tunc memet agnosco ipso meo judicio illorum consortem & socium quos hîc condemno.*

Avertat Deus ut actus tam solemnis cuï Episcopi Schismatici subscribere tenebantur ut ad Ecclesiæ unitatem redirent unquam habeatur tanquam inanis Sermo & otiosus, aut adulatoriè prolatus qui nil ratum fixum ac serium significet. Hîc, hîc agitur de ipsâ Filii Dei pollicitatione Petro factâ cujus veritas seculorum omnium eventibus comprobatur *Catholicam* nimirum *Religionem in Sede Apostolicâ integram & illibatam servari.* Hanc

bornes de son pouvoir, en faisant signer les Schismatiques pour leur reunion, & même pour les autres Evêques, sans en excepter celui de Constantinople, pour s'assurer qu'ils n'étoient point Schismatiques, le formulaire que voici. Le premier point pour le salut, c'est d'observer la règle de la Foi, & de ne s'écarter en rien de la tradition des Pères. Car on ne peut perdre de vûë cet Oracle de *Jesus-Christ* : Tu es Pierre, & sur cette pierre je fonderai mon Eglise. Ces paroles sont vérifiées par l'événement, puisque la Réligion Catholique a été toujours inviolablement conservée dans le siége Apostolique, c'est pourquoi nous suivons en tout le siége Apostolique & nous enseignons tout ce qu'il a décidé. Par conséquent j'espère que je ferai avec vous dans la même Communion que ce Siége demande, & dans laquelle se trouve l'entière & parfaite solidité de la Réligion Chrétienne. Nous promettons aussi que nous ne nommerons point dans les sacrés mystères ceux qui sont privés de la Communion de l'Eglise Catholique, c'est-à-dire, qui ne sont pas unis de sentimens en tout avec le siége Apostolique. Que s'il m'arrive de tenter quelque chose de douteux, par rapport à ma déclaration présente, je me reconnois aussi-tôt par ma propre condamnation, complice de ceux que je condamne ici.

A Dieu ne plaise qu'on prenne jamais un acte si solemnel, par lequel les Evêques Schismatiques revenoient à l'unité, pour un compliment vague, & flateur, qui ne signifie rien de précis, & de serieux. Il s'agit ici de la promesse du Fils de Dieu faite à St. Pierre, qui se vérifie *de siècle en siècle par les événemens. Quels sont ces événemens? C'est que* la Réligion Catholique se conserve inviolablement toute *pure* dans le siége Apostolique. *C'est que* cette Eglise, *comme nous l'entendrons bientôt dire à M. Bossuet, Evêque de*

Maux, est toujours vierge, *que* Pierre parlera toujours dans sa Chaire, *& que* la foi Romaine est toujours la foi de l'Eglise? *C'est que quand on demeure* dans sa Communion, on tient l'entière & parfaite solidité de la Réligion Chrétienne. *C'est qu'il n'y a point de différence entre ceux* qui sont privés de la Communion de l'Eglise Catholique, *& ceux* qui ne sont pas unis de sentimens *en tout* avec ce Siége. *Ainsi quiconque contredit la foi Romaine, qui est le centre de la tradition commune, contredit celle de l'Eglise entière. Au contraire quiconque demeure uni à la Doctrine de cette Eglise* toujours vierge, *ne hasarde rien pour sa foi. Cette promesse quoique générale, quoiqu'absolue dans une profession de foi, n'a rien de téméraire, ni d'excessif pour les Evêques mêmes qu'on oblige de la signer dans leur réunion. Gardez-vous donc bien, mes très-chers Frères, d'écouter ceux qui oseront vous dire que le Formulaire du Pape Hormisdas, fait il y a douze cent ans, pour remédier au schisme d'Acace, n'étoit qu'une entreprise passagère du Siége de Rome. Cette décision de foi si décisive pour l'unité, fut renouvellée par Adrien II. plus de trois cent ans après, pour finir le schisme de Photius, & elle fut universellement approuvée dans le huitième Concile général. Il y est dit que* la Doctrine Catholique a été toujours conservée sans tâche dans ce Siége. *Chaque Evêque y promet de ne se séparer*, ni de sa Foi, ni de sa Doctrine, mais de suivre principalement *en tout* les décisions des Pontifes de ce siége, *voici la conclusion du Formulaire.* Moi Evêque d'une telle sainte Eglise, j'ai souscrit de ma propre main à cette profession, & je l'ai présentée un tel jour par le ministère de vos Légats, à vous Très-Saint; Très-Heureux, & Evangélique Seigneur Suprême, & universel le Pontife Adrien, &c. *C'est à cette condition que les Evêques revenoient à la sainte unité, c'est à ce prix qu'ils étoient*

nimirum Ecclesiam, ut Bossuetius Meldensis Episcopus mox declarabit, *semper esse virginem. Petrum in suâ Cathedrâ semper locuturum esse, ac Fidem Romanam semper futuram Ecclesiæ Fidem.* In eo pariter actu tam solemni nitidè declaratur *integram & plenam Christianæ Religionis soliditatem tunc teneri quando Sedis Apostolicæ Communio possidetur* nec aliquod esse discrimen inter eos *qui Ecclesiæ Catholicæ Communione carent* & eos *qui in omnibus non consentiunt Sedi Apostolicæ.* Itaque Fidei Romanæ quæ traditionis Communis est centrum, qui contradicit ille Ecclesiæ universalis Fidei contradicit. E contra nil in Fide periclitatur qui Doctrinæ hujus Ecclesiæ *quæ semper est virgo* adhæret. Hæc promissio quæ in Fidei professione fiebat (nimirum in omnibus consentiendi Sedis Apostolicæ Doctrinæ) licèt generalis & absoluta nil temerarium habet, nil immoderatum respectu etiam ipsorum Episcoporum à quibus subsignari illa debet, cùm ad Ecclesiæ unitatem admittuntur. Cavete igitur, Fratres Charissimi, illos auscultetis qui contendere audebunt Papæ Hormisdæ Formularium à mille jam & ducentis annis confectum ut Schismati Acaciano mederetur non fuisse, nisi temporaneam Romanæ Sedis usurpationem. Hæc Fidei definitio pro unitate decretoria post trecentos & ampliùs annos ab Hadriano II. ad schisma Photii terminandum renovata fuit, atque in octavo Concilio œcumenico universim approbata. In hoc Concilio declaratur *Catholicam Doctrinam illibatam semper in Apostolicâ Sede servatam fuisse.* In eo pariter quilibet Episcopus pollicetur se nunquam à Sedis Apostolicæ Fide ac Doctrinâ recessurum, sed in omnibus hujusce

Sedis

Sedis Pontificum definitiones secuturum. En hujusce formularii conclusio: *ego Episcopus* talis *sancta Ecclesia propria manu huic Fidei professioni subscripsi atque eam tali die per tuorum Legatorum ministerium tibi obtuli, sanctissime, felicissime ac Evangelice Domine supreme & universalis Pontifex Adriane, &c.* Non nisi sub hâc lege Episcopi ad sanctam unitatem revertebantur. Non nisi hoc pretio Catholici censebantur. Sine hâc subscriptione nullus in Concilio octavo generali admittebatur.

censés Catholiques. Sans cette souscription, personne ne pouvoit espérer de place dans le huitième Concile général.

N°. VII.

NEminem latet D. Bossuetium Meldensem Episcopum in cætu Cleri Gallicani an. 1682. calamum ad delineandas quatuor celebres propositiones strinxisse. Unde nullus æquitate pollens illum tanquam adulationis in Romanam Ecclesiam suspectum recusare potest. Hæc ipsa sunt verba quæ in pleno illo cætu protulit.

Nec quisquam dicat hoc Petri ministerium (ut sit Ecclesiæ fundamentum). *Cum ipso finitum fuisse, aterna enim Ecclesia fundamentum, aternum & ipsum esse debet. Petrus in suis Successoribus vivet. Petrus in suâ Cathedrâ semper loquetur; id in Concilio Chalcedonensi confirmarunt sexcenti atque triginta Episcopi. S. Paulus* subjungit idem Antistes *redux è tertio cœlo ad Petrum invisendum profectus est ut exemplum ipse venturis atatibus relinqueret. Idque foret in aternum Constitutum, quamtumvis doctus, quamtumvis integer, etiamsi Paulus alter quis foret, invisendũ esse Petrum.... Roma pradestinata est ut sit Religionis & Ecclesia caput: sic Roma constituta ac stabilita fuit Cathedra aterna. Hac ipsa est Romana Ecclesia qua à Petro ipsiusque Successoribus edocta hareses non agnoscit....sic Romana Ecclesia semper est virgo, Romana fides semper est Ecclesia fides;in eâ semper creditur quod creditum est. Vox eadem insonat ubique, & Petrus in suis Successo-*

N°. VII.

CHacun sçait que M. Bossuet, Evêque de Meaux tenoit la plume dans l'Assemblée du Clergé de France l'an 1682. *pour dresser les quatre fameuses Propositions. Ainsi nul homme équitable ne le peut récuser comme suspect de flaterie pour l'Eglise de Rome. Voici comme il parla dans son Sermon au milieu de cette Assemblée.*

Qu'on ne dise point que ce ministère de S. Pierre finisse avec lui. Ce qui doit servir de soutien à une Eglise éternelle, ne peut jamais avoir de fin. Pierre vivra dans ses Successeurs, *Pierre parlera* toujours dans sa Chaire. C'est ce que confirment six cent trente Evêques au Concile de Chalcédoine. S. Paul, *dit encore ce Prélat*, étant revenu du troisiéme Ciel vint voir Pierre, afin de donner la forme aux siècles futurs, & qu'il demeurât établi à jamais,que quelque docte & quelque saint qu'on soit, fut-on un autre saint Paul, il faut voir Pierre.... Rome est prédestiné à être le chef de la Religion, & de l'Eglise... Ainsi fut établie & fixée à Rome la Chaire éternelle. C'est cette Eglise Romaine, qui enseignée par S. Pierre, & ses Successeurs, ne connoît point d'hérésie.... *Ainsi l'Eglise Romaine est toujours vierge. La foi Romaine est toujours la foi de l'Eglise.* On croit toujours ce qu'on a crû. La même voix rétentit par-tout, & Pierre demeure dans ses Successeurs le fondement des Fidéles. C'est Jesus-Christ qui l'a dit, &

le ciel & la terre passeront plûtôt que sa parole. *C'est l'Eglise* Mère qui tient en sa main la conduite de toutes les autres Eglises. . . . La Chaire unique en laquelle seule tous gardent l'unité. Vous entendez dans ces mots le Concile de Calcédoine, & les autres, l'Afrique, les Gaules, la Grèce, l'Asie, l'Orient & l'Occident unis ensemble.

ribus manet Fidelium fundamentū. Hoc ipse Christus dixit; cœlum autem terráque transibunt potiùs quàm ipsius verba. Hæc est illa Mater Ecclesia quæ ceteras omnes Ecclesias regit & gubernat... Hæc est illa Cathedra unica in quâ sola unitas ab omnibus servatur. Ità loquutos fuisse intelligitis Concilium Chalcedonense & alia, Africam, Galliam, Græciam, Asiam, Orientem denique simul & Occidentem.

Ensuite M. Bossuet contredit ce qui est exprimé dans la quatre-vingt-quinzième des cent & une Propositions condamnées. On ne remarque pas assez, *dit le P. Quesnel*, que l'ignorance des principales vérités, est un des signes les plus sensibles de la vieillesse de l'Eglise. *Au contraire le Prélat s'écrie*, Rome n'est pas épuisée dans sa vieillesse, & sa voix n'est pas éteinte, nuit & jour elle ne cesse de crier aux Peuples les plus éloignés, afin de les appeller au banquet où tout est fait un. S. Irénée, *dit encore le même Prélat*, a prononcé cet oracle revélé de tous les siècles : quand nous exposons la tradition que la très-grande, très-ancienne, & très-célébre Eglise Romaine, fondée par les Apôtres S. Pierre, & S. Paul, a reçu des Apôtres, & qu'elle a conservée jusqu'à nous par la Succession de ses Evêques. NOUS CONFONDONS TOUS LES HÉRÉTIQUES, PARCE QUE C'EST AVEC CETTE EGLISE QUE TOUTES LES EGLISES DOIVENT S'ACCORDER, A CAUSE DE SA PRINCIPALE, ET EXCELLENTE PRINCIPAUTÉ, & que c'est en elle que ces mêmes Fidéles répandus par toute la terre ont conservé la tradition qui vient des Apôtres.

Improbat deinde Bossuetius quod in nonagesimâ quintâ ex centum & unâ propositionibus damnatis exprimitur : *Non satis attenditur*, inquit P. Quesnelius *præcipuarum veritatum inscitiam unum è clarioribus esse signis senectutis Ecclesiæ.* Ex adverso clamat Bossuetius : *Roma vel in suâ senectute debilitata non est ; ipsius vox extincta non est. Noctu diuque Populos etiam remotiores vocat & invitat ad convivium unitatis. S. Irenæus* pergit idem Antistes *Oraculum istud seculorum omnium veneratione conspicuum pronuntiavit.* Maximæ & antiquissimæ & ab omnibus cognitæ à Gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ Ecclesiæ eam quam habet ab Apostolis traditionem & annuntiatam hominibus Fidem per Successiones Episcoporum pervenientem usque ad nos, indicantes, CONFUNDIMUS OMNES HÆRETICOS, QUIA AD HANC ECCLESIAM PROPTER POTIOREM IPSIUS PRINCIPALITATEM NECESSE EST OMNEM CONVENIRE ECCLESIAM, & quia omnes per orbem universum dispersi Fideles in eâ Ecclesiâ traditionem ab Apostolis venientem conservarunt.

Voilà l'Oracle révéré de tous les siècles : *c'est que* les Fidéles répandus par toute la terre *trouvent & conservent* la

En illud Oraculum seculorum omnium veneratione conservatum : universalis Ecclesia nimirum traditionem

tradirion *de l'Eglise universelle dans cette Eglise* principale. *La tradition semblable au sang qui nourrit tous les membres d'un corps vivant, circule sans cesse du centre aux extrémités, & des extrémités au centre. Cette circulation de l'esprit vivifiant, ne pourroit point être interrompué, sans interrompre la vie même de tout ce grand Corps. De là vient que toutes les autres Eglises* doivent s'accorder *avec celle-ci. C'est par là que* nous confondons tous les Hérétiques.

in hâc Ecclesiâ Principali(Romanâ) ab omnibus ubique terrarum Fidelibus inveniri ac conservari. Traditio perinde ac sanguis qui vivi corporis membra omnia vegetat, à centro ad extremitates & ab extremitatibus ad centrum indesinenter permeat. Hæc vivificantis spiritùs circulatio abrumpi non potest quin vita ipsa Magni hujusce Corporis (Ecclesiæ) abrumpatur. Indè fit, ut aliæ omnes Ecclesiæ *cum istâ Romanâ convenire debeant*. Hâc ratione *Hæreticos omnes confundimus*.

Quiconque ne s'accorde *pas avec l'Eglise principale, est confondu sans discussion. Il est convaincu de nouveauté. Il s'écarte du centre immobile, auquel toutes les lignes doivent aboutir, pour garder l'ame de la foi. Voilà une courte, & merveilleuse controverse. Voilà un préjugé simple, facile, & proportionné à tous les esprits pour les fixer dans la même créance.*

Quicumque cum hâc Ecclesiâ principali non *concordat*, sinè ullâ discussione confunditur, novitatis convincitur, ab immobili recedit centro ad quod omnes lineæ confluere debent, ut Fidei unitas servetur. En brevis & mirifica controversia. En præjudicium simplex, facile, ac omnibus ingeniis pervium, quo in unâ eâdémque Fide constituantur.

Mais qu'y auroit-il de plus insensé & de plus impie, que de dire que toutes les Eglises doivent s'accorder *avec celle-ci; supposé que celle-ci eût* frappé plusieurs vérités essentielles à la Réligion, *& qu'elle eût* renversé de fond-en-comble *la véritable foi? En ce cas les autres Eglises, loin de* s'accorder *avec celle-ci, devroient la combattre pour relever malgré elle la foi qu'elle auroit renversée de ses propres mains. En ce cas, loin* de confondre tous les Hérétiques *par l'autorité de cette Eglise principale, il faudroit confondre, corriger, & faire rétablir cette Eglise, puisqu'elle auroit* renversé de fond-en-comble *l'édifice de Jesus-Christ. Cette Eglise, loin de ne* connoître point d'hérésies, *& d'être* toujours vierge, *auroit décidé pour l'hérésie, & elle ne seroit plus qu'une épouse répudiée à cause de sa corruption.* La foi Romaine *ne seroit plus* la foi de l'Eglise. Pierre ne

At vero quid insulsum magis, magisque impium foret, quàm si diceretur omnes Ecclesias ad hanc (Romanam) *convenire debere*, hoc posito quòd veritates plures *Religioni necessarias* ista Ecclesia damnasset atque *veram Fidem funditus evertisset?* Si ità esset, ceteræ Ecclesiæ, nedum cum illâ *convenire*, illam oppugnare deberent, ut illâ invitâ Fidem quam propriis manibus depressisset, exsuscitarent. Si ità esset, nedum illius Ecclesiæ principalis autoritate *confundi possent omnes Hæretici*, ipsa illa Ecclesia confundi, emendari, & ad palinodiam revocari deberet, siquidem Jesu Christi ædificium illa *funditus evertisset*. Illa Ecclesia, nedum *hæreses non agnosceret, semperque virgo esset*, hæresi Patrocinaretur, ac non nisi sponsa ob suam corruptelam re-

vivroit plus dans ses Successeurs. Pierre ne parleroit plus dans sa Chaire. Elle auroit anéanti la vérité, *c'est-à-dire*, Jesus-Christ *même*.

repudiata foret. *Fides Romana jam non esset Ecclesiæ Fides. Petrus jam in suis Successoribus non viveret. Petrus in suâ Cathedrâ jam non doceret. Veritatem illa proculcasset*, *id est ipsum* Jesum Christum.

N°. VIII.

Ne craignons pas, mes très-chers Frères, d'aller trop loin, en suivant ce que l'Eglise de France a déclaré, dans ses actes les plus solemnels, depuis plus de soixante ans.

La foi de Pierre qui ne défaut jamais, *disoient quatre-vingt-cinq Evêques l'an* 1651, demande à juste titre, que suivant la coûtume solemnelle & perpétuelle de l'Eglise, les causes majeures soient rapportées au siége Apostolique.

Voici ce qui est arrivé de remarquable dans cette affaire, *disoient trente Evêques l'an* 1653, comme Innocent I. condamna autrefois l'hérésie de Pélage, sur la rélation des Evêques d'Afrique, de même Innocent X. a condamné l'hérésie opposée à la Pélagienne, sur la consultation des Evêques de France. En effet dans cette antiquité l'Eglise Catholique s'appuyant *sur la seule* Communion, & autorité de la Chaire de Pierre, qui éclatoit dans l'Epître décrétale d'Innocent aux Evêques d'Afrique, & qui fut suivie de celle de Zozime aux Evêques du monde entier, souscrivit, *sans hésitation*, à la condamnation de l'hérésie Pélagienne. Cette ancienne Eglise sçavoit clairement, non-seulement par la promesse de *Jesus-Christ*, faite à Pierre, mais encore par les actes des Pontifes précédens, & par les anathêmes pronocés un peu avant contre Apollinaire, & contre Macédonius par le Pape Damase, quoiqu'il n'eussent été condamnez par aucun Concile

N°. VIII.

Verendum nobis non est Fratres Charissimi, nè ulteriùs procedamus id sequendo, quod Ecclesia Gallicana suis in actibus maximè solemnibus ab annis sexaginta & amplius declaravit.

Fides Petri quæ nunquam deficit aïebant quinque & octogintà Episcopi an. 1651. *jure postulat ut juxta solemnem & perpetuam Ecclesiæ consuetudinem majores causæ ad Sedem Apostolicam. referantur.*

Hoc in negotio illud observatione dignum accidit, inquiebant triginta Galliarum Episcopi an. 1653, *ut quemadmodum ad Episcoporum Africæ relationem Innocentius I. Pelagianam heresim damnavit olim; sic ad Gallicanorum Episcoporum consultationem heresim ex adverso Pelagianæ oppositam Innocentius X. autoritate suâ proscripserit. Enim verò vetusta illius ætatis Ecclesia Catholica solâ Cathedræ Petri Communione fulta quæ in decretali Epistolâ Innocentii ad Africanos datâ elucebat, quámque dein Zozimi altera ad universos Orbis Episcopos Epistola subsecuta est, Pelagianæ heresis damnationi absque cunctatione subscripsit. Perspectum enim habebat non solùm ex Christi Domini nostri pollicitatione Petro factâ, sed etiam ex actis Priorum Pontificum & ex anathematismis adversùs Apollinarium & Macedonium nondum ab ullâ Synodo œcumenicâ damnatos à Damaso paulò antea jactis*, ju-

diciâ pro sanciendâ Regulâ Fidei à Summis Pontificibus lata super Episcoporum Consultatione (sive suam in actis relationis sententiam ponant, sive omittant, prout illis collibuerit) divinâ aque ac Summâ per universam Ecclesiam autoritate niti, cuï Christiani omnes ex officio ipsius quoque mentis obsequium præstare teneantur. Ea nos quoque sententiâ ac Fide imbuti Romanæ Ecclesiæ præsentem quæ in Summo Pontifice Innocentio X. viget autoritatem debitâ observantiâ colentes, Constitutionem, divini numinis instinctu à Beatitudine vestrâ conditam, nobisque traditam ab Illustrissimo Athenarum Episcopo Nuncio Apostolico, & promulgandam curabimus in Ecclesiis ac Diœcesibus nostris, atque illius executionem apud fideles Populos urgebimus. Neque verò pœnæ deerunt adversùs temerarios illius violatores quæ à jure Hæreticis infliguntur, & juxta Breve sanctitatis vestræ nobis directum, contumaces omnes nullo conditionum vel statuum discrimine facto perstringemus.

œcuménique, que les jugemens des Souverains Pontifes publiés pour servir de régle à la foi, sur la consultation des Evêques (soit que les Evêques expliquent, ou n'expliquent pas leur sentiment, dans la rélation, comme il leur plaît d'en user) sont fondés sur une autorité *qui est également divine, & supréme dans toute l'Eglise*, de façon que *tous les Chrétiens sont obligés, par leur devoir, a leur rendre une soumission d'esprit meme.* Comme nous sommes remplis de la même pensée & créance nous respectons, selon notre devoir, l'autorité de l'Eglise Romaine, qui éclate maintenant dans le Souverain Pontife Innocent X; nous recevons la Constitution que votre Sainteté a faite par l'assistance du S. Esprit, & qui nous a été donnée par l'Illustrissime Evêque d'Athénes Nonce Apostolique. Nous aurons soin de la publier dans nos Eglises, & Diocèses. Nous en presserons même l'exécution à l'égard du peuple fidéle. Ceux qui auront la témérité de la violer, ne manqueront pas d'être punis, suivant les termes de la Constitution même, & du Bref que votre Sainteté nous a écrits: en sorte qu'ils souffriront les peines que le droit établit contre les Hérétiques, sans avoir égard ni à l'état, ni à la condition des coupables.

Causa finita est per rescripta Apostolica dicebat alter quadraginta Episcoporum conventus an. 1656., *utinam & error ipse finiatur!*

La cause est finie par les rescrits Apostoliques, *disoit une autre Assemblée de quarante Evêques en l'an 1656*, plaise à Dieu que l'erreur prenne fin aussi.

In hoc monte, Ecclesiâ nimirum Romæ Constitutâ, inquiebat cetus an. 1661. cuï aderant quadraginta Galliarum Episcopi, *nos ipsi pascimur, ut ait D. Augustinus ad Populum, suum, pascimus vos, pascimur vobiscum; & quia in eo Dominus docet, Statuimus ibi secundùm Verba Tertulliani* FINEM QUÆRENDI, STATIONEM CREDENDI, EXPUNCTIONEM INVENIENDI. *Tu ille es*, scribebat idem Episcoporum cetus ad

C'est sur cette montagne de l'Eglise Romaine, *dit encore une Assemblée de l'an 1661. composée de quarante Evêques*, que nous paissons nous-mêmes, comme disoit S. Augustin à son Peuple, nous vous donnons la pâture, & nous la recevons. Comme c'est en ce lieu que le Seigneur enseigne, c'est-là aussi que nous avons résolu, selon le langage de Tertulien, *de mettre fin à toute recherche, & de fixer notre croyance, sans vouloir rien trouver au-delà.* Vous êtes, *disoit cette Assemblée*

à Alexandre VII, celui en qui, & par qui l'Episcopat est un. Vous êtes nommé, avec justice la partie suprême du Sacerdoce, la source de l'unité Ecclésiastique, faites que nous ne disions tous qu'une même chose, & qu'il n'y ait point de division entre nous. Que la paix soit faite par votre puissance.

C'est ainsi que les Evêques presqu'innombrables de l'Eglise de France ont parlé dans leurs actes les plus solemnels au siége Apostolique. Ils avoient appris ce langage de la plus pure antiquité. Mais ce langage ne seroit-il pas faux, lâche, & impie, si le saint Siége renversoit de fond-en-comble *la vraye foi pour établir l'impiété Pélagienne.*

Alexandrum VII, *in quo & per quem unus est Episcopatus. Tu jure vocaris Supremum Sacerdotii caput fons Ecclesiastica unitatis, faciat sanctitas vestra ut unum idemque dicamus omnes nec ulla inter nos sit dissentio, ut pax tuâ autoritate fiat.*

Ita Episcopi numero propè infiniti Ecclesiæ Gallicanæ in actibus suis solemnioribus Sedem Apostolicam alloquebantur. Hujusmodi elocutiones à puriori antiquitate perceperant. Verùm an non hæc Doctrina foret inanis, iners & impia, si Apostolica Sedes *veram Fidem funditus everteret* ut Pelagianam impietatem stabiliret?

N°. V.

***Extrait de la Lettre Pastorale de M. le Cardinal de Bissy, Evêque de Maux, contre l'appel interjetté de la Bulle* Unigenitus, *au futur Concile. Donnée à Meaux ce 14. Juin* 1728.**

Excerptum è Documento Pastorali Emin. Card. de Bissy Episcopi Meldensis contra appellationem interjectam à Bullâ *Unigenitus*, ad futurum Concilium. Dato Meldarum die 14. Junii anno 1728.

Avant que de passer aux autres Eglises, il est à propos de faire sentir par des réfléxions particulières, & par des témoignages non suspects en France, le poids de l'autorité de cette première Eglise.

L'Eglise de Rome n'est jamais tombée dans l'erreur au tems même qu'un, ou deux Papes, ou par violence, ou par surprise, n'ont pas assez constamment soutenu, ou assez pleinement expliqué la Doctrine de la foi.

Pag. 13. Antequam de ceteris Ecclesiis sermonem instituamus è re esse judico hujusce primæ Ecclesiæ, (*Romanæ*) autoritatis pondus nonnullis observationibus, ac testimoniis in Galliâ minimè suspectis vobis ostendere.

Ecclesia Romæ constituta in errorem nunquam incidit eo etiam tempore, quo unus, alterve Summus Ecclesiæ Pontifex aut vi coactus, aut fraude deceptus Fidei Doctrinam constanter satis non propugnavit, aut satis plenè non explicavit.

Quî verò fieret ut ista Ecclesia à veritate declinaret, cùm à Christo constituta sit Ecclesiasticæ Communionis centrum, atque caput corporis quod unum semper esse debet, quódque tamen hanc unitatem servare non potest, nisi cum eâ unitum maneat, cùm sensuum conformitate, tùm perfectâ omnium suorum membrorum subordinatione?

Eh! comment cette Eglise s'écarteroit-elle de la vérité, elle que Jesus-Christ a établie le centre de la Communion Catholique, & la tête d'un corps qui doit toujours être un, & qui ne peut toutefois conserver cette unité qu'en demeurant uni avec elle, tant par une conformité de sentimens, que par une subordination parfaite de tous ses membres?

Ad hanc Romanam Ecclesiam, inquit sanctus Irenæus, *propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam.* Hæc *Romana Ecclesia illa est Sacerdotalis unitatis Scaturigo, ad quam infidelitas, & perfidia accessum habere non possunt.* Patres octavæ Synodi œcumenicæ hoc Sedi Apostolicæ honorificum testimonium rependunt, *quod in eâ*, videlicet, *integra inveniatur Christiana Religionis soliditas, quòdque illibatam Sedes Apostolica Fidem semper conservaverit.* Hinc est quòd major illorum tùm veteris, tùm recentioris ætatis scriptorum pars qui Romani Pontificis infallibilitati maximè obstiterunt, particulari tamen Ecclesiæ Romanæ privilegium Fidei indeficientis palàm adferant.

C'est avec l'Eglise de Rome, *dit saint Irénée*, à cause de son excellente Principauté, que toute l'Eglise doit s'accorder. Elle est cette source de l'unité Sacerdotale, auprès de laquelle l'infidelité, & la perfidie ne peuvent trouver d'accès. *Les Peres du huitième Concile général rendent ce témoignage honorable au saint Siége, que* c'est où se trouve l'entière solidité de la Réligion Chrétienne, & qu'il l'a toujours conservée sans tâche. *Aussi la plûpart des Auteurs, soit anciens, soit modernes, les plus opposés à l'infaillibilité du Pape se déclarent nettement en faveur de l'indéfectibilité de l'Eglise particulière de Rome.*

Petrus Alliacensis Gersonii Magister à facultate Parisiensi ad Clementem VII. Summum Pontificem Legatione missus in ipso libello quem contra Montessonii errores composuit ad *primam*, inquit, *Apostolicam Sedem pertinet autoritate judicialiter definire, quia Fides prima Sedis nunquam deficit.* Quod quidem Sacræ Scripturæ autoritate, atque sancti Cypriani, & sancti Hieronymi testimoniis confirmat.

Pierre d'Ally, le Maître de Gerson, & qui fut député par la Faculté de Paris à Clement VII. contre le livre de Montesson, dit dans l'ouvrage même qu'il composa contre cet Ecrivain, qu'il appartient au premier Siége Apostolique de prononcer par autorité judiciaire & suprême, sur les points qui regardent la foi, parce que la foi du prémier Siége ne manque jamais. *Il le prouve par l'Ecriture, & par l'autorité de saint Cyprien, & de saint Jerôme.*

Illustrissimus Bossuetius Meldensis dum viveret Episcopus qui, ut norunt omnes, promovendo quatuor Cleri Gallicani anno 1682. proposi-

Feu Monsieur Bossuet Evêque de Meaux, qui a travaillé, comme on sçait, plus qu'aucun autre à rédiger les quatre Propositions du Clergé, déclara dans le Sermon qu'il

fit à l'ouverture de l'Assemblée générale du Clergé de France en 1682. que Pierre parloit toujours dans sa Chaire; que c'étoit le langage des Péres, & des Conciles généraux; que cette Chaire est éternelle; que l'Eglise Romaine ne connoît point d'héréfie; qu'elle est la Chaire de l'unité, & de la vérité; que cette Eglise est toujours Vierge; que sa foi est toujours la foi de l'Eglise, & qu'on y croit toujours ce qu'on a crû.

tionum negotio plùs ceteris allaboravit, in Sermone quem ad eum conventum præloquii ad instar habuit, declaravit, *Petrum in suâ Cathedrâ semper loqui, atque hanc esse Patrum, & Conciliorum generalium Doctrinam.* Declaravit *hanc Petri Cathedram, æternam esse. Romanam Ecclesiam hæresim non agnoscere, unitatis simul & veritatis esse Cathedram.* Declaravit *hanc Romanam Ecclesiam semper esse Virginem, atque illius Fidem semper futuram universalis Ecclesiæ Fidem; in eâ semper credi quod creditum est.*

M. Nicole établit la même Doctrine dans l'institution qu'il a composée sur le Symbole par demandes, & par réponses, dans laquelle on doit juger qu'il n'a ramassé que ce qu'il a crû être de foi, ou au moins en approcher de plus près.

Eamdem D. Nicolius propugnat Doctrinam in eâ Symboli interpretatione quam interrogationibus & responsis concinnavit, & in quâ nil nisi quod ad Fidem pertinet, vel ad eam saltèm propiùs accedit eum scripsisse judicandum est.

Ce même Auteur dit encore que la Doctrine qu'il enseigne est celle du Cardinal Cusan, de Gerson, & de tous ceux qui sont les moins suspects d'être trop favorables au Pape.

Et certé suam hanc Nicolius Doctrinam affirmat Doctrinam esseCardinalis Cusani, Gersonii, atque eorum omnium quos Romano Pontifici nimis favere voluisse nemo suspicari potest.

En effet M. de Launoy répondant aux passages des Pères que Bellarmin a rapportés pour prouver l'infaillibilité du Pape, reprend Bellarmin, de ce qu'il confond le Pape & le saint Siége, *& il applique au saint Siége les passages que Bellarmin cite en faveur de l'infaillibilité du Pape. Il explique de l'infaillibilité promise à la Chaire de saint Pierre, ou à l'Eglise Romaine, ces paroles de Jesus-Christ* : Ego rogavi pro te, Petre. *Aussi bien que les textes des Pères qui ont rapport à ce même sujet.*

Et quidem Launoius dum plurimis Patrum testimoniis, quæ Bellarminus ad confirmandam Romani Pontificis infallibilitatem attulerat, respondet, Bellarminum increpat quòd *Summum Pontificem inter, & Sedem Apostolicam nullum interponat discrimen*; ipse verò Sedi Apostolicæ referenda esse contendit, quæcumque Bellarminus loca in gratiam Pontificiæ infallibilitatis adduxerat. Sic non Romano Pontifici, sed Petri Cathedræ, vel Ecclesiæ Romanæ promissam infallibilitatem esse contendit in illis Christi verbis *: Ego rogavi pro te, Petre, &c.* eodémque sensu Patrum textus qui huc faciunt, interpretatur.

Simon Vigor fait la même chose, non de Pontifice singulariter, sed de Ro-

Simon Vigorius idem conficit; *non de Pontifice singulariter*, inquit, *sed de*

de Romanâ Ecclesiâ collectivè, & Synodicè sumptâ, loquuntur (Patres nimirum).

Eamdem amplectuntur sententiam Pater Alexander, & Doctor Dupinius. Hic in unâ è suis responsionibus hæc habet notatu maximè digna: *licèt Ecclesiam Romanam semper subsistere, & à fide non deficere necessarium sit, haud inde sequitur ejus Episcopum in errorem cadere non posse.*

manâ Ecclesiâ collectivè, & Synodicè sumptâ loquuntur.

Le Père Alexandre embrasse le même sentiment, aussi bien que le Docteur Dupin, qui à la fin d'une de ses réponses dit ces paroles remarquables : Quoiqu'il soit nécessaire que l'Eglise Romaine subsiste toujours, & qu'elle ne s'écarte *point de la foi en aucun point, il ne s'ensuit pas* de là que son Evêque ne puisse tomber dans l'erreur.

Excerptum è Documento Pastorali Emin. Cardinalis de Bissy Meldensis Episcopi circa Constitutionem *Unigenitus*. Dato Meldarum die 7. Junii an. 1722.

Pag. 11. IN errorem igitur lapsa esset Ecclesia Romæ Constituta, cuï tamen vèl ipsi Galliarum scriptores Sanctæ Sedi minus faventes Fidei indeficientis privilegium, seu prærogativam ipsi propriam vindicant? Si in errorè lapsa est hæc Ecclesia, jam illa ipsa dici ampliùs non posset nostræ Cõmunionis centrum, unitatis Cathedra, omnium Ecclesiarum Mater & Magistra, quos tamen dignitatis titulos cùm œcumenica Concilia, tùm illud præcipuè ultimò convocatum ipsi detulêre; nec vos aliis ipsi nominibus, vèl ab infantiâ vestrâ eam appellare edocti fuistis. Nullus Fidelis se jam dicere posset unâ Fide copulatum cum Ecclesiâ Catholicâ, Apostolicâ & Romanâ, licèt in Catechismis omnibus, & specialiter in Meldensi tradatur hanc extra Ecclesiam salutem haberi non posse. Non igitur cuïpiam licebit ampliùs subscribere celebri illi

Extrait de l'Instruction Pastorale de M. le Cardinal de Bissy Evêque de Meaux, au sujet de la Constitution Unigenitus. *Donnée à Meaux le 7. Juin* 1722.

L'Eglise de Rome seroit donc dans l'erreur, elle à qui les Auteurs François les moins favorables au saint Siége, attribuent l'indéfectibilité comme une prérogative qui lui est propre? Cette Eglise, dans la supposition qu'elle seroit tombée, ne seroit donc plus le centre de notre Communion, la Chaire de l'unité, la Mère & la Maîtresse de toutes les Eglises; titres augustes que les Conciles Généraux, & entre autres le dernier lui ont déférés, & qu'on vous a appris dès votre enfance, à lui donner. Un Fidèle ne pourroit donc dire présentement qu'il est uni de croyance avec l'Eglise Catholique, Apostolique & Romaine, quoique les Catéchismes, & en particulier celui de Meaux vous enseignent, que hors de cette Eglise il n'y a point de salut. Il ne seroit donc plus permis de souscrire à ce célèbre Formulaire du Pape Hormidas, signé par tous les Evêques d'Orient, renouvellé ensuite dans le huitiéme Concile Général, où le saint Pape déclare :

que la Réligion Catholique, & la saine Doctrine s'est toujours conservée sans tâche dans le siége Apostolique, conformément à la promesse de Jesus-Christ, qui ne peut jamais manquer de s'accomplir. *Notre illustre Prédécesseur auroit donc aussi avancé mal-à-propos, dans son discours prononcé à l'Assemblée du Clergé de 1682. que la foi Romaine est toujours la foi de l'Eglise; & il ne faudroit plus regarder l'Eglise de Rome comme une source abondante de la tradition, selon l'expression de S. Augustin, adoptée par le Père Quesnel même?*

Pontificis Hormisdæ Formulario ab omnibus olim Orientis Episcopis subscripto, quod & in octavo generali Concilio confirmatum est, quo quidem declarat sanctus Pontifex *Catholicam Religionem, sanámque Doctrinam in Sede Apostolicâ immaculatam semper servatam fuisse juxta Jesu Christi promissionem quæ nunquam non adimplebitur*. Malè igitur pronuntiasset Antecessor noster Illustrissimus (Bossuetius) in suo ad conventum an. 1682. Sermone, *Romanam Fidem semper esse Ecclesiæ Fidem*; nec jam habenda esset Ecclesia Romana tanquam traditionis fons locupletissimus juxta expressam sancti Augustini sententiam à Patre ipso Quesnelio adoptatam?

N°. VI.

Extrait du Mandement de M. de Colongue Evêque d'Apt, contenant plusieurs déclarations importantes au sujet de la Constitution Unigenitus. *Donné à Apt le 20. Décembre 1717.*

Excerptum è Mandato Pastorali D. de Colongue Episcopi Aptensis, in quo graves plures circa Constitutionem *Unigenitus*, declarationes continentur. Dato Aptæ Juliæ die Decemb. an. 1717.

NE sçavez-vous pas que le Seigneur a choisi Pierre pour gouverner son Royaume qui est l'Eglise? Qu'il a fait passer son esprit de vérité sur lui, & sur tous ses Successeurs, qu'il s'est engagé d'être avec eux jusqu'à la consommation des siècles? Comment après des promesses si solemnelles & immuables, osez-vous vous en prendre au Trône de ce Chef des Apôtres? Ne voyez-vous pas que par là vous attaquez le Seigneur lui-même? Les efforts des hommes, *disoit le Pape Nicolas à l'Empereur Michel*, les efforts des hommes ne sçauroient renverser un fondement que Dieu a posé; ce que sa main a établi est inébranlable;

AN ignoratis Petrum ad Ecclesiam gubernandam à Christo Domino electum fuisse? An ignoratis Christum suum veritatis spiritum Petro, omnibúsque Petri Successoribus communicasse, fidémque obligasse suam cum illis usque ad consummationem seculi manendi? Qui ergo post promissiones tam solemnes, & immotas tronum hujusce Apostolorum Capitis lacessere non erubescitis? An non videtis, sic agendo, Dominum ipsum à vobis impugnatum iri: *humani conatus*, Michaëli Imperatori inquiebat Nicolaus Pontifex maximus, *humani*

conatus fundamentum, quod Deus ipse posuit, evertere nequeunt. Quod Dei manus constituit est inconcussum. Magni sceleris ille reus est qui ordinationi Divinæ resistit. Quæ Deus sanctæ Sedi atque huic Ecclesiæ Romanæ concessit privilegia, sunt æterna. Hæc ipse fundavit, & in hoc agro Mystico radicitùs injecit, Impeti possunt, everti nequeunt; patent conatibus, sed nullomodo convelli possunt.

Non ità parum de Religione edoctos vos arbitramur, Fratres Charissimi, ut ignoretis præcipua tria privilegia Romanæ Ecclesiæ à Christo collata hæc esse. 1°. Causas majores omnes, vel rectâ, vel provocatione, ad ipsius tribunal referendas esse. 2°. Eam nunquam errasse in his omnibus quæ de dogmate tulit, judiciis. 3°. Eam esse centrum unitatis. Ad hæc tria confirmanda facile nobis esset Patrum, & omnis ætatis Conciliorum testimonia in medium vobis afferre. Sed cùm hæc omnia commemorare longius esset, operæ pretium duximus hujusce ætatis nostræ intra limites orationem coarctare, nec nisi Domesticas vobis autoritates proponere. Sic appellare non veremur eas omnes quæ ex Cleri Gallicani conventibus, vel ex nostris recentiorum scriptorum historiis, vel ex celeberrimis universitatibus emanant. En quo modo se habeant nostrates Episcopi in literis quas ad Summum Pontificem de erroribus Yprensis Episcopi scripserunt. Animadvertite, quæso, quàm nervosa sint ipsorum verba; *majores causas*, inquiunt, *ad Sedem Apostolicam referre solemnis Ecclesiæ mos est quem Fides Petri nunquam deficiens perpetuo retineri pro jure suo postulat. Æquissimæ huic legi obsequentes, &c.* Quid validius, quid expressius, ut

celui-là se rend coupable d'un grand crime, qui a l'audace de résister à ses ordres; les prérogatives qu'il a accordées à ce Siége & à cette Eglise sont éternelles. C'est lui qui les a fondées, & enracinées dans le champ Mystique; on peut les attaquer, mais on ne sçauroit les abattre; on peut s'efforcer de les enlever, mais on ne sçauroit les arracher.

Nous vous croyons, mes très-chers Frères, trop instruits dans les affaires de la Religion, pour ignorer que les trois principaux privileges dont le Seigneur a honoré l'Eglise Romaine sont ceux-ci. Premièrement que c'est à son Tribunal que toutes les causes majeures sont portées en droiture, ou par appel. Secondement qu'elle n'a jamais erré dans les jugemens qu'elle a prononcés sur le dogme. Troisiémement, que c'est dans elle que réside le centre de l'unité. Nous pourrions vous apporter les témoignages des Péres, & des Conciles de tous les tems, pour justifier ces propositions; mais comme un pareil détail nous meneroit trop loin, nous avons crû devoir nous renfermer dans le siècle où nous vivons, & ne vous produire que des autorités domestiques. Nous osons donner ce nom à celles qui émanent des assemblées du Clergé de France, ou des histoires de nos Ecrivains modernes, ou des Universités les plus fameuses. Voici comme s'expliquent les Evêques du Royaume dans la lettre qu'ils écrivent au Pape sur les erreurs de l'Evêque d'Ypres; remarquez, s'il vous plaît, combien les termes en sont énergiques. La foi de Pierre qui ne défaut jamais, *disent-ils*, désire, avec grande raison, que cette coûtume reçuë dans l'Eglise soit inviolablement gardée, qui exige que les causes majeures soient portées au saint Siége Apostolique, &c. *Quoi de plus fort, & de plus précis pour faire voir que la foi du Trône de Pierre est tou-*

jours saine & inaltérable, & que les causes majeures y vont en droiture? Joignons à cette autorité celle de deux de nos fameux Historiens qui sont reconnus de l'un & de l'autre parti pour donner à César ce qui appartient à César, & au Pape ce qui doit être au Pape; le prémier est l'Illustre Archevêque de Toulouse, M. de Marca, qui appuyé sur le sentiment de Facundus, assure que le Souverain Pontife a reçû du Ciel la prémière, & suprème puissance, qu'il ne peut rien faire contre la vérité; mais que quand il s'agit de la défendre des insultes de l'erreur, son jugement prévaut à celui des autres Evêques.

Le fameux M. Fleuri s'explique aussi d'une manière également forte dans son histoire Ecclésiastique, en parlant des systèmes qui sont renfermés dans les lettres de Grégoire VII. sous le titre de Dictatus Papæ. *Il avance* que de ces dix-sept articles, il n'y en a que quelques uns qui soient vrais, tels que sont ceux-ci. Prémièrement que l'Eglise Romaine n'a été fondée que par notre-Seigneur. Secondement que les Légats du Pape, quoi qu'ils soient inférieurs, président sur tous les Evêques dans les Conciles. Troisièmement que les causes majeures doivent être portées à son Tribunal. Quatrièmement qu'elle n'a jamais erré, & qu'on ne tient point pour ortodoxe celui qui n'est point d'accord avec elle; tout Catholique, ajoute-t-il, doit convenir de ces cinq articles. *Fortifions toutes ces preuves par quelques conclusions de cette célèbre Université, dont la pureté de Doctrine a fait autrefois autant d'honneur à l'Eglise que ses prévarications criminelles remplissent aujourd'hui de honte & de confusion cette Mère de tous les Fidèles Voici comme ses Docteurs s'expliquent dans ce fameux traité qu'ils mirent*

ostendatur Cathedræ Petri fidem semper esse sanam, & indeficientem, atque majores causas ad illum rectà referri. Huic autoritati accedat duorum è nostris celeberiorum Historicorum autoritas, qui, ut omnes agnoscunt, Cæsari tribuunt quæ sunt Cæsaris, Romano verò Pontifici quæ ipsi denegari non debent. Primus est Illustrissimus de Marca Tolosanus Archiepiscopus qui Facundi sententiam secutus, affirmat Summum Pontificem primam & supremam à Deo potestatem accepisse, nec aliquid contra veritatem facere posse, atque ubi agitur de veritate ab errorum insultibus vindicandâ, Romani Pontificis judicium ceterorum Episcoporum sententiæ præponderare.

Nec minoris ponderis sunt quæ celebris Fleuriacus in historiâ suâ Ecclesiasticâ tradit. Loquens ille de sententiis quæ in literis Gregorii VII. quarum titulus *Dictatus Papa*, continentur, fatetur plures inter articulos in eo dictatû contentos aliquos veros esse: hos nimirum. 1°. *Romanam Ecclesiam à Christo Domino institutam esse.* 2°. *Summi Pontificis Legatos, licèt inferiores, omnibus tamen Episcopis in Conciliis præsidere.* 3°. *Majores causas ad Romani Pontificis Tribunal esse referendas* 4°. *Romanam Ecclesiam nunquam errasse, nec pro Catholico haberi qui cum eâ non concordat. De his articulis*, prosequitur Fleuriacus, *Catholici omnes convenire debent.* Argumenta hæc omnia corroborare liceat conclusionibus quibusdam celebrîs illius Universitatis, cujus olim Doctrinæ sanitas tanto fuit Ecclesiæ honori, quanto hodie flagitiosæ ejusdem prævaricationes communi fidelium omnium matri opprobrio sunt, & decori. Sic habent hujusce facultatis Doctores in eo famoso tractatu quem

in lucem ediderunt anno 1384. pro defensione censuræ quam in Joannis Montesonii Dominicanæ familiæ alũni errores tulerant, legitur hic tractatus ad calcem libri Magistri sententiarum. *Ille*, inquiunt, *Supremam habet in definiendis Fidei controversiis autoritatem, qui in suis decisionibus errare non potest, atqui Sedes Apostolica in suis decisionibus errare non potest, ergò Sedes Apostolica Supremam in definiendis Fidei controversiis autoritatem habet.* Hujusce Sacri Licæi verbis aures iterum præbere non pigeat. *Nos omnes, & singuli*, iidem aiunt Doctores in censurâ quam vulgarunt anno 1554. adversus Societatem Jesu recenter institutam, & approbatam, *ingenuè profitemur, ac sincerè testamur, ut semper à nobis factitatum est, Romanum Pontificem universalem esse Jesu Christi Vicarium, Supremum totius Ecclesiæ Pastorem, qui à Christo plenitudinem potestatis accepit, cui omnes utriusque sexûs Fideles obedire, & omnimodam ipsius decretis Fidem præbere, atque ea decreta accuratè servare singulari obsequio tenentur, ac tandem omnibus qui aliquâ inter homines autoritate pollent sedulo invigilandum esse, nè subditi ab ullâ horum essentialium officiorum parte recedant.*

Ex his percipitis, Fratres, Charissimi quàm solida sint testimonia ex quibus priora duo quæ Romanæ Ecclesiæ tribuimus privilegia confirmamus. Quæ tandem ipsi vindicatur dignitas, quòd unitatis sit centrum à nullis umquam nisi ab Hæreticis impetita fuit; sed irriti eorum conatus dedecus, & opprobrium in eos ipsos refudêre. *Una est Ecclesia*, inquit sanctus Cyprianus, *sub uno Episcopatû*,

au jour en l'année 1384. *pour justifier la censure qu'ils avoient faite des erreurs de Jean de Monteson, de l'Ordre des Frères Prêcheurs, & qui se trouvent à la fin du livre du Maître des sentences.* Celui-là, *disent-ils*, a une autorité suprême pour définir en qualité de Juge Souverain les matières de foi, qui ne peut errer dans ses décisions; or est-il que le saint Siége Apostolique ne sçauroit errer dans ses décisions, donc ce Siége a une autorité suprême en qualité de Juge Souverain sur les matières de foi; *prêtons encore une fois l'oreille à la voix de ce sacré Licée;* tout le Corps, & chacun de nous en particulier, *disent les mêmes Docteurs, dans la censure qu'ils publierent l'année* 1554. *contre la Compagnie de Jesus nouvellement établie, & approuvée*, nous confessons, & connoissons fidélement, & sincèrement, comme nous avons toujours fait, que le Pape est le suprême, & universel Vicaire de Jesus-Christ, le Pasteur souverain de toute l'Eglise, que la plénitude de puissance lui a été donnée par ce divin Sauveur, que tous les Fidèles de l'un & de l'autre sexe sont tenus de lui obéïr, d'ajoûter une foi entière à ses décrêts, d'avoir pour eux un grand respect, & de les observer exactement, & qu'enfin ceux qui ont quelque autorité dans le monde, doivent veiller avec soin, & empêcher que leurs Sujets ne s'aliénent de tous ces devoirs essentiels.

Vous voyez, mes chers Frères, combien sont solides les témoignages sur quoi nous avons appuyé les deux prémières prérogatives que nous attribuons à l'Eglise Romaine. L'honneur encore qu'elle a d'etre le centre de l'unité, n'a jamais été attaquée que par des Hérétiques; mais leurs efforts n'ont fait que les couvrir d'opprobres & de mépris. L'Eglise est une, *dit S. Cyprien*, sous un seul Episcopat, dont chaque Evêque possede solidairement une partie, *de là il*

s'ensuit qu'il n'y a qu'une Chaire où tous les Prelats sont assis par l'union qu'ils doivent avoir avec celui, qui, en qualité de Successeur de S. Pierre, & de Vicaire de Jesus-Christ, est devenu leur Chef. De même qu'il n'y a dans la Trinité, *disoit autrefois le Pape Symmaque*, qu'une, & individuelle puissance par l'unité d'essence & de nature, qui unit tellement les trois Personnes qu'elles ne font qu'un Dieu, il n'y a aussi qu'un seul Episcopat par l'unité, non-seulement de croyance, & de foi, mais aussi de Communion de tous les Evêques avec leur Chef, & de toutes les Eglises du monde, avec celle qui a été gouvernée par le prémier des Apôtres, & qui est devenuë par là, la Maîtresse des autres, l'origine, & le centre de l'unité.

cujus partem aliquam in solidum possidet quilibet Episcopus. Indè sequitur unam tantùm esse Cathedram in quâ Episcopi omnes sedent unione nimirum quam cum eo habere debent, qui ut Petri Successor, & Jesu Christi Vicarius ipsorum est caput. *Quemadmodum*, inquiebat olim Symmacus Pontifex Maximus, *in Trinitate una est, & individua potestas ex naturæ, & essentiæ unitate, quæ tres Personas ita conjungit, ut non sint nisi unus Deus, sic etiam unus tantum est Episcopatus ex unitate non solùm Fidei, sed etiam omnium Episcoporum cum ipsorum capite Communionis, omniúmque orbis Ecclesiarum eum ea quæ ab Apostolorum principe gubernata fuit, atque indè caterarum Magistra, unitatis centrum, & origo facta est.*

Cette prérogative même est une preuve autentique des deux précédentes que nous avons déja reconnuës en elle, sçavoir d'être le juge, & l'Arbitre de toutes les questions de Doctrine qui s'élevent dans le monde Chrétien; & d'être toujours pure dans la foi. Comme les fleuves vont avec rapidité décharger dans la mer, qui est leur centre, tous les corps étrangers qu'ils rencontrent dans leur course, afin que celle-ci les trouvant immondes puisse les rejetter sur les sables de son rivage, ainsi toutes les Eglises Chrétiennes se font un devoir de porter au saint Siége toutes les nouveautés, en fait de dogmes qui naissent dans leur sein, & si ce Trône de Pierre, qui est le centre de l'unité venoit à être infecté de quelque erreur, il n'y a pas de doute que sa corruption se communiqueroit aux autres qui en dérivent, & qui y vont aboutir, comme l'eau d'un ruisseau se trouveroit gâtée, si la source avoit contracté quelque impureté.....si l'Eglise Romaine est tombée dans la corruption, comme ils disent, que sont devenues les promesses que Jesus-Christ lui a faites d'être tou-

Hæc autem centri prærogativa firmissima est duarum præcedentium quas in Ecclesiâ Romanâ agnovimus confirmatio, eam scilicet omnium Fidei controversiarum judicem, & arbitram esse, atque in Fide semper illibatam esse. Sicuti fluvii corpora extranea omnia quæ in ipsos incidunt rapido cursu ad mare quod illorum est centrum deponere pergunt, nempe ut æquor, si ea reperiat immunda, ad litoris sui arenas rejiciat, sic Christianæ Ecclesiæ omnes sui muneris partes esse credunt novitates omnes, quæ in ipsarum sinu circa dogma exoriuntur, ad Sedem Apostolicam referre. Si autem hic Petri tronus qui unitatis est centrum aliquo errore semel inficeretur, ipsius corruptio ceteris qui ab eo centro derivant, & ad ipsum tendunt sine dubio communicaretur, sicuti fonte inquinato infecta inveniretur rivuli aqua quæ ex ipso flueret. . . . si Ecclesia Romana errori succubuit, ut novatores

contendunt, quid ergò evaserunt, quas Christus ipsi fecit promissiones, se nimirum ipsi semper adfuturum, ac portas inferi adversus eam non prævalituras.

Aliquis fortasse hîc asserere audebit magnum ab his novatoribus poni discrimen inter Sedem Apostolicam, & Romanum Pontificem eam occupantem, illos ubique se profiteri obsequiosos, & obedientes decisionibus illius Augusti tribunalis quod infallibile esse agnoscunt, dum in eo Sedentem erroris accusant. Nè immorer in hâc distinctione abstractâ, & ab Hæreticis ad eludendam suam damnationem inventâ, quam S. Cyprianus numquam agnovit; cùm pronuntiet quamlibet Ecclesiam in suo Episcopo esse. *Ecclesia in Episcopo, cum nobis Ecclesia una sit, & mens juncta.* Distinctione, inquam, à S. Petro Damiano proscriptâ, qui Romano Pontifici olim dicebat. *Tu ipse es Sedes Apostolica, tu es Ecclesia Romana, ad Petri fabricam non recurro, sed ad illum tantummodo in quo tota residet illius Ecclesiæ autoritas.* Nè itaque in hâc tam frivolâ distinctione immorer, contendimus eam in negotio quod versamur certè locum non habere.... *Etsi reliquum omne quis haberet*, inquit sanctus Augustinus, *si à Fide Romani Pontificis recedat, extra Catholicam est Ecclesiam, cujus unitas in Fidei unitate fundata est.*

jours avec elle, & de lui servir lui-même de bras tutelaire contre les forces de l'enfer.

On osera peut-être avancer ici que ces Novateurs mettent une grande difference entre le saint Siége, & celui qui l'occupe, qu'ils protestent dans tous les ouvrages avoir un grand respect, & une grande soumission pour les décisions de ces auguste Tribunal, qu'ils le reconnoissent infaillible, tandis qu'ils condamnent d'erreur celui qui y est assis. Sans entrer dans cette distinction abstraite, & inventée par les Hérétiques pour éluder leur condamnation, distinction que S. Cyprien n'a jamais connuë, puisqu'il prétend que chaque Eglise est dans son Evêque: Ecclesia in Episcopo, cum nobis Ecclesia una sit & mens juncta. *Distinction condamnée par S. Pierre Damien, qui disoit autrefois au Pape, vous êtes vous-même ce Siége Apostolique, vous êtes l'Eglise Romaine; ce n'est pas à cette masse de pierre, dont elle est formée, que j'ai recours, mais seulement à celui en qui réside toute l'autorité de cette même Eglise; sans entrer, dis-je, dans cette question si frivole, nous assurons qu'elle n'a pas lieu dans l'affaire dont il s'agit.... Quand on auroit tout le reste, dit S. Augustin, si l'on se détache de la créance du Souverain Pontife, on est hors de l'Eglise Catholique, dont l'unité est fondée sur l'unité de la foi.*



N°. VII.

Extrait du Mandement & Instruction Pastorale de M. l'Archevêque Duc de Cambray, portant condamnation de trois Ecrits, dont le prémier a pour titre : Consultation de Messieurs les Avocats du Parlement de Paris, au sujet de la Bulle de N. S. Père le Pape, en date du 16. Juin 1737. *Donné à Paris le 16. Janvier* 1739.

Excerptum è Mandato & Documento Pastorali D. Archiepiscopi Ducis Cameracensis damnationem ferente in tria Scripta quorum primo titulus inest. *Consultatio DD. Advocatorum Senatus Parisiensis data occasione Bullæ S. Pontificis editæ die Junii* 1737. &c. Parisiis Promulgato *die* 16. *Januarii an.* 1739.

U*N anonyme pour attaquer la déclaration du Clergé, avoit cité cette même lettre des* 85. *Evêques de France à Innocent X. pour lui demander la condamnation de l'hérésie Jansénienne : cet anonyme faisoit valoir sur tout cet endroit où les* 85. *Evêques disent :* que la foi de Pierre, qui ne défaut jamais, demande à juste tirre, que suivant la coûtume solemnelle & perpétuelle de l'Eglise, les causes majeures soient rapportées au Siége Apostolique. *Voilà l'endroit qui a scandalisé les dix Avocats, & qui leur a fait dire que par cette lettre,* le principe fondamental de l'Eglise Gallicane étoit contredit en tout, ou du moins étrangement obscurci. *M. Bossuet le rapporte tout entier ce même texte, & n'y trouve ni l'anéantissement, ni l'étrange obscurcissement des libertés dont il entreprend la défense.*

Il soutient au contraire, qu'on a grand tort de nous opposer de pareilles expressions, puisque nous confessons que la foi de Pierre ne défaudra point dans le siége Apos-

Pag. 24. QUidam anonymus ad oppugnandam Cleri declarationem adduxerat Epistolam octoginta quinqueGallorum Antistitum ad InnocentiumX. in quâ Jansenianæ hæresis damnatio ab eo postulabatur; qui quidem anonymus his potissimùm 85 Gallorum Episcoporum verbis insistebar. *Fides Petri nunquam deficiens pro jure suo postulat, ut juxta solemnem ac perpetuum Ecclesiæ morem majores causæ ad Sedem Apostolicam referantur.* En locus ille qui decem jurisconsultos offendit, quique ipsos induxit ut dicerent ab illâ Epistolâ *fundamentale Ecclesiæ Gallicanæ principium omninò contradici aut saltem immaniter obscurari.* Hunc eundem Epistolæ textum refert integrum Bossuetius, nec contradictas vel obscuratas in eo videt Gallicanas libertates, quas tueri aggreditur.

Imò verò, contendit Bossuetius, inscitè prorsus hujusmodi elocutiones nobis opponi, siquidem Petri Fidem in Sede Apostolicâ minimè defectu-

ram

ram profitemur, atque ejus rei gratiâ Fidei causas ad eam esse referendas. Non patitur itaque ratio, concludit ille, textus ex communi traditione desumptos nobis objici. En ipsissima Bossuetii verba : *neque pluris valet quod à Gallicanis depromit* (anonymus) *Episcopis in eâ Epistolâ quam ad Innocentium X. an.* 1653. *de condemnandis Jansenii propositionibus perscripserunt* majores Ecclesiæ causas ad Sedem Apostolicam, &c. *quæ sanè nil contra nos qui confitemur Fidem Petri in Sede Apostolica minimè defecturam, atque ejus rei gratiâ Fidei causas ad eam referendas ; hæc ergo ex communi traditione desumpta nobis objici ratio non finit.*

toliqne, & que c'est pour cela que les causes de la foi doivent lui être *rapportées ; il est donc contre la raison, conclut-il, de nous objecter des textes pris de la commune tradition. Voici les propres paroles de M. Bossuet.* Neque pluris valet quod à Gallicanis depromit Episcopis in eâ Epistolâ quam ad Innocentium X. anno 1653. de condemnandis Jansenii propositionibus perscripserunt *majores Ecclesiæ causas ad Sedem Apostolicam, &c.* quæ sanè nil contrà nos, qui confitemur Fidem Petri in Sede Apostolicâ minimè defecturam, atque ejus rei gratiâ Fidei causas ad eam referendas; hæc ergo ex communi traditione desumpta nobis objici ratio non finit.

En itaquè, Fratres Charissimi, illæ loquendi formulæ quæ juxta decem causidicos *fundamentale Ecclesiæ Gallicanæ libertatum principium subvertunt*, quæque tamen juxta studiosissimum ac sagacissimum ipsarum libertatum defensorem eas nec levissimè petunt : *Quæ sanè nil contra nos.* En ille sermo juxta decem causidicos *Gallicis auribus durus ac peregrinus* qui Bossuetio teste non nisi ex communi traditione desumptus re-ipsa est, quemque nobis objici ratio non patitur : *Hæc igitur ex communi traditione desumpta nobis objici ratio non finit.* Quid ergo ? Num Gallicis auribus, dummodo Catholicæ sint, peregrinus esse debet sermo ex universâ traditione desumptus ?

Les voilà donc, mes très-chers Frères, ces mêmes expressions, qui selon les dix Avocats, contredisent le principe fondamental des libertés de l'Eglise Gallicane, *& qui selon le plus zélé, comme le plus éclairé défenseur de ces mêmes libertés, n'y donnent pas la moindre atteinte*, quæ sanè nil contra nos. *Le voilà* cet étrange langage pour des oreilles Françoises, *selon les dix Jurisconsultes, qui n'est en effet, selon M. Bossuet, que le langage commun de la tradition, que l'on ne peut sans renoncer à la raison, nous objecter*, hæc igitur ex communi traditione desumpta nobis objici ratio non finit. *Est-ce donc que les oreilles Françoises, pourvû qu'elles soient Catholiques, ne doivent pas être faites au langage de toute la tradition.*

At regerent fortasse decem causidici Bullam Canonisationis (S. Vincentii à Paulò) aliquid insuper adjicere elocutionibus Epistolæ 85. Gallorum Antistitum, magisque perspicuè sensum & mentem detegere quam in illâ exhibere voluit Summus Pontifex. Romanum nimirum Pontificem in eâ

Les dix Avocats diront peut-être que la Bulle de Canonisation enchérit encore sur les expressions de la Lettre des 85. Evêques, & devoile avec plus de clarté le sens que le Souverain Pontife a prétendu y donner, qu'elle ne se contente pas de dire que c'est à la Chaire de Pierre qu'on doit porter tous les périls & les scandales qui s'elevent

dans l'Eglise, sur-tout ceux qui touchent la foi; *mais qu'elle ajoute que si cela doit se pratiquer*, c'est afin que les pertes que pourroit souffrir ailleurs la foi, soient principalement réparées en ce lieu, où la foi ne peut souffrir de déchet, ubi Fides sentire non possit defectum.

Mais 1o. Cela n'a rien de commun avec la lettre des 85. Evêques de France, où ce texte ne se trouve pas, & qui ne peut, par conséquent servir à prouver que cette lettre contredit le principe fondamental des libertés de l'Eglise Gallicane. 2°. *Il faut remarquer que ces expressions que donnent les dix Avocats, comme le texte propre de la Bulle, sont tirées mot pour mot de la lettre 191. de S. Bernard au Pape Innocent II. 3o. Ce qui prouve évidemment que les expressions qui choquent les oreilles Françoises de ces Jurisconsultes, ne sont point du tout contraires aux maximes qu'on suit en France; c'est que M. Bossuet enseigne précisément la même chose dans l'ouvrage que nous avons déja cité; il y rapporte ce même passage de S. Bernard, où il ne trouve rien que de conforme à la Doctrine qu'il enseigne lui-même, & dont toute la France fait profession avec toute l'Eglise Catholique dont elle fait une partie si considérable. De tout ce que nous avons enseigné, dit-il, jusqu'ici, il nous sera aisé de conclure que les causes majeures, & sur-tout les questions de foi doivent principalement être définies par le S. Siége, qui n'est point sujet à l'erreur, & principalement par celui qui est renfermé dans cette suite de Pontifes, qui ne peut pas entiérement abandonner la foi. C'est ce qu'a voulu dire S. Bernard dans ce célébre passage tiré de sa lettre à Innocent II. où il parle de la sorte :* Il faut rapporter à votre Apostolat tous les périls & les scandales qui s'élévent dans l'Eglise de Dieu, ceux sur-tout qui regardent la foi; car il est juste que les pertes que

Canonisationis Bullâ non solùm asserere *ad Petri Cathedram referenda esse pericula quæque & scandala in Ecclesiâ emergentia ac præsertim quæ ad fidem pertinent* sed ulteriùs addere, *hoc ideo fieri deberi ut ibi potissimùm resarciantur Fidei damna, ubi Fides non possit sentire defectum.*

At 1°. Quidem nihil habet hoc commune cum Epistolâ 85. Episcoporum in quâ hic textus non invenitur, proindéque allegari id minimè potest ut probetur *illam Epistolam fundamentale Ecclesiæ Gallicanæ libertatum principium subvertere.* 2°. Notandum est eas elocutiones quas tanquam proprium Bullæ textum nobis tradunt decem causidici ad verbum extractas esse ex Epistolâ 191. S. Bernardi ad S. Pontificem Innocentium secundum. 3°. Has loquendi formulas quæ Gallicas istorum Jurisconsultorum aures offendunt placitis in Galliâ receptis nullatenus adversari indè manifestè probatur, quòd illud idem præcisè docet Bossuetius in opere à nobis jam laudato. Eumdem S. Bernardi textum ipse refert, in quo nil reperit, nisi maximè consentaneum Doctrinæ quam ipse tradit, quamque universa Gallia cum Ecclesiâ Catholicâ cujus pars est nobilissima tenet ac profitetur. Nitida Bossuetii verba rursus hîc referamus: *jam ex totâ*, inquit, *antecedente Doctrinâ id facilè consequemur ut majores ac præsertim Fidei quæstiones in eâ potissimum Sede definiri oporteat in quâ error non obtineat, & ab eo potissimùm Pontifice qui in eam seriem intexetur quæ à Fide abrumpi penitùs nequeat. Id voluit S. Bernardus loco celebri ad Innocentium II.* Oportet ad vestrum referri Apostolatum pericula quæque & scandala emergentia in regno Dei, ea potissi-

mùm quæ de Fide contingunt; dignú namque arbitror ibi potissimùm resarciri damna Fidei, ubi non possit Fides sentire defectum, hæc quippè ejus prærogativa Sedis: *en Sedis universim ex antiquâ traditione, non singuli cujusque Romani Pontificis, quâ tamen prærogativâ Sedis id fit, ut de Fidei periculo ad ejus Sedis Præsidem potissimè referatur.*

pourroit souffrir ailleurs la foi, soyent principalement réparées dans ce lieu, où la foi ne peut souffrir d'échec. C'est la prérogative de votre Siége. *C'est du Siége, continue M. Bossuet, que parle S. Bernard, & non pas de chaque Pontife Romain; cependant c'est à cause de la prérogative de ce Siége qu'on rapporte les périls de la foi à celui qui est assis dessus. Mettons encore ici le texte entier de M. Bossuet.* Jam ex totâ antecedente Doctrinâ id facilè consequemur ut majores ac præsertim Fidei quæstiones in ea potissimùm Sede definiri oporteat, in quâ error non obtineat, & ab eo potissimùm Pontifice qui in eam seriem intexetur, quæ à Fide abrumpi penitùs nequeat. Id voluit S. Bernardus loco celebri ad Innocentium II. *oportet ad vestrum referri Apostolatum pericula quæque & scandala emergentia in regno Dei, ea præsertim quæ de Fide contingunt; dignum namque arbitror ibi potissimùm resarciri damna Fidei, ubi non possit Fides sentire defectum. Hæc quippe ejus prærogativa Sedis.* En Sedis universim ex antiquâ traditione, non singuli cujusque Romani Pontificis, quâ tamen prærogativâ Sedis id fit, ut de Fidei periculo ad ejusSedis præsidem potissimè referatur.

Excerptum è Mandato & Documento Pastorali D. Archiepiscopi Ducis Cameracensis occasione scripti cuï titulus est: *Consultatio DD. Advocatorum Senatûs Parisiensis super judicio Eberoduni prolato in Episcopum sanitiensem.* Dato Parisiis die 24. Decembris an. 1728.

Extrait du Mandement & Instruction Pastorale de M. l'Archevêque Duc de Cambray, au sujet d'un écrit qui a pour titre: Consultation de Messieurs les Avocats du Parlement de Paris, au sujet du jugement rendu à Embrun contre M. l'Evêque de Senès. *Donné à Paris le* 24. *Decembre* 1728.

Pag. 19. AN non Orbi manifestat universo se in errore versari quicumque non concordat cum hâc Ecclesiâ Romæ Constitutâ quæ juxta Bossuetium à nobis suprà laudatum *a Petro ipsiusque Successoribus edocta hæreses non agnoscit?* Nonne hoc est profiteri se ab Ecclesiæ Catholicæ Fide descivisse? Siquidem eodem docente Antistite *Ecclesia Romana sem-*

Pag. 19. N*'Est-ce pas annoncer à toute la terre qu'on est dans l'erreur, puisqu'on ne s'accorde pas avec cette Eglise* (*de Rome*) *qui selon M. Bossuet que nous avons déja cité*, enseignée par S. Pierre & ses Successeurs, ne connoît point d'héréfie? *N'est-ce pas avouer qu'on a perdu la foi de l'Eglise Catholique; puisque, suivant le même Prélat*, l'Eglise Romaine est toujours vierge, *& que* la foi de l'Eglise

Romaine, est toujours la foi de l'Eglise.

Arrêtons-nous ici un moment, mes très-chers Frères, pour vous remettre devant les yeux l'opposition monstrueuse qui se trouve entre la conduite de M. l'Evêque de Senès, & des autres Appellans, & celle des plus saints & des plus éclairés Evêques de l'antiquité. Dans ces tems heureux où l'esprit Apostolique étoit encore en toute sa vigueur, les Evêques ne trouvoient point de moyens plus certains pour conserver la pureté de la foi, & réprimer les Novateurs, que de recourir à l'Eglise Romaine, comme à leur Oracle. C'est en confrontans ce qu'ils enseignoient avec ce qui étoit enseigné par cette Eglise célèbre, qu'ils confondoient les Hérétiques, & ne laissoient aucune resource à la nouveauté. Ecoutons un des plus anciens Evêques de France, qui avoit été enseigné lui-même par les Disciples des Apôtres : Quand nous exposons, *dit S. Irénée*, la tradition que la très-grande, très-ancienne, & très-célébre Eglise de Rome fondée par les Apôtres S. Pierre & S. Paul, a reçue des Apôtres, & qu'elle a conservée jusqu'à nous par la succession de ses Evêques; nous confondons touts les Hérétiques, parce que c'est avec cette Eglise, que toutes les Eglises doivent s'accorder à cause de sa principale Principauté, & que c'est en elle que les mêmes Fidèles répandus par toute la terre, ont conservé la tradition, qui vient des Apôtres.

Tertullien encore Catholique n'avoit point d'autres armes pour combattre les Hérétiques de son tems. Il ne leur permettoit pas même d'entrer en dispute, ni d'alléguer les écritures qu'il regardoit comme un fond qui leur étoit étranger, & comme un trésor auquel il ne leur étoit pas permis de toucher ; sans examiner, leur disoit-il, les pré-

per est virgo, & Ecclesia Romana Fides semper est Fides Ecclesiæ.

Hic hæreamus aliquantulùm, Fratres charissimi, ut vobis ob oculos ponamus ingens discrimen, quod reperitur inter agendi rationem D. Episcopi sanitiensis aliorúmque appellantium, & agendi normam illorum antiquitatis Episcoporum qui sanctitate & Doctrinâ maximè florebant. Priscis ac faustis illis temporibus in quibus spiritus Apostolicus potissimùm vigebat, Episcopi tutius non agnoscebant medium Fidei puritatem servandi ac Novatores comprimendi, quàm ad Ecclesiam Romanam tanquam ad ipsorum Oraculum confugere. Eo ipso quo suam Doctrinam celebris illius Ecclesiæ traditioni consentaneam comprobabant, Hæreticos expugnabant nec ullum novitati effugium relinquebant. Audiamus unum ex antiquioribus Galliæ Episcopis ab ipsis Apostolorum Discipulis edoctum : *Maximæ & antiquissimæ*, inquit S. Irenæus, *& omnibus cognitæ à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ Ecclesiæ eam quam habet ab Apostolis traditionem & annuntiatam hominibus fidem per successiones Episcoporum pervenientem usque ad nos indicantes, omnes confundimus Hæreticos. Ad hanc enim Ecclesiam propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam ; & quia omnes per orbem universum dispersi Fideles in eâ Ecclesiâ traditionem ab Apostolis venientem conservarunt.*

Tertullianus adhuc Catholicus non aliis armis ad impugnandos sui temporis Hæreticos utebatur, quàm Ecclesiæ Romanæ autoritate ; nec ipsis vel permittebat ut disputarent, aut proferrent scripturas quas habebat ut fundum qui eorum non erat, ac ut thesaurum à quo tenebantur abstine-

re : *haud opus est*, ipsis dicebat, *examinare hæc Sacra monumenta quæ ad Ecclesiam pertinent & quorum Fidelis custos est Ecclesia. Romanæ habemus Ecclesiæ autoritatem quæ nobis sufficit. Quam felix ista Ecclesia, cui totam Doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt.*

cieux monumens qui appartiennent à l'Eglise, & dont elle est la fidelle dépositaire, nous avons l'autorité de l'Eglise Romaine qui nous suffit. Heureuse Eglise à qui les Apôtres ont enseigné toute la Doctrine qu'elle professe, Doctrine d'autant plus sûre & plus autentique, qu'ils l'ont scelée de leur propre sang : habes Romam unde nobis quoque autoritas præsto est : ista quàm felix Ecclesia, cui totam Doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt ! .... videamus quid dixerit, quid docuerit.

Hæc Ecclesiæ Romanæ Fidei autoritas INDEFECTIBILIS tam firmis innixa est monumentis, ut Novator ipse cujus infaustum opus turbarum omnium est causa eam inficiari non valuerit. Ipsum itaque audiamus, Fratres charissimi ; & ex ipsâ confessione quam nobis annuere coguntur nostri simul & Ecclesiæ hostes, lucrum aliquod percipiamus ; nobis illa confessio suppeditabit, unde Novatoris hujus atque eorum omnium qui ipsum defendendum susceperunt audaciam retundamus ; *Episcopi Africani,* inquit P. Quesnelius, *Petri Successori suas misere Synodales relationes ut ipsorum judicium Apostolicæ Sedis autoritate firmatum foret, útque traditionis Ecclesiæ Africanæ cum Ecclesiæ Romanæ traditione comparatione factâ manifestum foret, an rivulus ille qui in Africâ serpebat, ab eodem fonte manaret unde prodierat tam plenum & abundans Ecclesiæ Romanæ flumen ut loquitur S. Augustinus & cum illo quatuor alii Episcopi ad Innocentium I. R. Pontificem scribentes. Hinc est quòd sanctus iste Doctor inventâ Ecclesiæ universalis Doctrinâ in Sedis Apostolicæ traditione scribat causam Pelagianorum per hanc collationem fuisse finitam.*

Cette autorité indéfectible de la foi de l'Eglise Romaine est si bien établie, que le Novateur même dont le malheureux livre est la cause de tous les troubles qui agitent l'Eglise, n'a pû s'empêcher de le reconnoître ; écoutons-le, mes très-chers Freres, & profitons de l'aveu que les ennemis de l'Eglise & les nôtres sont forcés de nous faire. Cet aveu suffira pour l'accabler aussi-bien que ceux qui ont entrepris sa défense. Les Evêques d'Afrique, *dit le Pere Quesnel*, envoyerent au Successeur de S. Pierre leurs rélations Synodales, afin que leur jugement fût appuyé de l'autorité du Siége Apostolique, & que la tradition de leur Eglise particulière étant confrontée avec celle de Rome, on reconnût, si ce petit ruisseau qui couloit en Afrique venoit de la même source d'où étoit émané le ruisseau si plein & si abondant de l'Eglise romaine, comme parle saint Augustin & quatre autres Evêques au Pape Innocent premier ; c'est pourquoi ce saint Docteur écrit qu'après avoir trouvé la tradition de l'Eglise universelle dans celle du Siége Apostolique, par cette confrontation l'affaire étoit finie.

Cùm hæc P. Quesnelius profitebatur, Gallorum Antistitum Doctrinæ obtemperabat. Sic enim loquitur cætus an. 1653. in Epistolâ ad Innocentium X. Summum Pontificem missâ : *quemadmodum ad Episcoporum*

Le Pere Quesnel suivoit en cela l'esprit, & parloit le langage des Evêques de France, car voici de quelle maniere l'Assemblée de 1653. s'exprime en écrivant au Pape Innocent X. Comme Innocent I. condamna autrefois l'hérésie de Pélage sur

la rélation des Evêques d'Afrique, de même Innocent X. a condamné l'hérésie opposée à la Pélagienne sur la Consultation des Evêques de France. En effet dans cette antiquité l'Eglise Catholique s'appuyant sur la seule Communion & autorité de la Chaire de Pierre, qui éclatoit dans l'Epître décrétale d'Innocent aux Evêques d'Afrique, qui fut suivie de celle de Zozime aux Evêques du monde entier, souscrivit sans hésitation à la condamnation de l'hérésie Pélagienne. Cette ancienne Eglise sçavoit clairement, non-seulement par les promesses de Jesus-Christ faites à S. Pierre, mais encore par les actes des Conciles précédens, & par les anathêmes prononcès un peu plûtôt contre Apollinaire & contre Macédonius par le Pape Damase, quoiqu'ils n'eussent été condamnés par aucun Concile œcumenique, que les jugemens des souverains Pontifes publiés pour servir de règle à la foi, sur la Consultation des Evêques, (soit que les Evêques expliquent ou n'expliquent point leur sentiment dans la rélation, comme il leur plaît d'en user) sont fondés sur une autorité qui est également divine & suprême dans toute l'Eglise; de façon que tous les Chrétiens sont obligés, par leurs devoirs, à leur rendre une soumission d'esprit même. Comme nous sommes remplis de la même pensée & croyance, nous respectons, selon notre devoir, l'autorité de l'Eglise Romaine, qui éclate maintenant dans le souverain Pontife Innocent X.

Africæ relationem Innocentius I. Pelagianam hæresim damnavit olim; sic ad Gallicanorum Episcoporum consultationem hæresim ex adverso Pelagianæ oppositam Innocentius X. autoritate suâ proscripsit. Enim vero vetusta illius ætatis Ecclesia Catholica solâ Cathedra Petri Communione & autoritate fulta quæ in decretali Epistolâ Innocentii ad Africanos datâ elucebat, quámque dein Zozimi altera ad universos orbis Episcopos Epistola subsecuta est, Pelagianæ hæresis damnationi absque cunctatione subscripsit: perspectum enim habebat non solum ex Christi Domini nostri pollicitation. Petro factâ sed etiam ex actis priorum Pontificum & ex anathematismis adversus Appollinarium & Macedonium nondum ab ullâ Synodo œcumenica damnatos à Damaso paulò anteà jactis, judicia pro sanciendâ regulâ Fidei a Summis Pontificibus lata super Episcoporum consultatione (sive suam in actis relationis sententiam ponant sive omittant, prout illis collibuerit) divinâ æque ac Summâ per universam Ecclesiam autoritate niti: cui Christiani omnes ex officio ipsius quoque mentis obsequium præstare teneantur. Eâ nos quoque sententiâ ac Fide imbuti Romanæ Ecclesiæ præsentem quæ in Summo Pontifice Innocentio X. viget autoritatem debitâ observantiâ colentes, &c..

Voila, mes très-chers Freres, ce qu'on a toujours pensé sur l'autorité de l'Eglise Romaine, depuis les premiers tems du Christianisme jusqu'au nôtre, & le glorieux témoignage, que rendoit S. Irenée à cette Eglise mère, est, selon M. Bossuet, un oracle révéré de tous les siècles.... *Si la Constitution* Unigenitus *est telle que M l'Evêque de Sénez la représenté dans son*

En perpetua quæ à primis seculis ad nos usque semper retenta est de Ecclesiæ Romanæ autoritate, Ecclesiæ universæ sententia; præclarúmque testimonium quod huic Ecclesiæ Matri tribuebat sanctus Irenæus teste Bossuerio *oraculum est omnium seculorum veneratione consecratum.*..... Si vero Constitutio

Unigenitus talis est qualem illam exhibet Sanitiensis Episcopus in suo appellationis actu, si Fidem, bonos mores ac Ecclesiæ disciplinam subvertit, si primum symboli articulum destruit, jam non erit cum Domino Bossuetio dicendum *Ecclesiam Romanam à S. Petro ipsiusque Successoribus edoctam hæreses non agnoscere ac Fidem Romanam semper esse Fidem Ecclesiæ;* imò cum Hæreticis ex adverso affirmandum erit Ecclesiam Romanam, quæ tandiu Virgo manserat intacta, nunc in errorem pronam ac præcipitem se dedisse, flagitiis se coinquinasse, ac ab illâ tamquam à meretrice infami secedendum esse.

acte d'appel, si elle renverse la Foi, la Morale, & la discipline de l'Eglise, si elle détruit le prémier article du symbole, il ne faudra plus prêcher avec M. Bossuet, que l'Eglise Romaine enseignée par S. Pierre & ses Successeurs, ne connoît point d'hérésie, *& que* la foi Romaine est toujours la foi de l'Eglise. *Il faudra soutenir au contraire avec les Protestans que l'Eglise Romaine qui a demeuré si long-tems vierge, est maintenant une prostituée, qui s'est livrée à l'erreur, & de laquelle il faut se séparer.*

Non jam fas erit prædicare palàm cum eodem Antistite qui non nisi sexcentorum & triginta Episcoporum in Concilio Calcedonensi coactorū sententiam verbaque refert, *Petrum in suâ Cathedrâ semper loquuturum esse, ac in suis Successoribus semper victurum.* E contra verò nuperis Hæreticis fateri cogemur hanc Cathedram tam olim venerabilem tantaque in veneratione semper habitam, jam non esse nisi pestilentiæ Cathedram; atque Petri Successores in eâ Sedentes non nisi mendacia proferre. Quid plura? Non jam necesse erit ut Ecclesiæ privatæ ad Ecclesiam Romanam confugiant ut certæ fiant Doctrinam quæ in ipsis traditur esse Doctrinā Ecclesiæ Romanæ, è contra Romanæ erit Ecclesiæ hanc Doctrinæ collationem peragere. Oportebit ut ista Ecclesia cæterarum omnium mater olim & magistra palàm agnoscens tam plenum ac redundans quod in ipsâ volvitur flumen ex eodem fonte non proficisci ex quo oritur rivulus qui fluit in Sanetio, suos errores corrigat & abjiciat.

On ne pourra plus publier, avec le même Prélat, qui ne fait qu'emprunter en cela le langage de 630. Evêques au Concile de Calcédoine, que Pierre parlera toujours dans sa Chaire, & qu'il vivra dans ses Successeurs. *On sera contraint au contraire d'avouer aux nouveaux Hérétiques que cette Chaire autrefois si respectable & si respectée dans tous les siècles, n'est plus maintenant qu'une Chaire de pestilence, & que les Successeurs de Pierre qui sont encore assis sur cette Chaire, ne débitent plus que des mensonges. En un mot, il ne faudra plus que les Eglises particulières recourent à l'Eglise Romaine pour s'assurer que la Doctrine qui s'enseigne chez elle, est la Doctrine de l'Eglise; ce sera au contraire à l'Eglise Romaine à faire les frais de cette confrontation: il faudra que cette Eglise autrefois mère & maîtresse de toutes les autres, reconnoissant que* le ruisseau si plein & si abondant, qui coule *chez elle*, ne vient pas de la même source que le petit ruisseau, qui coule *à Sénez*, *prenne le parti de corriger ses erreurs.*

N°. VIII.

Extrait de l'Instruction Pastorale de M. de la Fare, Evêque Duc de Laon, contre les réquisitoires de M. Gilbert, Avocat Général, &c. Donné à Laon le prémier Avril 1731.

P. 8. MAis *notre Censeur ne tombe-t-il pas avec lui-même en contradiction manifeste? Selon ses propres termes:* On ne nous enviera jamais d'employer au sujet des prérogatives éminentes du S. Siége, les paroles d'un Prélat des derniers tems, comparable aux grandes lumières des premiers siècles, & qui n'a jamais séparé l'attachement le plus fidèle au S. Siége, du zéle le plus sage, & le plus pur pour nos libertés. *S'il approuve, que nous employions les paroles de M. Bossuet, pourquoi nous blâme-t-il de soûtenir les sentimens qu'elles renferment? Nous souscrivons de tout notre cœur aux louanges qu'on lui donne; mais puisque c'est après lui que nous avons parlé sur l'autorité de l'Eglise Romaine, & que même ce Prélat cite le formulaire d'Hormisdas, le passage de saint Bernard, pour prouver que la vérité ne défaudra jamais dans la Chaire de Pierre, & que les questions touchant la Foi doivent principalement être décidées par ce Siége, où l'erreur ne peut prevaloir* (1); *pourquoi nous dénonce-t-on, tandis qu'on le laisse en paix joüir de toute sa gloire? Les mêmes expressions seront-elles dans nous contraires à nos libertés, & dans M. Bossuet la preuve* du zèle le plus sage & le

Excerptum è Documento Pastorali D. de la Fare Episcopi, Ducis Laudunensis contra postulationes D. Gilbert Causidici Generalis, &c. Dato *Lauduni die* 1. *Aprilis an.* 1731.

Pag. 8. AT noster ille Censor non ne secum apertè & manifestè pugnat? Ut enim ipse loquitur; *nunquam nobis ullus invidebit quominus in exponendis eximiis sanctæ Sedis prærogativis verba adhibeamus Episcopi recentioris ætatis eum maximis priorum seculorum luminibus comparandi, quique à fidelissimo in Sedem Apostolicam obsequio Sapientissimum ac integerrimum libertatum nostrarum studium nunquam dijunxit.* Si ergo annuit, ut verba Bossuetii adhibeamus, quare improbat illos à nobis propugnari sensus qui in Bossuetii verbis continentur? Spontè & ex animo præconiis subscribimus quæ Bossuetio deferuntur; at verò cùm non nisi ejus exemplum secuti de Romanæ Ecclesiæ autoritate verba fecerimus; cùm & ipse Bossuetius Hormisdæ formularium & S. Bernardi testimonium allegaverit, ut probaret veritatem in Petri Cathedrâ nunquam esse defecturam, quæstionésque Fidem spectantes ab eâ potissimùm Sede definiendas, in quâ error prævalere non potest (1); quare nomen nostrum defertur, dum interim Bossuetio permitti-

(1) Def. decl. Cler. Gallic. parte. 2. lib. XI. cap. 7. Id observemus quod fixum ac divinâ pollicitatione firmatum ubique inculcetur, nempè id, Sedis Apostolicæ atque Ecclesiæ Romanæ Fidem minimè perituram. *Ibid. cap.* 15. Jam ex totâ antecedente Doctrinâ id facile consequemur ut majores ac præsertim Fidei quæstiones in eâ potissimum sede definiri, oporteat, in quâ error non obtineat.

tur suâ omni gloriâ pacificè frui? Num æedem locutiones erunt in nobis nostris adversæ libertatibus, in ipso autem

plus pur pour ces mêmes libertés.

Sapientioris ac purioris pro iisdem libertatibus studii argumentum?

Excerptum ex Mandato D. de la Fare Episcopi, Ducis Laudunensis de obsequio debito Constitutioni *Unigenitus*, &c. Dato Lauduni die 13. Nov. an. 1730.

Pag. 10. NUmquam mente vestrâ reputastis Fratres Charissimi, qualis sit autoritas illa, à quâ Constitutiones, quas versamus, emanarunt. Non possumus illam vobis injuriam inurere, ut arbitremur his decretis vos esse obstituros, si cogitassetis illa proficisci ex ipso Jesu Christi in terris Vicario, ex divi Petri Successore, ex capite totius Ecclesiæ, ex ipsâ Apostolicâ Sede. Malumus pro honore vestro arbitrari vos falsis ac perniciosis, quæ ad deprimendas sacratiores autoritates atque ad rebellionis amorem inspirandum tartara singulis hebdomadibus evomunt, publicis nuntiis deceptos sivisse in vobis paulatim obliterari salutaria illa reverentiæ, obedientiæ ac humilitatis Documenta, quæ Christiani parentes in mentibus & animis vestris ab ineunte ætate indiderant & infuderant.

Ut igitur æquos atque à vobis retinendos de Augustâ illâ Sede sensus resumatis, revocate vobis in animum celebre formularium, cuï ex sancti Pontificis Hormisdæ jussu subscribere tenebantur Schismatici ut ad Ecclesiæ unitatem redirent, necnon Episcopi ipsi, ad manifestandam suam à Schis-

Extrait du Mandement de Mr. de la Fare, Evêque Duc de Laon, sur la soumission dûë à la Constitution Unigenitus, *&c. Donné à Laon le* 13. *Novembre* 1730.

Pag 10. *VOus n'avez jamais fait réflexion, mes Frères, à l'autorité d'où les Bulles sont émanées. Nous ne pouvons vous faire l'injure de croire que vous vous fussiez révoltés contre ces décrets, si vous aviez pensé qu'ils vous venoient de la part du Vicaire de J.C. en terre, d'un Successeur de S. Pierre, du Chef de toute l'Eglise, du siége Apostolique. Nous aimons mieux, pour votre honneur, nous persuader que fascinés par les Gazettes fausses & scandaleuses que l'Enfer vomit toutes les semaines dans le Royaume, pour y avilir tout ce que Dieu y a établi d'autorité, & y souffler l'esprit d'indépendance; vous avez laissé peu à peu s'évanouir les salutaires impressions qu'avoient faites dans votre esprit, & dans votre cœur les principes de soumission, d'obéissance, & d'humilité, que des parens Chrétiens vous avoient inspirées dès votre plus tendre jeunesse.*

Rappellez-vous donc, pour reprendre de cet auguste siége l'idée que vous devez en avoir, le formulaire que le saint Pontife Hormisdas faisoit signer par les Schismatiques pour leur réunion, & même par les Evêques pour s'assurer qu'ils n'étoient plus dans le schisme: le prémier point pour le salut est d'observer la règle de la foi, &

de ne s'écarter en rien de la tradition des Pères ; car on ne peut perdre de vûe cet Oracle de Jesus-Christ : tu es Pierre, & sur cette pierre je fonderai mon Eglise... Ces paroles sont vérifiées par l'événement, puisque la Réligion Catholique a été toujours inviolablement conservée dans le siége Apostolique &c... C'est pourquoi nous suivons en tout le siége Apostolique, & nous enseignons tout ce qu'il a décidé ; par conséquent j'espère que je serai dans la même Communion que ce Siége demande, & dans laquelle se trouve l'entière, & parfaite solidité de la Réligion Chrétienne. Nous promettons aussi que nous ne nommerons point dans les sacrés mystères ceux qui sont privés de la Communion de l'Eglise Catholique ; c'est-à-dire, ceux qui ne sont pas unis de sentimens en tout avec le siége Apostolique. Que s'il m'arrive de tenter quelque chose de douteux, par rapport à ma déclaration présente, je me reconnois aussi-tôt par ma propre condamnation complice de ceux que je condamne ici.

C'est un Pape, direz-vous, qui parle ici, saint Pape à la vérité, mais qui quoique saint a pû exagérer les prérogatives de son Siége. Hé bien, je n'insisterai point sur les témoignages des Papes, mais vous ne recuserés pas celui d'un des plus sçavans Evêques que jamais la France ait eû, & d'un Evêque parlant au nom d'une nombreuse Assemblée du Clergé, & dans une circonstance où il s'agissoit de resserrer tant qu'il se pourroit les prérogatives de la Chaire de S. Pierre. Ecoutez donc M. Bossuet parlant ainsi dans l'Assemblée de 1682.

Qu'on ne dise point que ce ministère de S. Pierre finit avec lui, ce qui doit servir de soutien à une Eglise éternelle, ne peut jamais avoir de fin. Pierre vivra dans ses Successeurs, Pierre parlera tou-

mate defectionem. *Prima salus est recta Fidei regulam custodire & à Patrum traditione nullatenus deviare, quia non potest Domini nostri Jesu Christi prætermitti sententia dicentis :* Tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.... *Hæc quæ dicta sunt rerum probantur effectibus, quia in Sede Apostolicâ immaculata est semper servata Religio. Unde sequentes in omnibus Apostolicam Sedem & prædicantes ejus omnia Constituta spero ut in unâ Communione vobiscum quam Sedes Apostolicâ prædicat esse merear, in quâ est integra & vera Christiana Religionis soliditas. Profiteor etiam sequestratos à Communione Ecclesiæ Catholicæ, id est, non in omnibus consentientes Sedi Apostolicæ eorum nomina inter Sacra non recitanda esse mysteria. Quod si mihi contingat aliquid dubium & incertum aggredi quod huic meæ declarationi non congruat jam tunc me met agnosco ipso meo judicio illorum consortem & socium quos hic condemno.*

At, objicietis, Pontifex Romanus ipse est, qui ità loquitur, sanctus ille quidem, sed qui licèt sanctus prærogativas, suæ Sedis exaggerare potuit. Sit ità quidem ; jam Pontificum vobis non proferam testimonia ; at non recusabitis testimonium unius è Doctioribus, quos unquam Gallia tulerit, Episcopis, qui numerosi Cleri Gallicani cœtùs nomine loquebatur & eo quidem tempore, quo de coarctandis, quantùm fieri poterat, Cathedræ Petri prærogativis agebatur. Audite igitur Bossuetium in conventu an. 1682. sic loquentem.

Nec quisquam dicat hoc Petri Ministerium (ut sit Ecclesiæ fundamentum) *cum ipso finitum fuisse. Æterna Ecclesiæ fundamentum, æternum & ipsum esse debet. Petrus in suis Successo-*

ribus vivet. Petrus in suâ Cathedrâ semper loquetur. Id in Concilio Chalcedonensi confirmarunt sexcenti atque triginta Episcopi.

jours dans sa Chaire, c'est ce que confirment 630. Evêques du Concile de Calcédoine.

Sanctus Paulus prosequitur idem Antistes *redux è tertio Cœlo ad Petrum invisendum profecutus est, ut exemplum ipse venturis ætatibus relinqueret, idque foret in æternum constitutum, quantumvis Doctus, quantumvis vitâ integer, etiamsi Paulus alter quis foret, invisendum tamen esse Petrum. Roma prædestinata est ut sit Religionis & Ecclesiæ caput. . . . sic Roma constituta est ac stabilita fuit Cathedra æterna. Hæc est ipsa Romana Ecclesia quæ à Petro ipsiusque Successoribus edocta hæreses non agnoscit. Sic Romana Ecclesia semper est Virgo. Romana Fides semper est Ecclesiæ Fides; in eâ semper creditur quod creditum est. Vox eadem insonat ubique & Petrus in suis Successoribus manet fidelium fundamentum. Hoc ipse Christus dixit. Cœlum autem, terráque transibunt potiùs quàm ipsius verba. Hæc est illa mater Ecclesia quæ ceteras omnes Ecclesias regit & gubernat. Hæc est illa Cathedra unica in quâ solâ unitas ab omnibus servatur. Ità locuta fuisse intelligitis Concilium Calcedonense, & alia; Africam, Galliam, Græciam, Orientem denique simul & Occidentem.*

S. Paul, *dit encore ce Prélat*, étant revenu du troisième Ciel vint voir Pierre, afin de donner la forme aux siècles futurs, & qu'il demeurât constant, & établi à jamais, que quelque Docte, quelque saint qu'on soit, fût-on un autre S. Paul, il faut voir Pierre. Rome est prédestinée à être le Chef de la Réligion, & de l'Eglise. . . . Ainsi fût établie, & fixée à Rome la Chaire éternelle. C'est cette Eglise Romaine, qui enseignée par S. Pierre & ses Successeurs, ne connoit point d'hérésie. Ainsi l'Eglise Romaine est toujours vierge, la foi Romaine est toujours la foi de l'Eglise. On croit toujours ce qu'on a crû, la même voix rétentit par-tout, & Pierre demeure dans ses Successeurs, le fondement des Fidéles. C'est Jesus-Christ qui l'a dit, & le ciel & la terre passeront plûtôt que sa parole. . . . . C'est l'Eglise Mère qui tient en sa main la conduite de toutes les autres, la chaire unique dans laquelle seule tous gardent l'unité. Vous entendez dans ces mots. . . . le Concile de Calcedoine, & les autres, l'Afrique, les Gaules, la Gréce, l'Asie, l'Orient & l'Occident unis ensemble.

Si à D. Bernardo, splendido altero Ecclesiæ Gallicanæ lumine, quæritis, Fratres Charissimi, ad quam Sedem pertineat Fidei damna resarcire quæ in ceteris Ecclesiæ partibus emergere possunt, respondebit Magnus ille Doctor id ad Sedem Romanam pertinere; quia Fides in eâ non potest sentire defectum: *dignum*, inquit, *namque arbitror ibi potissimùm resarciri damna Fidei ubi non possit Fides sentire defectum; hæc quippe hujus prærogativa Sedis.*

Si vous demandez, mes Frères, à saint Bernard, autre brillante lumière de l'Eglise de France, à quel Siége il appartient de réparer les pertes que la foi peut souffrir dans les autres parties de l'Eglise, ce grand Docteur vous répondra que c'est à celui de Rome, parce que la foi n'y peut défaillir, & que lui seul jouit de ce privilége: dignum namque arbitror ibi potissimum resarciri damna Fidei, ubi non possit Fides sentire defectum; hæc quippè hujus prærogativa Sedis,

N°. IX.

Extrait de l'Instruction Pastorale de M. de Belsunce Evêque de Marseille, sur les libertés de l'Eglise Gallicane. Donné à Marseille le 29. Septembre 1733.

Pag. 30. *Jouissez, M. T. C. F. avec joye & avec reconnoissance de la liberté que vous avez de discerner la vraye Eglise par la Chaire de Pierre. Les faux Docteurs se pareront en vain de noms d'Apôtres, & affecteront de paroître zélés pour la gloire de Jesus-Christ, vous les connoîtrez par leur opposition à la Chaire de S. Pierre, à laquelle S. Paul, tout grand qu'il étoit*, en science, en dons spirituels, en charité, en courage, *étoit subordonné. La Chaire qu'ils élévent contre l'unité, n'a pas été établie par Jesus-Christ, elle aura le sort de toutes les Chaires réprouvées. Errante durant tout le tems qu'elle subsistera, elle succombera enfin, & ne laissera après elle, que le souvenir de ses excès. Il n'en est pas de même de la Chaire éternelle. Elle a été établie & fixée à Rome. C'est cette Eglise Romaine, qui enseignée par S. Pierre & ses Successeurs, ne connoît point d'hérésie. Les Donatistes affecterent d'y avoir un Siége, & crurent se sauver par ce moyen du reproche qu'on leur faisoit que la Chaire d'unité leur manquoit. Mais la Chaire de pestilence ne pût subsister ni avoir de succession auprès de la Chaire de vérité.*

Ne craignez donc pas, M. T. C. F. qu'une Eglise qui est le centre de l'unité & de la vérité Catholique, puisse devenir le

Excerptum è Documento Pastorali D. de Belsunce Episcopi Massiliensis, super libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ. Dato Massiliæ die 29. mensis Septembris an. 1733.

Pag. 30. Cum læti ac grati animi sensibus perfruimini, Fratres Charissimi, concessâ vobis libertate ac felicitate veram Ecclesiam ex Petri Cathedrâ dignoscendi. Frustrà sibi Apostolorum nomina adaptabunt pseudodoctores; frustrà Jesu Christi gloriæ studiosos se profitebuntur, ex suâ illos dignoscetis cum Petri Sede discrepantiâ, cui S. Paulus licet scientiâ, donis spiritualibus, charitate ac fortitudine maximus subjectus erat. Cathedra quam isti pseudo-Doctores adversùs unitatem exstruunt à Christo non est constituta; sortem illa Cathedrarum omnium reprobatarum experietur. Errabunda quamdiu subsistet, subruetur tandem, solámque post se suarum impietatum memoriam relinquet. Non ità profectò fiet de Cathedrâ æternâ. Hæc Romæ Constituta ac stabilita fuit. Hæc est illa Romana Ecclesia quæ à S. Petro ipsiúsque Successoribus edocta hæresim non agnoscit. Aliquam in eâ Cathedram erroris sui ponere affectarunt Donatistæ, quò objectatum illis unitatis defectum amolirentur. Verùm Cathedra illa pestilentiæ propè Cathedram veritatis collocata nec subsistere potuit nec labentibus temporibus habere Successores.

Ne timeatis igitur, Fratres charissimi, Ecclesia quæ unitatis ac Catholicæ veritatis est centrum, possit un-

quam evadere Sedes erroris aut fons profanæ novitatis, ficuti à nonnullis interdū hodie vobis impiè obtruditur. Ecclefia romana femper eft Virgo; fides Romana femper eft Fides Ecclefiæ; in eâ femper creditur quod creditum eft, eadem vox infonat ubique & Petrus in fuis Succefforibus manet fidelium fundamentum, id Chriftus ipfe dixit, ac cœlum terrâque tranfibunt potiùs quàm ipfius verba.

fiége de l'erreur, ou la fource de la profane nouveauté, comme on a quelquefois l'impiété de vous le dire aujourd'hui. L'Eglife Romaine eft toujours vierge; la foi Romaine eft toujours la foi de l'Eglife: on croit toujours ce qu'on a crû, la même voix rétentit par-tout, & Pierre demeure dans fes Succeffeurs le fondement des Fidèles. C'eft Jefus-Chrift qui l'a dit, & le ciel & la terre pafferont plûtôt que fes paroles,

Suum huic veritati teftimonium præftat & quidem coram Clero Gallicano, ipfiúfque nomine Epifcopus fuâ eruditione ac fuo pro noftris libertatibus ftudio maximè commendabilis.

Un Evêque recommandable par fon érudition & par fon zèle pour nos libertés, rend avec joye témoignage à cette vérité, & le rend en préfence & au nom du Clergé de France.

Pag. 63. Omnem, Fratres chariffimi, Novatoribus anfam auferamus exagerationis nos arguendi, cum pro Ecclefia Romana loquimur, quam laceffere ipfi ac impiè infectari non ceffant; hâc in re nil noftrum proferamus. Sinamus ipfi loquantur, qui nos præcefferunt Epifcopi omnium præftantiffimi. Populi Fideles ac dociles, attentis percipite auribus quæ mox audituri eftis, illorum fermo traditionis, & ideo veritatis eft fermo, confidenter & dicimus, nofter quoque eft, & folus quem aufcultare debeatis; in illo vos invenietis damnationem turbulentorum illorum hominum, unitatis ac fubordinationis hoftium, qui nil omittunt ut vos fecum in rebellionem pertrahant contra Jefu Chrifti Vicarium. Proindeque tutiffimum contra feductionem ac fchifma quod à multo tempore meditantur præfidium in eo neceffariò reperietis. Oraculum audite à tot retro feculis pronuntiatum à S. Irenæo Apoftolis ferè coævo, cujus verba à Catholicarum veritatum defenforibus tam fæpe laudantur, ac femper cum plaufu

Pag. 63. *Otons, M. T. C. Frères, ôtons aux Novateurs tout prétexte de nous accufer d'exagération; lorfque nous parlons en faveur de l'Eglife Romaine, contre laquelle leurs écrivains ne ceffent d'invectiver & de blafphêmer, ne difons rien de nous-même fur ce fujet, laiffons parler les plus Illuftres Evêques qui nous ont précédés. Peuples Fidèles & dociles, foyez attentifs à ce que vous allez entendre, leur langage eft celui de la tradition, & par conféquent celui de la vérité. Nous le difons avec confiance, c'eft auffi le nôtre, & le feul que vous devez écouter. Vous y trouverez la condamnation de ces hommes inquiets, ennemis de l'unité & de la fubordination, qui n'oublient rien pour vous entraîner après eux dans le foulevement contre le Vicaire de Jefus-Chrift; & par une fuite néceffaire vous y trouverez un préfervatif affûré contre la féduction & contre le fchifme qu'ils méditent depuis long-tems. Ecoutez l'Oracle prononcé depuis tant de fiècles par S. Irénée, prefque contemporain des Apôtres, duquel les paroles ont été fi fouvent rapportées par les défenfeurs des vérités Catholiques, & toujours reçues avec acclamation, comme des décifions contre les Auteurs des fchifmes & des héréfies,*

ou plûtôt écoutés l'Oracle de l'Eglise Gallicane prononcé dès les premiers jours de sa naissance par un de ses plus sçavans Pontifes & de ses plus saints Martyrs.

excipiuntur tanquam in Schismatis & Hæreseum autores decretoria, seu potiùs Ecclesiæ Gallicanæ Oraculum audite à primâ hujusce origine pronuntiatum ab uno ex ipsius sanctissimis Martyribus ac eruditissimis Pontificibus.

Que la France encore aujourd'hui, que l'univers entier l'écoute avec une profonde vénération, cet Oracle respectable, si souvent répété dans tous les siecles par les Evêques de toutes les Eglises Catholiques qui a toujours fait la régle de leurs sentiments à l'égard de l'Eglise mère de toutes les Eglises.

Cum summo animi obsequio audiat etiamnum Gallia, orbisque universus venerandum illud Oraculum tam sæpè à Catholicis seculorum omnium Episcopis celebratum, juxta quod suos illi erga Romanam Ecclesiam ceterarum matrem sensus semper conformarunt.

Quand nous exposons, *dit ce grand Evêque*, la tradition que la très-grande, très-ancienne, & très-célèbre Eglise Romaine fondée par les Apôtres Saint Pierre & S. Paul, a reçuë des Apôtres & conserve jusqu'à nous par la Succession des Evêques, nous confondons tous les Hérétiques, parce que c'est avec cette Eglise que toutes les Eglises & tous les Fidèles qui sont par toute la terre doivent s'accorder, à cause de sa principale & excellente Principauté, & que c'est en elle que ces mêmes Fidèles répandus par toute la terre, ont conservé la tradition qui vient des Apôtres.

Maxima inquit Magnus ille Præsul *& antiquissima & omnibus cognita à Gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundata & constituta Ecclesiæ eam quam habet ab Apostolis traditionem & annuntiatam hominibus Fidem per Successionem Episcoporum pervenientem usque ad nos indicantes confundimus omnes Hæreticos: ad hanc enim Ecclesiam necesse est omnem convenire Ecclesiam atque omnes undique Fideles propter potiorem illius principalitatem, & quia omnes per orbem universum dispersi Fideles traditionem ab Apostolis venientem in eâ conservarunt.*

Ainsi parloit l'Eglise Primitive des Gaules, d'autant plus étroitement attachée à l'Eglise Romaine, que c'étoit de cette Eglise mère qu'elle avoit reçue la foi. Car c'étoit le Conseil de Dieu, *dit M. Bossuet*, que la foi nous fût annoncée par le saint Siége, afin qu'éternellement unis par ces liens particuliers à ce centre commun de l'unité Catholique, nous puissions dire avec un grand Archevêque de Rheims: la sainte Eglise Romaine, la mère, la nourrice, la maîtresse de toutes les Eglises, doit être consultée dans tous les doutes, qui regardent la foi & les mœurs, principalement par ceux qui, comme

Ita loquebatur Primitiva Galliarum Ecclesia eo arctiùs Ecclesiæ Romanæ addicta, quòd ex hâc Ecclesiâ matre Fidem perceperat; *ità Consiliis Divinis statutum fuerat* inquit, D. Bossuetius, *ut Fides nobis ab ipsâ sanctâ Sede annuntiaretur, quò specialibus vinculis communi huic Ecclesiasticæ totius unitatis centro æternùm adhærentes cum magno aliquo Remorum Archiepiscopo dicere possimus: Sancta Ecclesia Romana omnium aliarum mater, nutrix & magistra in omnibus illis consuli debet dubiis quæ Fidem aut mores spectant; & ab iis quidem præcipuè consulenda, qui,*

ut & nos, ejus Ministerio in Christo geniti fuerunt, ab eâque Catholica Doctrina lacte enutriti.

Ecquis ordine Sacerdotali insignitus invenietur, exclamant Patres secundi Concilii Turonensis loquentes de collectione decretorum Summorum Pontificum quæ ab Episcopis Gallicanis accepta fuerant, qui agere audeat contra talia decreta quæ à Sede Apostolicâ manarunt? *Quis Sacerdotum contra decreta talia quæ à Sede Apostolicâ processerunt agere præsumat?*

Irenæi dignitatum sic sensuum heredes sanctissimi Galliarum Episcopi à primis hujusce imperii exordiis sancto Avito ipsorum Collegæ munus hoc demandarunt, ut in causâ Symmachi R. Pontificis communem totius Episcopatûs causam Romanis commendaret; *quia*, Summus ille vir ajiebat, *quando R. Pontifex omnium Episcoporum caput impetitur, non unus tantum Episcopus sed ipse totus Episcopatus periclitatur.*

Omnia quæ temporibus illis habita sunt concilia, pergit Bossuetius, *ostendunt SS. Prædecessores nostros in his quæ Fidem & disciplinam spectant in Ecclesiam Romanam semper inspexisse ac ab hujus traditionibus semper fuisse ductos. Ità sentiebat Ecclesia Gallicana quæ quidem dum S. Remigii ministerio Clodovæum & Francos in suo complexa est sinu, intimis eorum præcordiis observantissimum illud insculpebat erga sanctam Sedem obsequium, cujus studiosissimi non minùs quàm potentissimi defensores esse debebant.* In sequentibus ætatibus ac sub Imperatore potentissimo quem habuerit Gallia, *Ecclesia Romana*, ejusdem Bossuetii sunt verba, *de rebus dubiis consulta fuit ejúsque responsa reverenter accepta vim legum inviolatam habuerunt.*

nous, ont été engendrés en Jesus-Christ par son ministère, & nourris par elle du lait de la Doctrine Catholique.

Et qui trouvera-t-on dans l'ordre Sacerdotal, s'écrient les Peres du second Concile de Tours, en parlant d'une collection des décrets des Souverains Pontifes reçus par les Evêques de France, qui ose agir contre la disposition de tels décrets qui sont émanés du siége Apostolique? Quis Sacerdotum contra decreta talia quæ à Sede Apostolicâ processerunt agere præsumat? *Héritiers de l'esprit des Irénées comme de leur dignités, les saints Evêques des Gaules dans les prémiers commencemens de cette Monarchie chargerent S. Avite leur Collegue*, de recommander aux Romains dans la cause du Pape Symmaque, la cause commune de tout l'Épiscopat, parce que, disoit ce grand homme, quand le Pape le Chef de tous les Evêques est attaqué, ce n'est pas un seul Evêque, mais l'Épiscopat entier qui est en péril.

Tous les Conciles de ces tems, *continue M. Bossuet*, font voir qu'en ce qui *touchoit la foi & la discipline, nos saints Prédécesseurs regardoient toujours l'Eglise Romaine, & se gouvernoient par ses traditions. Tel étoit le sentiment de l'Eglise Gallicane, qui en recevant, par le ministère de S. Remy, Clovis & les François dans son sein, leur imprimoit dans le fond du cœur ce respect pour le saint Siége, dont ils devoient être les plus zélés aussi bien que les plus puissans Protecteurs. Dans les siècles suivans & sous le plus puissant Empereur qu'ait eu la France*, l'Eglise Romaine, *c'est encore M. Bossuet qui parle*, fut consultée dans les affaires douteuses, & ses réponses réçues avec révérance, furent des loix inviolables.

A ces expressions siédifiantes & si Catholiques, reconnoissez-vous, M. T. C. F. celles des Novateurs qui troublent aujourd'hui l'Eglise? Pourriez-vous douter qu'ils cherchent à rendre odieuse & inutile, s'il étoit possible, l'autorité du Chef de l'Episcopat parce qu'ils voudroient avilir & anéantir celle de tout l'Episcopat, & l'Episcopat lui-même. Mais les Evêques de France inviolablement attachés aux saines Doctrines, défendent avec le même zèle les droits de l'Episcopat, & ceux de son Chef, parce que les uns & les autres sont essentiels à l'ordre prescrit par Jesus-Christ dans le gouvernement de l'Eglise. Ainsi bien loin de s'élever contre le prémier Siége, ils protestent dans un Concile assemblé *par les ordres de Pepin & de Carloman qu'ils veulent conserver l'unité, & demeurer jusqu'à la fin de leur vie dans la soumission à l'Eglise Romaine & à Saint Pierre.*

In istis elocutionibus tam sapientibus, tam Catholicis, vocem ne agnoscitis atque sermones novatorum qui Ecclesiæ pacem hodie perturbant? An dubitaretis eò tendere illorum conatus ut odiosa ac inutilis, si fieri posset, evadat autoritas Capitis Episcopatùs, quia vellent ipsam totiùs Episcopatùs Autoritatem ac Episcopatum etiam deprimere ac subvertere. Verùm Galliarum Antistites sanæ Doctrinæ inviolatè addicti pari studio jura Episcopatùs nec non jura capitis Episcopatùs tuentur; rati utraque necessaria esse ad conservandum Ecclesiæ Regimem à Christo præscriptum. Unde nedum in primam sedem insurgere cogitent, contestantur in Concilio Pipini ac Carlomani jussu olim convocato *se velle unitatem conservare ac in obsequiis Ecclesiæ Romanæ, & Petro debitis ad vitæ finem usque perseverare.*

Ils ordonnent dans un autre Concile composé des Evêques d'en-deça les Alpes, que tous honorent leur Père spirituel, le Souverain Pontife, le Pape universel, que tous reçoivent avec la plus profonde vénération les décrets qu'il aura formé par l'autorité Apostolique selon son sacré Ministère, & qu'on lui rende en toutes choses l'obéïssance qui lui est dûë.

Jubent in altero Concilio in Galliis pariter habito *ut summo Pontifici, Patri Spiritali ac Papæ Universali honor ab omnibus conservetur & quæ secundùm sacrum Ministerium suum Autoritate Apostolicâ decreverit cum summâ veneratione ab omnibus suscipiantur & debita illi obedientia in omnibus conservetur.*

Que les Partisans, les Protecteurs & les Ministres de l'erreur, qui oseroient peut-être attribuer à la simplicité & à la prétenduë ignorance des siécles passés, ce que l'esprit de piété & de réligion leur devroit faire admirer & imiter, apprenent que ces sentimens de l'Eglise Gallicane ne se sont point affoiblis dans les siécles postérieurs, & selon eux, plus éclairés; & que les Peuples & les Rois en ont été aussi pénétrés que les Evêques, qu'ils écoutent encore & qu'ils soient confondus.

Condiscant autem erroris sectatores, defensores & Ministri qui simplicitati ac prætensæ præteritorum seculorum ignorantiæ id fortè refere auderent, quod ipsi piè ac Religiosè admirari ac imitari deberent. Condiscant inquam vetere illos Ecclesiæ Gallicanæ sensus in posterioribus seculis, juxta ipsos, perspicacioribus, debilitatos minimè fuisse, Regésque populósque sensibus illis æquè affectos fuisse ac Episcopos. Audiant rursùs ac erubescant.

Non

Non desciverunt inquit D. de Marca, Episcopus ille suâ eruditione ac suo pro Ecclesiæ Gallicanæ cujus præcipuum erat ornamentum gloriâ studio tam conspicuus, *non desciverunt*, inquit, *posteri à tam laudabili ac necessario proposito* (Sedi Apostolicæ semper obsequendi) *quin potius omnibus seculis Reges Christianissimi ipsúmque Ecclesiæ Gallicanæ corpus egregiis facinoribus, ac scriptis sunt quæ apud nos testatum fecerunt nihil esse sibi antiquius quàm ut veterem à consuetudinem à jure Divino manantem quæ reverentiam Apostolicæ Sedis ipsiúsque Communionem exigit, frequentissimis officiis renovarent.*

Non, dit M. de Marca, (cet Evêque si célèbre par son érudition & par son zèle pour la gloire de l'Eglise de France dont il fut un des principaux ornemens) non, ceux qui vêcurent dans la suite ne dégénerent point, ils ne se démentirent jamais dans la louable & nécessaire résolution (*d'être soumis au S. Siége*); mais dans tous les siécles au contraire, les Rois Très-Chrétiens & le Corps de l'Eglise Gallicane donnerent par des actions éclatantes & par des Ecrits, monumens qui existent, des preuves autentiques, qu'ils n'avoient rien tant à cœur, que de renouveller, par des services fréquens l'ancienne coûtume établie de droit Divin, qui exige la vénération pour le S. Siége & l'attachement à sa Communion.

Ab Episcopis Regni edocti Reges nostri ait Episcopus tam sæpè laudatus (Bossuetius) *erga ceteras aliàs potestates invicti sunt; at erga Sedem Apostolicam semper humiles. Norunt in quo sita sit vera excelsitudo. Principes illi Religiosi juxta ac Magnanimi non minùs aspernati, quàm execrati sunt excessus illos, ad quos non nisi desperatio vel imbecillitas inducit.*

Instruits par les Evêques de la Nation, nos Rois, *dit le Savant Evêque si souvent cité*, nos Rois sont invincibles envers tout autre Puissance, & toujours humbles envers le saint Siége. Ils sçavent en quoi consiste la véritable grandeur. Ces Princes également Religieux & Magnanimes, n'ont pas moins méprisé que détesté les extrêmités ausquelles on ne laisse emporter que par désespoir & par foiblesse.

Haud satis habet Ecclesia Gallicana Sedi Apostolicæ sicuti ceteræ Nationales Ecclesiæ adhærere, sui præterea officii esse credit ut suam erga Pontificem qui primam illam occupat Sedem, solemnibus testimoniis venerationem orbi universo manifestet *quantum olim*, scribebant Episcopi an 1682. Parisiis Congregati ad Innocentium XI. *à majoribus nostris Sedi Apostolicæ delatum est, tantum nos qui honoris Sacerdotalis Successores patriique animi heredes sumus vestræ sanctitati debere solemniter profitemur.*

Ce n'est pas assez pour l'Eglise de France, d'être comme les autres Eglises Nationales, unie au saint Siége; elle se croit encore obligée de donner à l'univers des marques solemnelles de sa vénération pour le Pontife qui occupe ce prémier Siége. Si les Evêques, nos prédécesseurs, *disoient à Innocent XI. les Evêques de l'Assemblée du Clergé de 1682;* ont donné autrefois tant de marques de leur respect envers le saint Siége Apostolique, nous ne croirions pas leur avoir légitimmement succedé, si nous ne les imitions dans le zèle qui est héréditaire à la Nation, & si nous ne donnions à toute la terre des preuves solemnelles de la très-profonde vénération que nous avons pour votre Sainteté.

Pag. 84. Nos semper cum Patribus

Pap. 84. *Nous reconnoîtrons toujours*

jours avec les Pères du Concile de Calcédoine que le souverain Pontife préside à toutes les Eglises, comme le Chef aux membres, *que c'est à lui à qui* la garde de la vigne a été confié par le Sauveur, *qu'en gouvernant les Eglises* à la lueur du rayon Apostolique, il se répand, *& acoûtume d'enrichir par la participation des biens qu'il possède*, ceux qui sont dans la maison de Dieu; *c'est-à-dire, dans l'Eglise. Et en cette qualité de Chef de toutes les Eglises, & de l'Eglise universelle, quelle vénération ne lui devons-nous pas? Nous reconnoîtrons toujours avec S. Irénée* la plus puissante Principauté *de l'Eglise Romaine, à laquelle il est nécessaire que toute Eglise se réunisse, comme au centre de l'unité. Avec S. Avite nous répondrons toujours au Vicaire de Jesus-Christ de la déférence de nos Eglises pour son Siége. Fasse le Ciel qu'il n'y ait bientôt parmi nous aucun Evêque qui ne soit dans les mêmes sentiments, & qui ne tienne le même langage que ce grand Saint! Nous nous ferons toujours une gloire de remplir l'obligation que Jesus-Christ nous a imposé en élevant S. Pierre à la suprême dignité de Chef de l'Episcopat, & d'etre fideles* à la promesse que nous avons faite à notre Sacre d'obéïr, selon les Canons au saint Siége. *Nous conjurerons toujours notre auguste Monarque dans les mêmes termes que le Concile d'Aquilée conjuroit autrefois l'Empereur Gratien*, de ne pas permettre qu'on donnât atteinte à l'Eglise Romaine, & à la foi des Apôtres; parce que c'e t de là, *comme de leur source*, que les droits *inviolables* de la Communion *Ecclésiastique* se répandent *dans toutes les autres Eglises.*

Concilii Calcedonensis profitebimur Summũ Pontificem omnibus Ecclesiis præesse *tanquam caput membris*; ipsi *creditam esse à Christo vinæ custodiam*; ipsum Ecclesias *radii Apostolicii luce* gubernantẽ eam *diffundere* atque bona quæ possidet communicando illos ditare solere, *qui sunt in domo Dei*, id est, in Ecclesiâ. Hoc verò omnium Ecclesiarum ac universalis Ecclesiæ capitis nomine, quam venerationem ipsi non debemus? Nos semper cum sancto Irenæo agnoscemus *potentiorem Ecclesiæ Romanæ Principalitatem*, cum quâ tanquam cum unitatis centro necesse est omnem convenire Ecclesiam. Cum sancto Avito nos semper Jesu Christi Vicario sponsores erimus pro nostrarum Ecclesiarum erga suam Sedem obsequio. Faxit Deus ut citò nullus inter nos sit Episcopus qui non eosdem gerat sensus quive cum sancto Avito idem non polliceatur. Semper gloriæ nostræ dabimus officium adimplere quod Christus nobis imposuit Petrum ad supremam capitis Episcopatûs dignitatem evehendo, nec non promissa fideliter exequi quæ in nostrâ consecratione fecimus, Canonicam Sedi Apostolicæ obedientiam præstandi. Augustum Regem nostrum iisdem verbis semper deprecabimur quibus Gratianum Imperatorem deprecabatur olim Aquiliense Concilium *ne*, videlicet, *umquam patiatur Romanam Ecclesiam ac Apostolorum Fidem aliquando impeti quia ab eâ* tanquam à fonte inviolata *Communionis* Ecclesiasticæ *jura* in ceteras omnes Ecclesias *diffunduntur.*

Excerptum è Documento Pastorali D. de Belsunce, Episcopi Massiliensis, adversus duas Conciones Genevæ habitas, &c. Dato an. 1736.

Parte primâ *pag.* 20.

SAnctus Irenæus docet *ad Ecclesiam Romæ fundatam necesse esse convenire in causis Fidei omnes peculiares Ecclesias, omnésque per orbem universum dispersos Fideles propter potiorem illius Sedis principalitatem.* S. Cyprianus declarat *Cathedram Petri, unitatis Sacerdotalis esse fontem atque ad eam mendacium & errorem accessum habere non posse.* S. Hieronymus ab uno è concionatoribus Genevensibus cum honore laudatus asserit *in Fidei controversiis Cathedræ Petri adhærendum esse*, asserit *dissipare quicumque cum Romano Pontifice non colligit ac profanum illum esse & Sacramentorum profanatorem quicumque agnum manducat & Sacramentis participat sejunctus ab Ecclesia Romæ fundatâ.* S. Augustinus censet *causam Pelagianorum esse finitam, quia Roma rescripta dederat.* S. Petrus Chrysologus fidelibus prædicat *Petrum in suis Successoribus adhuc vivere ac in suâ Sede præsidere ut veritatem illis omnibus manifestet qui eam ediscere cupiunt.* S. Thomas, Doctor Angelicus, docet *Ecclesiæ unitatem in mutuâ Fidelium qui sunt ipsius membra unione consistere nec non in Fidelium omnium subjectione Romano Pontifici totius Ecclesiæ corporis capiti.*

Numquid profiteri jam non audebimus cum Patribus Concilii Ephesini Romanum Pontificem esse *Fidei custodem*; cum sexcentis atque triginta

Extrait de l'Instruction Pastorale de M. de Belsunce, Evêque de Marseille, contre deux Sermons prêchés à Géneve, &c. Donné en l'an 1736.

Première partie pag. 20.

S*Aint Irénée qui enseigne que* c'est avec l'Eglise de Rome que toutes les Eglises particulières & les Fidèles répandus dans l'univers, doivent s'accorder sur les matières de la foi, à cause de la prééminence de son Siége, *& S. Cyprien qui déclare* que la Chaire de S. Pierre est la source de l'unité Sacerdotale, & que le mensonge, & la fausseté ne peuvent y avoir accès. *S. Jerôme, cité avec honneur par un des deux Prédicateurs de Genéve, S. Jerôme qui dit, qu'il faut* s'attacher à la Chaire de Pierre dans les disputes sur la foi, que quiconque n'amasse pas avec le Pape, dissipe, & que quiconque étant séparé de l'Eglise de Rome, mange l'Agneau, & participe aux Sacremens, les profâne, & doit être regardé lui-même comme un profane; *saint Augustin qui croit* la cause des Pélagiens finie, parce que la décision de Rome est venue; *S. Pierre Chrysologue qui veut que les Fidèles sçachent que* Pierre vit encore dans ses Successeurs, & qu'il préside dans son Siége, pour apprendre la vérité à ceux qui désirent la connoître; *saint Thomas, l'Ange de l'Ecole, qui enseigne que* l'unité de l'Eglise consiste dans l'union mutuelle des Fidèles qui sont les membres de son corps, & dans le rapport subordonné de tous ses membres au Chef visible du même corps qui est le Souverain Ponrife.

N'osera-t-on plus dire avec les Pères du Concile d'Ephése, que le Pape est le Gardien de la foi, avec les 630. de Calcédoine, que c'est lui à qui le Seigneur a confié la

garde de sa vigne; *avec ceux des Conciles de Nicée, de Calcédoine, de Latran, & de Constantinople, qu'il est* le Successeur de S. Pierre, le Chef des Evêques, & de toutes les Eglises, *qu'il est* le Suprême, le Principal, l'Apostolique Pasteur de tous les Chrétiens, *que revêtu du caractère* sacré & divin, il doit être respecté comme Aaron? *Ne sera-t-il plus permis de dire avec les Evêques de la Province de Tarragone, que* sa primauté doit le faire craindre, aimer, respecter de tous les Fidèles? *Avec le Concile de Sienne qu'il a reçû* une plénitude de puissance céleste, qu'il est Successeur de Pierre, l'oingt du Seigneur, le père des Rois, la lumière du monde, le Souverain Pnntife? *Ou avec les Pères du Concile Général de Florence, que c'est* le vrai Vicaire de Jesus-Christ, le Chef de toute l'Eglise, le Père, & le Docteur de tous les Chrétiens, & qu'il a reçu de Notre-Seigneur Jesus-Christ dans la personne de saint Pierre une plaine puissance de paître, de conduire, de gouverner l'Eglise universelle; ainsi que les Conciles Ecumeniques l'ont déclaré dans leurs actes?

Concilii Calcedonensis illum esse *cui Dominus vinea sua custodiam demandavit;* cum Patribus Concilii Nicæni, Calcedonensis, Lateranensis, & Constantinopolitani illum esse *Petri Successorem; caput Episcoporum & omnium Ecclesiarum; Supremum Præcipuum, Apostolicum Christianorum omnium Pastorem*, illum *sacro divinóque ornatum charactere non minùs quàm Aaron colendum esse?* Numquid jam dicere non licebit cum Episcopis Provinciæ Tarragonensis illum *ob suum primatum timendum, amandum ac veneratione prosequendum esse ab omnibus fidelibus.* Cum Concilio Senensi illum *cælestis potestatis plenitudinem accepisse Petri esse Successorem, unctum Domini, Patrem Regum, lucem mundi, supremum Pontificem* aut cum Patribus Concilii œcumenici Florentini *illum esse verum Jesu Christi Vicarium, totius Ecclesiæ caput, omnium Christianorum Patrem & Doctorem atque à Domino nostro Jesu Christo plenam in personâ Petri accepisse potestatem pascendi, regendi ac gubernandi Ecclesiam universalem, sicuti œcumenica Concilia suis in actis declararunt?*

N°. X.

Excerptum ex Mandato Illustrissimi de Mailly Remensium Archi-Præsulis, circa Constitutionem *Unigenitus*. Dato Remis die decimâ Septembris anno 1718.

Extrait du Mandement de M. de Mailly Archevêque, Duc de Reims, au sujet de la Constitution Unigenitus. *Donné a Reims le* 10. *Septembre* 1718.

Pag. 13. *Quelle illusion de prétendre que ce n'est pas donner atteinte à l'honneur du saint Siége que de s'opposer aux décisions du souverain Pontife!*

Pag. 13. Proh! quàm graviter ab errant qui contendunt nè tùm quidem S. Sedis honorem violari cùm Romani Pontificis defini-

tionibus resistitur! Nunquid enim per inobedientiam autoritas, aut per divisionem unitas conservari potest?

Omnibus temporibus S. Patres Doctrinam Ecclesiæ Romanæ velut Fidei suæ normam amplexati sunt. Frequentes celebrarunt conventus, non ut illam impeterent, sed ut illius impugnatores ad officium reducerent; adversus hanc tàm venerandam (Romanæ Ecclesiæ) traditionem Quesnelii sectatores hodiè Concilium efflagitant. *Illa* autem, juxta S. Irenæum, *confundendis omnibus hæreticis sufficit*, quia *ad hanc Ecclesiam propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam*, *&* quia *in eâ ab omnibus qui sunt undique Fidelibus conservata est ea quæ est ab Apostolis traditio.* Non dubitavit S. Hieronymus de iis qui cum Romano Pontifice juncti non sunt idem pronunciare, quod quidem ipse Christus de iis pronunciavit qui sibi non adhærent. *Quicumque*, inquit, *tecum non colligit, spargit.* Sergius Cypri Archi-Præsul in eâ ad S. Pontificem Epistolâ quæ in Concilio Lateranensi perlecta est disertè exprimit intimos illos venerationis sensus quibus ipse haud secùs ac ceteri omnes suæ Provinciæ Antistites affecti erant, quósque imis præcordiis altè defixos gerere deberet quisque Catholicus; agnoscit ille *Apostolicam Sedem à Christo Deo nostro Constitutam fuisse ut esset Fidei firmamentum.* Tùm enixè rogat Theodorum Papam ut *resolvat nebulas insipientium lumine suæ divinæ scientiæ. Tu es enim*, inquit, *juxta divinum oraculum*, *Petrus*, *& super te innituntur Ecclesiæ columnæ. .... Tu profanarum hæreseon depositor existis*, *ut Princeps & Doctor ortodoxæ & immaculatæ Fidei.* Ipsimet Hæresiarchæ

l'autorité se maintient-elle par la désobéissance, & l'unité par la division!

La Doctrine de l'Eglise Romaine a servi dans tous les tems de règle aux saints Pères; ils se sont assemblés, non pour la combattre, mais pour réduire ceux qui s'en écartoient; & c'est contre cette tradition si respectable, que les Partisans de Quesnel demandent aujourd'hui un Concile. Elle suffit, *selon S. Irénée*, pour confondre tous les Hérétiques, parce que c'est avec cette Eglise, que toutes les autres doivent s'accorder, à cause de son excellente Principauté, *&* que c'est en elle que tous les Fidèles, qui sont répandus par toute la terre, ont conservé la tradition qui vient des Apôtres. *S. Jerôme n'a point fait difficulté d'employer, à l'égard des personnes, qui ne sont pas unies au Pape, les mêmes expressions, dont le Seigneur s'est servi contre ceux qui ne lui sont pas attachés.* Quiconque, *dit-il*, n'amasse pas avec vous, dissipe. *Sergius*, *Archevêque de Chypre*, *exprime parfaitement dans sa Lettre au Pape, qui fut lûe au Concile de Latran, les sentimens de vénération qu'il avoit, de même que les Evêques de sa Province, pour l'Eglise Romaine, & dont tout Catholique devroit être pénétré. Il reconnoît*, que Jesus-Christ a établi le saint Siége, pour être le soutien fixe & immobile de la foi, & pour éclairer les Fidèles. *Il prie le Pape Théodore*, de dissiper par les lumières de sa divine science les nuages, qu'en forment des Hérétiques, qui mettent la Réligion en danger: vous êtes Pierre, selon la divine parole, *dit-il*, c'est sur vous que les colonnes de l'Eglise s'appuyent; & vous avez été constitué pour exstirper l'hérésie, comme Prince & Docteur de la foi ortodoxe & immaculée: *des Hérésiarques même ont soumis au jugement du souverain Pontife les contestations qu'ils avoient formées; & c'est la résistance à ses décisions,*

qui a causé leur perte. Pélage envoia sa profession de foi au Pape Innocent I, & lui manda, que elle si n'étoit pas expliquée avec assez de clarté & de précaution, il désiroit qu'il la corrigeât, lui qui tenoit la Foi & le Siége de Pierre.

Summi Pontificis judicio exciatas à se circa Religionem disputationes submiserunt; nec in errorem præcipites acti sunt, nisi quia ipsius decisionibus restiterunt. Amplam Fidei suæ professionem ad Innocentium primum transmisit Palagius, qui & illi significavit *cupere se ut, siquid in eâ minùs perspicue aut parum cautè positum esset, ab eo emendaretur, qui Petri & Fidem & Sedem tenet.*

Eutiches, dans sa Lettre à saint Leon, proteste, qu'il suivra en tout son jugement; *& Luther, dans celle qu'il écrivit à Leon X. en lui envoyant ses Theses contre les Indulgences, le supplie, prosterné à genoux*, d'aprouver ou de retrancher ce qu'il lui plaira, parce qu'il reconnoîtra la voix de Jesus-Christ, qui est en lui, & qui parle par sa bouche....

Eutyches in suâ de S. Leonem Epistolâ protestatur *se ipsius judicio in omnibus consensurum.* Et Lutherus pariter in Epistolâ quam scripsit ad Leonem decimum, dum suas ad eum Theses contra indulgentias transmittit, genibus provolutus ipsum enixe rogat *ut damnet vel approbet quidquid damnandum ipse vel approbandum judicaret; quia Jesu Christi vocem ipsius ore loquentis in ipso venerabitur.*

Pag. 16. *Soyez inséparablement unis à l'Eglise Romaine; qui est la Mére & la Maîtresse des autres. Que la tradition de cette Eglise*, dans laquelle les Apôtres ont répandu leur Doctrine avec leur sang, *selon l'expression de Tertullien, régle votre croyance. Ayez pour la personne du souverain Pontife ce saint respect & cette vénération, que nous devons tous au Chef des Fidèles; à celui, qui est l'image la plus parfaite de Jesus-Christ sur la terre.*

Pag. 16. Estote indivulsè uniti Ecclesiæ Romanæ quæ caeterarum Mater est & Magistra Ecclesiarum. Illius Ecclesiæ traditio, *cui totam Doctrinam*, ipsa sunt Tertulliani verba, *Apostoli cum sanguine suo profuderunt*, vestram dirigat Fidem. Summum Pontificem piâ illâ veneratione & obsequio prosequamini, quod visibili Fidelium omnium capiti nec non illi qui perfectissima est in terris Christi Jesu imago debemus,



N°. XI.

Excerptum è Sermone Boſſuetii Meldenſis Epiſcopi habito ad conventum Cleri Gallicani die 9. Novembris an. 1681. ejuſdem conventus juſſu publici juris facto. Pariſiis, apud Leonardum, ordinarium Regis typographum an. 1682.

Extrait du Sermon prêché par M. Boſſuet Evêque de Maux, à l'Aſſemblée du Clergé de France, le 9. Novembre 1681. imprimé par ordre de la même Aſſemblée. A Paris, chez Leonard, Imprimeur ordinaire du Roy en 1682.

Pag. 13. PEtrus hâc præclarâ Fidei confeſſione (*tu es Chriſtus Filius Dei vivi.* Math. 16.) immotam illam promeretur promiſſionem qua Eccleſiæ fundamentum conſtituitur. Tantam mortali præſtat virtutem Chriſti verbum quæcumque vult ex nihilo facientis. Nec quiſquam dicat vel cogitet hoc Petri miniſterium cum ipſo expiraſſe; æterni ædificii æternum eſſe fundamentum oportet. Petrus vivet in ſuis Succeſſoribus. Petrus in ſuâ Cathedrâ ſemper loquetur. Id Patres uno ore prædicant. Id in Concilio Calcedonenſi confirmant ſexcenti atque triginta Epiſcopi.

Pag. 16. Roma non S. Pauli, ſed Petri Cathedra exiſtit; hoc verò titulo Orbis univerſi certius, quàm aliàs unquam eſt caput. Ecquis ignorat quod mille & ducentis abhinc & ampliùs annis canebat olim S. Proſper: *Sedes Roma Petri, quæ Paſtoralis honoris facta caput mundo quidquid non poſſidet armis, Religione tenet.* Sacrum illud Canticum quod aliàs unus canebat è Patribus Gallicanis quàm libenter recinimus. Illud ipſum eſt pacis Canticum, in quo dum Romæ Majeſtas extollitur, totius Eccleſiæ unitas celebratur.

Pag. 13. *PIerre, par cette haute prédication de la Foi*: (Vous êtes le Chriſt, Fils du Dieu vivant. *Math.* 16.) *s'attire l'inviolable promeſſe qui le fait le fondement de l'Egliſe. La parole de Jeſus-Chriſt, qui de rien fait tout ce qu'il lui plait, donne cette force à un mortel. Qu'on ne diſe point, qu'on ne penſe point que ce miniſtère de S. Pierre finiſſe avec lui; ce qui doit ſervir de ſoutien à une Egliſe éternelle, ne peut jamais avoir de fin. Pierre vivra dans ſes Succeſſeurs; Pierre parlera toujours dans ſa Chaire: c'eſt ce que diſent les Pères; c'eſt ce que confirment ſix cens trente Evêques au Concile de Calcédoine.*

Pag. 16. *Rome n'eſt pas la Chaire de S. Paul, mais la Chaire de ſaint Pierre, c'eſt ſous ce titre qu'elle eſt plus aſſurément que jamais le Chef du monde; & qui ne ſçait ce qu'a chanté le grand ſaint Proſper, il y a plus de douze cens ans.* Rome, le Siége de Pierre, devenue ſous ce titre le Chef de l'ordre Paſtorale dans tout l'univers, s'aſſujettit par la Réligion ce qu'elle n'a pû ſubjuguer par les armes. *Que volontiers nous repétons ce ſacré Cantique d'un Père de l'Egliſe Gallicane, c'eſt le Cantique de la paix, où dans la grandeur de Rome l'unité de toute l'Egliſe eſt célebrée.*

Ainsi fût établie & fixée à Rome la Chaire éternelle. C'est cette Eglise Romaine, qui enseignée par saint Pierre & ses Successeurs ne connoit point d'hérésies. Les Donatistes affectèrent d'y avoir un Siége, & crurent se sauver par ce moyen du reproche qu'on leur faisoit, que la Chaire d'unité leur manquoit. Mais la Chaire de pestilence ne pût subsister, ni avoir de succession auprès de la Chaire de vérité. Les Manichéens se cacherent quelque tems dans cette Eglise; les y découvrir seulement, a été les en bannir pour jamais. Ainsi les hérésies ont pû y passer, mais non pas y prendre racine. Que contre la coûtume de tous leurs Prédécesseurs un ou deux souverains Pontifes, ou par violence, ou par surprise, n'ayent pas assez constamment soutenu ou assez pleinement expliqué la Doctrine de la Foi: consultés de toute la terre, & répondant durant tant de siécles à toutes sortes de questions de Doctrine, de discipline, de cérémonies qu'une seule de leurs réponses se trouve notée par la souveraine rigueur d'un Concile oecumenique: ces fautes particulières n'ont pû faire aucune impression dans la Chaire de saint Pierre: un vaisseau qui fend les eaux, n'y laisse pas le moindre vestige de son passage; c'est Pierre qui a failli; mais qu'un regard de Jesus ramene aussi-tôt, & qui avant que le Fils de Dieu lui déclara sa faute future, assuré de sa conversion, reçoit l'ordre de confirmer ses Frères. Et quels freres? Les Apôtres: les colomnes même, combien plus les siécles suivans? Qu'a servi à l'hérésie des Monothelites d'avoir pû surprendre un Pape? L'anathème qui lui a donné le premier coup, n'est pas moins parti de cette Chaire qu'elle tenta vainement d'occuper; & le Concile VI. ne s'est pas écrié avec moins de force: Pierre a parlé par Agathon. *Toutes les autres hérésies ont reçû du même endroit le coup mortel. Ainsi l'Eglise Romaine est toujours vierge; la foi Romaine est toujours la foi de l'Eglise, on croit toujours ce qu'on*

Sic Romæ stabilita ac costituta fuit Cathedra æterna. Hæc Romana Ecclesia à Petro ejúsque Successoribus edocta hæresim non agnoscit. Aliquam in eâ Cathedram erroris sui ponere affectarunt Donatistæ, quò objectatum illis unitatis defectum amolirentur. Verùm Cathedra illa pestilentiæ prope Cathedram veritatis collocata nec subsistere potuit, nec labentibus temporibus habere Successores. In eâdem Ecclesiâ (Romanâ) aliquandiu delituerunt Manichæi, qui quò semel detecti sunt, eò ipso exularunt ab eâ in perpetuum. Atque ità quidem hæreses per illam Ecclesiam, ut ita loquar, transire; hærere in ea non potuerunt. Esto, unus aut alter Summus Pontifex vim passi aut fallaciis delusi contra omnium Prædecessorum suorum consuetudinem, non satis constanter ipsi sacram Fidei Doctrinam propugnaverint, eamvè non plenè satis explicuerint. Esto, acciderit ut ex omnibus terræ plagis consulti, atque labentibus tot seculis, omnigenis circa Doctrinam, disciplinam, ritus Sacros quæstionibus satis facientes unam tantùm aliquando responsionem tot quæsitis emiserint, quam Concilium oecumenicum summo rigore censurâ notaverit; personales illæ culpæ nullam Cathedræ Petri labem inferre potuerunt. Navis quæ aquas diffindit nullum sui relinquit post se vestigium. Tunc quidem deliquit Petrus, sed illum unicus Jesu contuitus statim ad saniora reduxit, ísque futuram suam culpam priusquam, Christo revelante prænovisset, de suâ conversione factus certior accepit mandatum confirmandi Fratres suos. Ut verò quosnam Fratres? Apostolos, ipsa Ecclesiæ columina, quantò magìs homines subsequentibus seculis

victuros?

victuros? Quid Monothelitarum hæresi profuit, cùm Pontificem unum suis fraudibus captavit? Illud ipsum nihilominus anathema quo primùm percussa est, ex eâ vibratum est Cathedrâ quam invadere error frustrà molitus est, nec minùs propterea quàm antehac factitatum fuerat, exclamavit œcumenica sexta Synodus: *Petrus per Agathonem locutus est.* Ex eâdem Cathedrâ fulmina illa prodierunt quibus omnes aliæ hæreses exstinctæ sunt; sicque Ecclesia Romana semper est virgo. Fides Romana totius semper Ecclesiæ fides existit. Id semper creditur quod aliàs creditum est. Eâdem voce undique personant omnia, atque Petrus suis in successoribus manet fidelium fundamentum. Ità pronuntiavit ipse Christus, cœlum & terra transibunt, verba autem ejus non præteribunt. Consilium suum executus est Christus, & postquam Petro æterno fidei prædicatori dixit: *tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*, addit: *& tibi dabo claves Regni cœlorum;* id est, tu qui prædicandæ fidei prærogativam habes, & claves etiam habebis, quæ quidem regiminis autoritatem designant. *Quodcunque ligaveris super terram erit ligatum & in cœlis, & quodcumque solveris super terram erit solutum & in Cœlis.* Omnes his clavibus subjiciuntur; omnes, inquam, Fratres charissimi, Reges & populi, greges & Pastores, quod quidem lætanter publicamus. Etenim amamus unitatem, & quam præstamus obedientiam gloriæ ducimus. Petro injunctum est 1°. ut plùs ceteris omnibus Apostolis diligeret, 2°. ut omnes pasceret tàm oves quàm agnos, pullos eórumque Matres, ac ipsos imò gregis Pastores, qui quidem ut populorum Pastores, sic & Petri oves cùm sint, Christum ipsum in Pêtro venerantur.

a crû, la même voix rétentit par tout, & Pierre demeure dans ses successeurs le fondement des fidéles; c'est Jesus-Christ qui l'a dit, & le Ciel & la terre passeront plûtôt que sa parole. Mais voyons encore en un mot la suite de cette parole. Jesus-Christ poursuit son dessein, & après avoir dit à Pierre, éternel Prédicateur de la foi: Tu es Pierre, & sur cette pierre je bâtirai mon Eglise, *il ajoute*, & je te donnerai les clefs du Royaume des Cieux; *toi qui as la prérogative de la prédication de la foi, tu auras aussi les clefs qui désignent l'autorité du gouvernement*; ce que tu lieras sur la terre sera lié dans le Ciel, & ce que tu délieras sur la terre sera délié dans le Ciel. *Tout est soumis à ces clefs: tout, mes Fréres, Rois & peuples, Pasteurs & troupeaux, nous le publions avec joye; car nous aimons l'unité, & nous tenons à gloire notre obéïssance. C'est à Pierre qu'il est ordonné premiérement d'aimer plus que tous les autres Apôtres, & ensuite de paître & de gouverner tout & les agneaux & les brebis, & les petits & les méres, & les Pasteurs mêmes. Pasteurs à l'égard des peuples & brebis à l'égard de Pierre ils honorent en lui Jesus-Christ.*

Pag. 24. Ecclesiastica autoritas in solo primùm (Petro) constituta eâ lege deinceps diffusa est, ut ad primum unitatis suæ principium rediret, iique à quibus exercebitur eidem Cathedræ indivulsis nexibus adhæreant. hæc ipsa est Cathedra Romana tot elogiis à Patribus celebrata, in quâ

Pag. 24. *L'autorité Ecclesiastique premiérement établie en la personne d'un seul, ne s'est répanduë qu'a condition d'être toujours ramenée au principe de son unité, & que tous ceux qui auront a l'exercer, se doivent tenir inséparablement unis à la même chaire. C'est cette Chaire Romaine, tant célébrée par les Péres où ils ont exalté comme à l'envi*

la Principauté de la Chaire Apostolique, la Principauté principale ; la source de l'unité, & dans la place de Pierre l'éminent degré de la Chaire Sacerdotale ; l'Eglise mere qui tient en sa main la conduite de toutes les autres Eglises, le Chef de l'Episcopat, d'où part le rayon du gouvernement ; la Chaire principale, la Chaire unique en laquelle seule tous gardent l'unité. *Vous entendez dans ces mots S. Optat, S. Augustin, S. Cyprien, S. Irenée, S. Prosper, S. Avite, S. Theodoret, le Concile de Calcédoine & les autres ; l'Afrique, les Gaules, la Grèce, l'Asie, l'Orient & l'Occident unis ensemble.*

certatim extollere gestierunt *Cathedræ Apostolicæ principatum, principalem autoritatem, unitatis originem, atque in Petri cathedrâ eminentem cathedræ Sacerdotalis gradum; Ecclesiam ceterarum matrem quæ aliarum omnium Ecclesiarum regimen habet, Caput Episcopalis ordinis, ex quo regiminis radius proficiscitur ; Cathedram principalem, Cathedram unicam in quâ solâ omnes servant unitatem.* Itâ locutos fuisse intelligitis S. Optatum, S. Aug. S. Cyprianum, S. Irenæum, S. Prosperum, S. Avitum, S. Theodoretum, Concilium Calcedonense & alia; itâ & senserunt Africa, Gallia, Græcia, Asia, Oriens denique simul & Occidens.

Pag. 37. *C'est vous, Seigneur, qui excitâtes S. Pierre & ses Successeurs à nous envoyer dès les prémiers tems les Evêques qui ont fondé nos Eglises. C'étoit le Conseil de Dieu que la foi nous fût annoncée par le S. Siége afin qu'éternellement unis par des liens particuliers à ce centre commun de toute l'unité Catholique, nous puissions dire avec un grand Archevêque de Reims :* La Sainte Eglise Romaine, la mère, la nourrisse & la maîtresse de toutes les Eglises, doit être consultée dans tous les doutes qui regardent la foi & les mœurs, principalement par ceux, qui, comme nous ont été engendrés en Jesus-Christ par son ministère & nourris par elle du lait de la Doctrine Catholique.

Pag. 37. Tu, Domine, S. Petrum ipsiusque Successores impulisti ad mittendos nobis primis temporibus Episcopos illos qui Ecclesias nostras erexerunt. Itâ Consiliis Divinis statutum fuerat, ut fides nobis ab ipsâ S. Sede annunciaretur, quò specialibus vinculis communi huic Ecclesiasticæ totius unitatis centro æternùm adhærentes, cum magno aliquo Remorum Archiepiscopo dicere possimus: *Sancta Ecclesia Romana omnium aliarum mater nutrix & magistra, in omnibus illis consuli debet dubiis, quæ fidem aut mores spectant, & ab iis quidem præcipuè consulenda qui, ut & nos, ejus ministerio in Christo geniti fuerunt, ab eâque Catholicæ Doctrinæ lacte enutriti.*

Pag. 39. *S. Irenée a prononcé cet oracle révéré de tous les siècles :* Quand nous exposons la tradition que la très-grande, très-ancienne & très-célébre Eglise Romaine fondée par les Apôtres, S. Pierre & S. Paul a reçuë des Apôtres & qu'elle a conservée jusqu'à nous par la succession de ses Evêques, nous confondons tous les Hérétiques ; parce que c'est avec cette Eglise que toutes les Eglises & tous les fidé-

Pag. 39. S. Irenæus hocce oraculum omnium seculorum veneratione consecratum protulit : *Maxima & antiquissima & omnibus cognita à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ, & constitutæ Ecclesiæ eam quam habet ab Apostolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem per successionem Episcoporum pervenientem usque ad nos indicantes, confundimus*

omnes eos qui quoque modo vel per sui placentiam malam vel vanam gloriam vel per cæcitatem & malam sententiam præter quàm oportet colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles, in quâ semper ab his qui sunt undique, conservata est ea quæ est ab Apostolis traditio. Iis fundamentis innixa Galliarum Ecclesia turris ad instar Davidicæ immota constitit.

les qui sont par toute la terre doivent s'accorder, à cause de sa principale & excellente principauté, & que c'est en elle que ces mêmes fidéles répandus par toute la terre ont conservé la tradition qui vient des Apôtres. *Appuyée sur ces fondemens, l'Eglise Gallicane a été forte comme la tour de David.*

Pag. 42. S. Avitus doctus ille & sanctus Viennensium Antistes, gravissimus idem & eloquentissimus Ecclesiæ Romanæ defensor, cuï ab omnibus Collegis Synodis nempè Galliarum Episcopis ea cura demandata fuit, ut in ipsâ Papæ Symmachi causâ communem totius Episcopatus causam Romanis commendaret, quia, inquiebat magnus ille vir, dum Papa qui omnium est Episcoporum caput lacessitur, jam non unus duntaxat Episcopus, sed integer Episcopalis dignitatis ordo periclitatur. Omnia quæ temporibus illis habita sunt Concilia ostendunt SS. Prædecessores nostros in iis quæ fidem & disciplinam spectant in Ecclesiam Romanam semper inspexisse, illiúsque traditiones fuisse secutos. Ità sentiebat Ecclesia Gallicana quæ quidē dum S.Remigii ministerio Clodovæum & Francos in suo complexa est sinu, intimis eorum præcordiis observantissimum illud insculpebat erga Sanctam Sedem obsequium cujus quidem studiosissimi non minùs quàm potentissimi defensores esse debebant.

Pag. 42. *S. Avite, ce docte & ce saint Evêque de Vienne, ce grave & éloquent défenseur de l'Eglise Romaine qui fut chargé par tous ses collégues les Saints Evêques des Gaules, pour recommander aux Romains dans la cause du Pape Symmache, la cause commune de tout l'Episcopat*, parce que, *disoit ce grand homme*, quand le Pape & le chef de tous les Evêques est attaqué, ce n'est pas un seul Evêque, mais l'Episcopat tout entier qui est en péril. *Tous les Conciles de ces tems font voir qu'en ce qui touchoit la foy & la discipline, nos Saints Prédecesseurs regardoient toujours l'Eglise Romaine, & se gouvernoient par ses traditions. Tel étoit le sentiment de l'Eglise Gallicane, qui en recevant par le ministére de S. Remis, Clovis & les François dans son sein, leur imprimoit dans le fond du cœur ce respect pour le S. Siége dont ils devoient être les plus zèlés aussi bien que les plus puissans protecteurs.*

Pag. 44. Ecclesia Romana (tempore Caroli Magni) de rebus dubiis consulta fuit, ejúsque responsa reverenter acceptata vim legum inviolatam habuerunt. Carolus Magnus, magnus, inquam, ille Imperator, eam Ecclesiam tanto amore prosecutus est, ut in tabulis supremæ suæ voluntatis eam maximè commendaverit suis successoribus Ecclesiæ S.Petri defensionem quam ceu pretiosissimam habebat familiæ

Pag. 44. *L'Eglise Romaine (du tems de Charlemagne) fut consultée dans les affaires douteuses, & ses réponses reçûës avec révérence, furent des loix inviolables. Charlemagne, ce grand Prince, eut tant d'amour pour elle, que le principal article de son testament fut de recommander à ses Successeurs la défense de l'Eglise de S. Pierre comme le précieux héritage de sa maison qu'il avoit reçû de son Pere & de son Ayeul, & qu'il vouloit laisser à ses enfans. Ce même amour*

lui fit dire ce qui fut répété depuis par tout un Concile sous l'un de ses descendans, que quand cette Eglise imposeroit un joug à peine supportable, il le faudroit souffrir plutôt que de rompre la Communion avec elle. Elle n'impose point de tel joug; mais ce sage Prince vouloit tout prévoir pour affermir l'union dans tous les cas.

suæ hereditatem à majoribus suis sibi transmissam, & à se nepotibus suis transmittendam. Eodem afflatus amoris spiritu id protulit quod deinceps Concilii cujuspiam dehinc habiti ore ipso prolatum est, nempe etiam si Ecclesia Romana vix tolerabile jugum imponere videretur, ipsum nihilominus portandum potiùs esse quàm ab ejus Communione recedendum. Gravius ejusmodi jugum utique non imponebat Ecclesia Romana, verùm omnia præcavebat sapientissimus Imperator, ut Romanam communionem in omnibus casibus fartam tutámque servaret.

Pag. 67. *L'Eglise de France aime d'autant plus sa mère, l'Eglise Romaine, & ressent pour elle un respect d'autant plus sincère, qu'elle y regarde plus purement l'institution primitive & l'ordre de Jesus-Christ. La marque la plus évidente de l'assistance que le S. Esprit donne à cette mère des Eglises, c'est de la rendre si juste & si modérée que jamais elle n'ait mis les excès parmi les dogmes. Qu'elle est grande, l'Eglise Romaine soutenant toutes les Eglises*, portant, *dit un ancien Pape*, le fardeau de tous ceux qui souffrent, *entretenant l'unité, confirmant la foi, liant & déliant les pécheurs, ouvrant & fermant le Ciel!*

Pag. 67. Ecclesia Gallicana Romanam Ecclesiam matrem suam eò ampliori amore prosequitur, ac sinceriori eidem adhæret obsequio, quò puriorem in eâ veneratur primitivam institutionem ordinémque à Christo constitutum. Nullum evidentius divinæ quæ ipsi conceditur assistentiæ argumentum, quàm agendi ratio illa justa adeo & moderata, ut abusus nunquam inter dogmata recensuerit. Proh! Quàm magna est illa Romanorum Ecclesia cui omnes incumbunt Ecclesiæ, quæ, ut aiebat olim S. Pontifex, omnium oppressorum onera sustinet, quæ unitatem fovet, fidem confirmat, peccatores ligat & absolvit, Cœli januas claudit & aperit!

Pag 69. *L'Eglise de France est zélée pour ses libertés: elle a raison, puisque le grand Concile d'Ephèse nous apprend que ces libertés particulières des Eglises, sont un des fruits de la rédemption par laquelle Jesus-Christ nous a affranchis; & il est certain qu'en matière de Réligion & de conscience des libertés moderées, entretiennent l'ordre de l'Eglise, & y affermissent la paix. Mais nos Peres nous ont appris à soutenir ces libertés sans manquer au respect; & loin d'en vouloir manquer, nous croyons au contraire que le respect inviolable que nous conserverons pour le S. Siége, nous sauvera des blessures qu'on voudroit nous faire sous un nom qui*

Pag. 69. Libertatibus suis adhæret studiosè Ecclesia Gallicana, nec immeritò; quandoquidem docet Ephesina magna Synodus peculiares illas Ecclesiarum libertates inter fructus illius redemptionis annumerari, quâ nos Christus liberavit; atque certum est moderatis libertatibus, quod ad Religionem & mores attinet, Ecclesiæ foveri disciplinam, & pacem confirmari. Verùm & à patribus nostris edocti fuimus quâ ratione illæ libertates illæsâ quam debemus reverentiâ propugnari queant, cui quidem observantiæ tantùm abest ut deesse velimus, ut

contra credamus inviolatum illud obsequium quo S. Sedem nunquam non prosequemur nos ab iis immunes vulneribus esse præstiturum specie nos sub libertatum nostrarum specie nos affligere quisquis attentaret. O Sancta Romanorum Ecclesia, omnium Ecclesiarum & fidelium mater! O Ecclesia in eum finem à Deo electa ut in eâdem fide ac charitate suos omnes filios conjungeret, tuæ unitati ab imis visceribus semper adhærebimus. O Ecclesia Romana, *si oblitus fuero tui, oblivioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, si non proposuero te in principio lætitiæ meæ. Ps. 136.*

nous est si cher & si vénérable. Sainte Eglise Romaine, mere des Eglises, & mere de tous les fideles; Eglise choisie de Dieu pour unir ses enfans dans la même foi & dans la même charité, nous tiendrons toujours à ton unité par le fond de nos entrailles. Si je t'oublie, Eglise Romaine, puissai-je m'oublier moi-même; que ma langue se séiche, & demeure immobile dans ma bouche, si tu n'est pas toujours la première dans mon souvenir, si je ne te mets pas au commencement de tous mes Cantiques.

N°. XII.

Excerptum ex observationibus Petri de Marca, Parisiensis Archiepiscopi, super Theses Claromontanas, propugnatas videlicet in Collegio Claromontano Parisiis an. 1660.

Hoc Petri de Marca opusculum servatur Manuscriptum in Bibliothecâ Regiâ, legiturque in 2°. tom. in-fol. *Manuscriptorum hujusce Præsulis.*

Num. 31. HÆc opinio (quæ videlicet infallibilitatem Romano Pontifici asserit) est illa quam unicè Hispania, Italia, aliæque omnes Christianitatis Provinciæ docent; ità ut illa quam Sententiam Parisiensium Doctorum vocant ad Classem earum opinionum revocanda sit quæ solùm tolerantur.... Autoritas infallibilem sententiam in causis Fidei pronuntiandi est Romanis Pontificibus omnium universitatum consensu aquisita, exceptâ tamen antiquâ Sorbonâ. Imò hoc quoque tempore hanc de infallibilitate Pontificis sententiam in ipsâ Sorbonâ doceri videmus; nam duodecimâ mensis Dec. an. 1660. in Sorbonâ publicè hæc Thesis defensa est, videlicet Romanus Pontifex controversiarum Ecclesiasticarum est Constitutus ju-

dex à Christo, qui ejus definitionibus indeficientem Fidem promisit. Eandem Thesim in universitate Navarricâ, septimâ Decembris propugnatam scimus. *Et infra num.* 34. *circa Finem, de Doctoribus Galliæ* pars major non solùm Theologiæ sed etiam juris Doctorum communi opinioni adhæret utpote fundamentis nixæ solutu dificillimis, ridétque Antiquæ Sorbonæ opinionem.

His Petri de Marca verbis relatis sic prosequitur Emin. Sfondratus in opere inscripto Gallia vindicata *Differt. IV. §°. 2°. num.* 12. pag. 785. *edit.* 1702. Vides Doctissimum hunc virum fateri sententiam de infallibilitate Pontificis esse omnium universitatum Christianitatis, imò omnium ferè Doctorum Universitatis Parisiensis, *exceptâ Antiquâ Sorbonâ*, imò hujus opinionem à reliquis rideri. Ut verò intelligas quid nomine *Antiquæ Sorbonæ* de Marca intelligat; sciendum est Collegium Sorbonicum fuisse à quodam Roberto Sorbon, (qui sancto Ludovico Regi à sacris Confessionibus & eleemosinis erat) an. 1253. fundatum; quo tempore in Ecclesiâ Gallicanâ sententiam de Romani Pontificis infallibilitate viguisse jam suprà monstratum est. Sequenti posteà seculo, hoc est, anno 1373. inflammari cœpit diuturnum illud & obstinatum Schisma quo nihil funestius Ecclesiæ: & quia nulla in Pontificibus spes erat illius exstinguendi; imò istorum ambitione magìs magísque accendebatur; cogitatum fuit de inducendâ majori aliquâ autoritate, cuï Pontifices obtemperare tenerentur: ea verò à Gersone, Almaino, aliísque paucis in concilium collata est; id enim oportunum credebant evertendis in futurum Schismatibus, si videlicet aliqua in Ecclesiâ potestas esset, quam etiam ipsi Pontifices revereri tenerentur. Vetus ergo Sorbona tempore Constantiensis & Basileensis Conciliorum vigebat, constabátque, ut dixi, Gersone, Almaino, istorúmque Discipulis. Imò si quando inter Pontifices Regésque Galliæ dissidium aliquod oriretur, mox in Parisiensi Universitate ab aliquo Doctorum hæc Gersonis Machæra expromebatur terrendo Pontifici; ità sub Sixto V, sub Julio II. & Alexandro VII. factum est. Hæc ergo est vetus Sorbona, quam à Plerisque Theologiæ & Juris in Galliâ Doctoribus irrisam esse Marca testatur: nam alioquin Universitatem Parisiensem pro infallibili autoritate Pontificis stetisse paulò post ostendemus.

FINIS.



ELENCHUS

EORUM QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

§. I.

§. III.

Exhibentur infra tum Gallicè tum Latinè varia operum fragmenta in decursu voluminis citata in gratiam eorum quibus vel illorum operum copia non esset, vel haud satis notum idioma Gallicum, quo illa prodierunt. Hæc vero fragmenta sunt.

6°.